est. q̄esce. Nūc ingressus scribe eis super bu=
xū: ⁊ in libro diligenter exara illud: ⁊ erit
in die nouissimo in testimoniū usq̄ in eter=
nū. Populus enim ad iracundiā ꝓuocans
est. et filij mendaces. filij nolētes audire le=
gem dei. Qui dicūt videntib⁹ nolite videre:
et aspicientib⁹ nolite aspicere nobis ea que
recta sūt. Loquimini nobis placēta. videte
nobis errores: auferte a me viā. declinate
a me semitā: cesset a facie nra scūs israel. Pro=
ptēa hec dicit scūs israhel. Pro eo q̄ repro=
bastis ꝟbum hoc. ⁊ sperastis in calumnia ⁊
tumultu. et innixi estis sup eo: ꝓpterea erit
vobis iniquitas hec. sicut intrup cō cadēs:
et requisita in muro excelso. Quoniā sbito
dū nō sperat' veniet otricō eius: ⁊ ominue=
tur sicut oterit' lagena figuli otricōne per=
ualida: ⁊ non inuenietur de fragmētis eius
testa. in qua portet' ignicilus de mēdio:
aut hauriat' parum aque de fouea: q̄ hec
dicit dōs deus israhel. Si reuertimini ⁊ q̄e=
scatis: salui eritis. In silentio ⁊ in spe erit for=
titudo vra. Et noluistis: ⁊ dixistis. Nequaq̄:
sed ad equos fugiemus. Ideo fugietis. Et
sup veloces ascendemus. Ideo velociores
erūt qui psequentur vos. Mille homines a
facie terroris vnius ⁊ a facie terroris q̄nq̄
fugietis: donec relinquamī q̄ī malus naus
in vertice montis: ⁊ quasi signū sup collem.
Propterea expectat dōs ut misereatur vri:
et ideo exaltabit' parcēs vobis: q̄ deus iu=
dicij dōs: bū omnes qui expectant eū. Po=
pulus enim syon habitabit in ihꝛusalem.
Plorans nequaq̄ ploꝛabis: miserās misera=
bitur tui. Ad vocem clamoris tui statim ut
audierit rndebit tibi. Et dabit vobis dōs
panē arcum. et aquam breuē: ⁊ nō faciet a=
uolaē a te vltra doctorem tuū: ⁊ erūt oculi
tui videntes preceptorē tuum: ⁊ aures tue
audiēt verbū post tergū monentis. Hec ē
via ambulate in ea: ⁊ nō declinetis neq̄ ad
dexteraz neq̄ ad sinistrā. Et ꝓtaminabis la=
minas sculptilū argēti tui: et vestimentū cō=
flatilis auri tui: ⁊ dispges ea sic immūdicia
menstruate. Egredere: dices ei. Et dabitur
pluuia semini tuo vbicūq̄ seminaueris in tē
ra: ⁊ panis frugū terre erit vberrimus ⁊ pin=
guis. Pascet' in possessione tua in die illo a=
gnus spaciose: ⁊ tauri tui et pulli asinorū q̄
operant' terram. omixtum migma omedēt
sic ut in area ventilatum est. Et erunt super
omnem montem excelsum. et super omnem
collem eleuatū rui currentiū aquaꝝ. in die
interfectōnis multoꝝ: cum ceciderint tres.
Et erit lux lune sicut lux solis. et lux solis e=
rit septemplicitet. sicut lux septē dierum: in
die qua alligauerit dōs vulnus populi sui:
et percussurā plage eius sanauerit. Ecce nom
domini venit de longinquo: ardēs furor eius:
et grauis ad portāduz. Labia eius repleta
sūt indignacōe: ⁊ lingua eius quasi ignis
deuorās. Spiritus eius velut torrens mun=
dans usq̄ ad medū colli. ad pdendas gē=
tes in nihilū: ⁊ frenū errores qō erat in ma=
xillis populorū. Cāticū erit vobis sicut vox
sanctificate solemnitatis: ⁊ leticia cordis sic
qui pgit cū tibia: ut intret in mōtem domini
ad fortē israhel. Et auditaz faciet dōs gliaz
vocis sue: et terrorē brachij sui ostendet in
comminacōe furoris. et flamme ignis deuo=
rantis. Allidet in turbine: ⁊ in lapide grandi=
nis. A voce enim dōi pauebit assur virga
percussus: ⁊ erit transitus ꝟge fundatus quā
requiescere faciet dōs super eum. in timpa=
nis ⁊ citharis ⁊ bellis pcipuis expugnabit
eos. Preparata est enim ab hei tophet: a re=
ge ꝓparata: pfunda ⁊ dilatata. Nutrimēta
eius ignis. et lingua multa: flatus dōi sicut
torrens sulphuris succendēs eam.

Ve qui descendūt in egiptū ad auxiliū
in equis sperantes. et habētes fiduciā
sup quadrigis q̄ multe sūt. et sup equitib⁹
q̄ ꝓualidi nimis: ⁊ nō sūt ofisi sup sanctum
israhel: ⁊ dōm non requisierūt. Ipse autē sa=
piens adduxit malū: ⁊ ꝟba sua non abstu=
lit. Et osurget cōtra domū pessimorū: ⁊ otra

auxiliū operantiū iniquitatē. Egiptus hō⁹
nō deus: et equi eor⁹ caro ⁊ nō spiritus. Et
dñs inclinabit manū suā ⁊ corruet auxilia-
tor: ⁊ cadet cui pstatur auxiliū. simulq; oēs
cōsumētur: qhec dicit dñs ad me. Quō si
rugiat leo ⁊ catulus leonis sup pdā suā. cū
occurrerit ei multitudo pastor⁹. a voce eor⁹
non formidabit. et a multitudine eor⁹ non
pauebit: sic descendet dñs exercituū ut pre-
lietur sup montē syon ⁊ sup collē eius. Si-
cut aues volātes. sic pteget dñs exercituū
ihrlim: pteges ⁊ liberās: trāsiens ⁊ saluās.
Cōuertimini sicut in pfundū recesseratis fi-
lij israhel. In die enim illa abiciet vir ydola
argēti sui. et ydola auri sui que fecerūt vobis
manus vre in peccatū: ⁊ cadet assur in gla-
dio nō viri. ⁊ gladius nō hominis vorabit
eū: ⁊ fugiet nō a facie gladij ⁊ iuuenes ei⁹
vectigales erūt: ⁊ fortitudo eius a terrore
trāsibit: ⁊ pauebūt fugientes principes ei⁹
Dixit dominus. cuius est ignis in syon: ⁊ ca-
minus eius in iherusalem. XXXII

Ecce in iustitia regnabit rex. et princi-
pes in iudicio perūt: ⁊ erit vir sicut q̄
abscondit a vēto. et celat se a tempestate: si-
cut riui aquar⁹ in siti. ⁊ vmbra petre pminē-
tis in terra deserta. Non caligabūt oculi vi-
dentiū. et aures audiēntiū diligēter auscul-
tabūt: ⁊ cor stultor⁹ intelliget scientiam: et
lingua balbor⁹ velociter loquetur ⁊ plane.
Nō vocabit vltra is qui insipiēs est prin-
ceps: neq; fraudulentus appellabit maior.
Stultus enim fatua loquet. et cor eius fa-
ciet iniquitatē: ut pficiat simulacōnes. et lo-
quatur ad dñm fraudulēter: ⁊ vacuā faci-
at animā esuriēntis. ⁊ potū sitiēti aufeat. Fra-
dulenti. vasa pessima sūt. Ipse enim cogita-
tiones condemnabit ad pdendos mites in ser-
mone mēdacij: cū loqueret paup iudicium.
Princeps vero ea que digna sunt principi
cogitabit: ⁊ ipse sup duces stabit. Mulieres
opulēte surgite. et audite vocē meam: filie
confidētes percipite auribus eloquiū meū. Post
dies enim ⁊ ānū. et vos conturbabimini con-
fidētes. Consūmata est enim vindemia: col-
lectio vltra nō veniet. Obstupescite opulēte.
conturbabimini confidētes: exuite vos ⁊ cōfun-
damini: accingite lūbos vestros sup vbera.
Plangite sup regione desiderabili: super vi-
nea fertili. Sup humū ꝓpli mei spina et ve-
pres ascendet: quātomagis sup oēs domos
gaudij ciuitatis exultātis? Domus enim di-
missa est. multitudo vrbis relicta ē: tenebre
et palpatio facte sūt super spelūcas usq; in e-
ternū. Hauditū onagror⁹ pascua gregum:
donec effundat sup nos spiritus de excelso.
Et erit desertū in chermel. ⁊ chermel in saltū
reputabit: ⁊ habitabit ī solitudine iudiciū:
et iustitia in chermel sedebit. Et erit opus
iustitie pax: et cultus iustitie silētiū: ⁊ securi-
tas usq; in sempiternū. Et sedebit populus
meus in pulcritudine pacis: et in tabnacul'
fiducie et in requie opulenta. Grādo autem
in descensione saltus: ⁊ humilitate humilia-
bitur ciuitas. Beati qui seminatis sup oēs
aq̄s: immittētes pedē bouis ⁊ asini. XXXIII

Ve qui pdaris. Nōne ⁊ ipse pdaberis?
Et qui spernis: nōne et ipse sperneris?
Cū consūmaueris depdationē depdaberis: cū
fatigatus deseris contemnē. cōtemnēris. Dñe
miserere nri te enim expectamus: esto bra-
chiu nrm in mane: et salus nra in tempore
tribulacōis. A voce ágeli fugerūt populi:
et ab exaltacōe tua dispersē sūt gētes. Et cō-
gregabūtur spolia vra sicut colligit' brucus:
velut cū fosse plene fuerint de eo. Magnifi-
catus est dñs quoniā habitabit in excelso:
implebit syon iudicō et iustitia: et erit fides
in tēporibus suis. Diuitie salutis sapientia et
scētia: timor dñi ipse thesaurus eius. Ecce
videtes clamabūt foris: angeli pacis ama-
re flebūt. Dissipate sūt vie: cessauit trāsiens
p semitā: irritū factum est pactū: piecit ciui-
tates: nō reputauit hoies. Luxit ⁊ elanguit
terra: confusus est libanus ⁊ abscondit. Et fa-
ctus est saron sicut deserti: et concussa ē basan
et carmelus. Nūc consurgam dicit dñs: nunc
exaltabor ⁊ nūc sblimabor. Cōcipietis ardo-
rē ⁊ pietis stipulā: spūs vest' ut ignis vora-
bit vos: et erūt ꝓpli quasi de incēdio cinis:
spine congregate ign cōburētur. Audite q̄
longe estis q̄ fecerim: et cognoscite vicini
fortitudinē meam. Cōterriti sūt in syon peccā-
tores: possedit timor ypocritas. Quis poterit
habitare de vobis cū igne deuorāte: aut q̄s
habitabit ex vobis cū ardoribus sempiternis?

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

Qui ambulat in iustitiis ⁊ loquit veritatē:
qui pcit auaricia ex calūma: et excutit manus suas ab omni munere. Qui obturat aures suas ne audiat sanguinez: et claudit oculos suos ne videat malū. Iste in excelsis habitabit. munimēta saxorū sublimitas eius: panis ei datus ē: aque eius fideles sūt. Regem in decore suo videbunt oculi eius: cernent terrā delonge. Cor tuū meditabitur timorem. Vbi est litteratus. vbi legis ⁊ba pōderās: vbi doctor paruulorū? Populū imprudētē nō videbis. pplin alti sermonis: ita ut non possis intelligē disertitudinē lingue eius: in quo nulla est sapiēcia. Respice syō ciuitatē solemnitates nostre. Oculi tui videbūt ihrlm habitationē opulentā. tabnaculū qd nequaq trāsferri poteit: nec auferentur claui eius in sempiternū. et oīnes funiculi eius nō rūpentur: qz solūmō ibi magnificatus ē dnūs noster. Locus fluuiorū riui latissimi ⁊ patētes: nō transibit super eū nauis remigum: neqz trieris magna transgredietur eum. Dnūs enim iudex noster: dominus legifer noster: dnūs rex nr. Ipse saluabit nos. Laxati sūt funiculi tui: sed nō pualebūt. Sic erit malus tuus: ut dilatare signū nō queas. Tunc diuidētur spolia pdaz multaz: claudi diripient rapinā: nec dicet vicinus. elangui. Populus q hītat in ea: auferetur ab eo iniquitas. XXXIIII

Accedite gentes ⁊ audite. ⁊ pli attēdite: audiat terra ⁊ plenitudo eius. orbis ⁊ omne germen eius: qz indignatio dni sup omnes gentes: et furor sup vmūsaz malicia eorū. Interfecit eos: et dedit eos in occisionē. Interfecti eorū picientur: ⁊ de cadaueribz eorū ascendet fetor. Tabescēt mōtes a sanguine eorū. et tabescet omnis militia celorū: ⁊ oplicabūtur sicut liber celi: et omnis militia eorū defluet sicut defluit folium de vinea ⁊ de ficu: quoniaz inebriatus ē in celo gladius meus. Ecce sup pdumeam descendet: et sup pplin interfectionis mee ad iudiciū. Gladius dni repletus est sanguine: incrassatus est adipe de sanguine agnorū ⁊ hircorū: et de sanguine medullatorū arietum. Victima enim dni in bosra: et interfectio magna in terra edom. Et descēdent vnicornes cū eis: ⁊ tauri cū potētibus. Inebriabitur terra eorū sanguine. et humus eorū adipe pinguiū: qz dies vltionis domi: ānus retributōis iudicij syon. Et ouertētur torrentes eius in picem: et humus eius in sulphur. Et erit terra eius in picem ardētē nocte ⁊ die: nō extinguetur in sempiternuz. Ascendet fumus eius a generatione in generationē: desolabitur in secula seculorū. Non erit transiēs p eam: et possidebūt illam onocrotalus ⁊ ericius: ⁊ ibis ⁊ corvus hītabūt in ea. Et extēdetur sup eā mēsura vt redigatur ad nchilū: et pendiculū in desolationē. Nobiles eius nō erūt ibi: regem potius muocabūt: et omnes principes eius erunt in nchilū. Et orientur in domibz eius spine et vrtice. et paliurus in munimīnibz eius: et erit cubile draconū. et pascua strutionum: et occurrēt demoma: onocentaurus ⁊ pilosus clamabit alter ad alterū. Ibi cubauit lamia et inuenit sibi requiē. Ibi habuit foueā eicius. et enutriuit catulos ⁊ circūfodit et fouit in vmbra eius. Illuc congregati sūt milui. alt ad alterū. Requirite diligēter in libro dni ⁊ legite: vnū ex eis non defuit. alter alterū nō quesiuit: qz qd ex ore meo procedit ille mādauit: ⁊ spūs eius ipse congregauit ea: ⁊ ipse misit eis sortē. ⁊ manus eius diuisit eā illis in mēsuram. Vsqz in eternū possidebunt eā: in generatione ⁊ generationē hītabūt in ea. XXXV

Letabitur deserta ⁊ inuia. ⁊ exultabit solitudo: et florebit quasi lilium. Germinans germinabit: ⁊ exultabit letabūda ⁊ laudās. Gloria libani data est ei: decor carmeli ⁊ saron. Ipsi videbūt gloriam dni: et decorē dei nostri. Confortate manus dissolutas: et genua debilia roborate. Dicite pusillanimis: confortamini et nolite timere. Ecce deus vester vltionē adducet retributionis: deus ipse venet ⁊ saluabit nos. Tunc apientur oculi cecorū: et aures surdorū patebūt. Tunc saliet sicut ceruus claudus. et apta erit lingua mutorū: qz scisse sūt in deserto aque. et torrētes in solitudine: ⁊ q erat arida in stagnū. ⁊ sitiēs in fontes aquaz. In cubilibz in quibz prius dracones habitabāt orietur viror calami et iunci: et erit ibi semita: et via sancta vocabitur. Nō trāsibit per eaz

pollutus: et hæc erit vobis dirēa: via: ita ut
stulti nō errant p eaz. Nō erit ibi leo: ⁊ ma-
la bestia nō ascēdet p eam nec inuenietur ibi.
Et ambulabūt qui liberati fuerīt ⁊ redēpti
a dño: ouertentur et venīet in syon cū laude:
et letitia sempiterna sup caput eorz. Gau-
diū ⁊ letitiam obtinebunt: ⁊ fugiet dolor et
gemitus. XXXVI
Factū est in quarto decimo āno regis ezechie: a-
scendit sennacherib rex assyriorū sup omes
ciuitates iuda munitas: ⁊ cepit eas. Et mi-
sit rex assyriorū rabsacen de lachis i ihrlm
ad regem ezechiam in manū grauī: ⁊ stetit
in aqueductu piscine superioris · in via agri
fullonis. Et egressus est ad eum eliachim
filius elchie qui erat super domū · et sobna
scriba: ⁊ ioahe filius asaph a cōmentarijs.
Et dixit ad eos rabsaces. Dicite ezechie.
Hec dicit rex magnus assyriorū. Que est
ista fiducia qua confidis: aut quo consilio vel
fortitudine rebellare disponis? Super quē
habes fiduciam: qz recessisti a me? Ecce cō-
fidis sup baculū harundineū cōfractū istū
super egiptū: cui si innixus fuerit hō · intrabit
in manū eius ⁊ perforabit eā: sic pharao rex
egipti omnibus qui confidūt in eo. Qd si rīderis
michi · in dño deo nro cōfidimus: nōne
ipse ē cuius abstulit ezechias excelsa ⁊ al-
taria · et dixit iude ⁊ ihrusalez coram altari
isto adorabitis? Et nunc trade te dño meo
regi assyriorū: ⁊ dabo tibi duo milia equo-
rū: nec poteris ex te ptere ascensores eorz.
Et quō sustinebis faciem iudicis vnus lo-
ci ex seruis domini mei minoribus? Qd si cōfi-
dis in egipto in quadrigis · et in equitibus:
et nūc nūquid sine dño ascendi ad terram
istam · ut disperdam eam. Dñs dixit ad me.
Ascende sup terram istā: ⁊ disperde eam. Et
dixit eliachim · et sobna · et ioahe ad rabsa-
cen. Loquere ad seruos tuos syra lingua
intelligimus enim: ne loquaris ad nos iu-
daice in auribus populi qui est sup murū. Et
dixit rabsaces. Nunquid ad dñm tuū ⁊ ad
te misit me dñs meus · ut loquerer oia ꝓba
ista: ⁊ nō potius ad viros qui sedēt in mu-
ro ut comedāt stercora sua · et bibant vrinā
pedū suorū vobiscuz? Et stetit rabsaces: et
clamauit voce magna iudaice ⁊ dixit. Audite
verba regis magni · regis assyriorum. Hec
dicit rex. Nō seducat vos ezechias · qz non
poterit eruē vos: ⁊ nō vobis tribuat fiduciā
ezechias sup dño dicens · eruens liberabit
nos dñs: nō dabitur ciuitas ista in manuz re-
gis assyriorū. Nolite audire ezechiaz. Hec
enī dicit rex assyriorz. Facite mecū bnd cōz.
et egredimī ad me: ⁊ comedite vnusquisqz
vineā suā · ⁊ vnusquisqz ficū suā: ⁊ bibite v-
nusquisqz aqz cisterne sue: donec veniā ⁊ tol-
lā vos ad tra q ē ut tra vra · terrā frumēti et
vini: terrā panū et vineaz. Nec conturbet vos
ezechias dicēs: dñs liberabit nos. Nūqd li-
berauerūt dij gentiū vnusquisqz terraz suā
de manū regis assyriorū? Vbi ē deus emath
et arfad? Vbi est deus sepharuaim? Nun-
quid liberauerūt samariam de manu mea?
Quis est ex omnib dijs terraz istaz qui
eruerit terram suā de manū mea: ut eruat do-
minus ihrusalē de manū mea? Et siluerunt:
et nō rīderunt ei verbū. Mandauerat enim
rex dicēs: ne rīdeatis ei. Et ingressus ē elia-
chim filius elchie qui erat sup domū · et sob-
na scriba · et ioahe filius asaph a cōmētarijs
ad ezechiam scissis vestib: ⁊ nunciauerunt
ei verba rabsacis. XXXVII
Factum est cū audisset rex ezechias
scidit vestimēta sua · et obuolutus est
sacco: ⁊ intrauit in domū domini. Et misit e-
liachim qui erat sup domū · et sobnā scribā
et seniores de sacerdotib optos saccis · ad
ysaiam filiū amos ꝓphetam: ⁊ dixerūt ad eū.
Hec dicit rex ezechias. Dies tribulacōis
et correpcōis · et blasphemie dies hæc: quia
venerūt filij usqz ad partuz · et vtus nō ē pa
riēdi. Si quo mō audiat dñs deus tuus ver
ba rabsacis: quē misit rex assyriorū dñs suī
ad blasphemandū dñm deuz viuentē: ⁊ ex-
ꝓbrandū sermonibus qs audiuit dñs deus
tuus. Leua ergo oracōez p reliquijs q rep
te sūt. Et venerūt serui regis ezechie ad ysa-
iam: ⁊ dixit ad eos ysaias. Hec dicetis do-
mino vestro. Hec dicit dñs. Ne timeas a fa
cie verborz q audisti: quib blasphemauerūt
pueri regis assyriorū me. Ecce ego dabo ei
spiritum ⁊ audiet nunciū · et reuertet ad ter-
ram suā: ⁊ corruere eum faciā gladio in tra
sua. Reuersus ē aūt rabsaces: ⁊ inuenit regē

assyriorū pliantē aduersus lobna. Audieāt
enim q̄ pfectus est de lachis: ⁊ audiuit de
taracha rege ethiopie dicētes: egressus ē
vt pugnet contra te. Q̄ cum audisset: misit
nūcios ad ezechiam dicēs. Hec dicetis eze-
chie regi iude loquētes. Nō te decipiat de?
tuus in quo tu ofidis dicēs: nō dabitur ihe-
rusalē in manū regis assyriorū. Ecce tu no-
sti oīa que fecerūt reges assyriorū oīibꝫ
tris quas subuerterūt: ⁊ tu poteris liberari?
Nūquid eruerūt eos dij gentiū q̄s subuer-
terūt patres mei: gozan ⁊ aran et reseph ⁊
filios eden qui erāt in thalassar? Vbi ē rex
emath ⁊ rex arfad et rex vrb sepharuaim.
ana et aua? Et tulit ezechias libros de ma-
nu nūciorꝫ ⁊ legit eos: et ascendit in domū
domini. et expandit eos coram dño. Et ora-
uit ezechias ad dnm dicēs. Dne exercituū
deus israhel qui sedes sup cherubim. tu es de-
us solus oīm regnorꝫ terre: tu fecisti celum
et terram. Inclina dne aurem tuam ⁊ audi: a-
peri oculos tuos et vide: ⁊ audi oīia ꝓba
sennacherib q̄ misit ad blasphemandū deū
viuentē. Vere enim dne desertas fecerūt re-
ges assyriorū terras ⁊ regiones earꝫ. et de-
derūt deos earꝫ igni: nō enim erant dij sed
opera manuū hominū. lignū ⁊ lapis: ⁊ omi-
nuerūt eos. Et nūc dne deus noster salua
nos de manu eius: ut ognoscāt oīia regna
terre. q̄ tu es dns deus solus. Et misit isaias
filius amos ad ezechiam dicēs. Hec di-
cit dns deus israel. Pro quibꝫ rogasti me de
sennacherib rege assyriorū: hoc ē verbū q̄d
locutus est dns sup eū. Despexit te ⁊ sbsan-
nauit te virgo filia syon: post te caput mo-
uit filia ihrusalē. Cui exprobrasti. et quez
blasphemasti: ⁊ sup quē exaltasti vocez. et
leuasti altitudinez oculorū tuorū? Ad sem
israhel. In manu seruorū tuorꝫ exprobrasti
dño: ⁊ dixisti. In multitudine q̄drigarum
mearꝫ ego ascēdi altitudinē montiū. iuga
libani: ⁊ succidam excelsa cedrorū eius. et
electas abietes illius: ⁊ introibo altitudinez
sumitatis eius. saltū carmeli eius: ego fodi
et bibi aq̄: et exsiccaui vestigio pedis mei
oīes riuos aggerū. Nūquid nō audisti
que olim fecerim eis? Ex diebꝫ antiquis ego
plasmaui illud. ⁊ nūc adduxi: ⁊ factū est
in eradicacōez colliū oppugnantiū. et ciuita-
tū munitarꝫ. Habitatores earum breuiata
manū ꝯtremuerūt. et cōfusi sūt: facti sūt sicut
fenū agri. ⁊ gramē pascue: ⁊ herba tectorū
q̄ exaruit antēq̄ maturescere. Habitacōz
tuā ⁊ egressum tuū. et introitū tuū cognoui:
et insaniaz tuā ꝯtra me. Cum fureres aduer-
sum me: superbia tua ascendit in aures meas.
Ponaz ergo circulū in auribꝫ tuis. ⁊ frenū
in labijs tuis: ⁊ reducā te in via p quā venis-
ti. Tibi autem hoc erit signū. Comede hoc
āno q̄ sponte nascuntur: ⁊ in āno secūdo pomis
vescere. In āno autem tercō seminate ⁊ me-
tite: ⁊ plantate vineas. et ꝯmedite fructum
earꝫ. Et mittet id q̄d saluatū fuerit de domo
iuda. et quod reliquū est radicē deorsuz. et
faciet fructū sursū: q̄ de ihrusalē exibūt re-
liquie: ⁊ saluatio de mōte syon. Zelus dni
exercituū faciet istud. Propterea hec dicit
dns de rege assyriorū. Nō introibit ciuitatē
hāc ⁊ nō iaciet ibi sagittā. ⁊ nō occupabit
eam clipeus: ⁊ nō mittet in circuitu eius ag-
gerem. In via q̄ venit p eaz reuertet: ⁊ ciui-
tatez hanc nō ingredietur dicit dns. Et pro-
tegam ciuitatē istā ut saluē eaz: ꝓpter me ⁊
ꝓpter dauid seruū meū. Egressus ē autem
angelus domini ⁊ percussit in castris assyriorꝫ
centum octogīta quīq̄ milia. Et surrexerūt
mane: ⁊ ecce oēs cadauera mortuorꝫ. Et e-
gressus ēq̄ abiit. Et reūsus est sennacherib
rex assyriorū: ⁊ habitauit in ninive. Et fēm
est cū adoraret in tēplo nesrach deum suum
adramelech ⁊ sarasar. filij eius percusserūt eū
gladio: fugerūq̄z in terrā ararath: ⁊ regnuit
assaraddon filius eius pro eo. XXXVIII 38

In diebus illis egrotauit ezechias usq̄z ad
mortē: ⁊ intrauit ad eū ysaias filius amos
ꝓpheta: ⁊ dixit ei. Hec dicit dns. Dispone
domui tue: q̄ morieris tu ⁊ nō viues. Et ꝯ-
tuit ezechias faciē suam ad parietē: ⁊ oauit
ad dnm ⁊ dixit. Obsecro dne memētō q̄so
quō ambulauerim coram te in veritate ⁊ in
corde pfecto: ⁊ q̄d bonū est in oculis tuis fe-
cerim. Et fleuit ezechias fletu magno. Et fa-
ctum ē verbū domini ad ysaiaz dicēs. Vade
⁊ dic ezechie. Hec dicit dns deus dauid pa-
tris tui. Audiui oracōez tuā: et vidi lacrimā
tuam. Ecce ego addiciam super dies tuos

quindecim ānos: et de manu regis assyriorum
eruā te. et ciuitatem istā: et protegam eā. Hoc
autē tibi erit signū a dño: quē faciet dominus
verbū hoc quod locutus est. Ecce ego reuerti
faciā umbrā liniarum p quas descēderat in ho-
rologio achaz in sole retrorsū. decem lineis. Et
reuersus est sol decem lineis p gradus quos de-
scēderat. Scriptura ezechie regis iuda cū
egrotasset: et qualuisset de infirmitate sua. Ego
dixi: in dimidio dierum meorum vadā ad
portas inferi. Quesiui residuū ānorū meorum.
Dixi nō videbo dñm deū in terra viuentium:
nō aspiciā hominem vltra: et habitatorem quietis.
Generatio mea ablata est et euoluta est a me:
quasi tabernaculū pastorū. Precisa est velut
a texente vita mea: dū adhuc ordirer succi-
dit me. De mane usque ad vesperā finies me:
sperabā usque ad mane. Quasi leo sic contriuit
omnia ossa mea. De mane usque ad vesperam
finies me. Sicut pullus hirundinis sic cla-
mabo: meditabor: ut columba. Attenuati sunt
oculi mei: suspicientes in excelsum. Dñe vim pa-
tior: responde p me. Quid dicam: aut quid respon-
debit michi cū ipse fecerit? Recogitabo omnes
ānos meos in amaritudine anime mee. Do-
mine sic viuit: et in talibus vita spūs mei. Cor-
ripies me et viuificabis me: ecce in pace a-
maritudo mea amarissima. Tu aūt eruisti
animā meā ut nō perēt: piecisti post tergū
tuū omnia pecca mea. Quia nō infernus con-
fitebitur tibi: neq; mors laudabit te: nō expe-
ctabūt qui descendūt in lacū veritatem tuam.
Viuēs viuens ipse confitebitur tibi sicut ego
hodie: pater filijs notam faciet veritatem tuam.
Dñe saluū me fac: et psalmos nros cantabi-
mus cūctis diebus vite nostre in domo dñi.
Et iussit ysaias ut tolleret massam de ficis: et
cataplasmaret sup vulnus et sanaret. Et di-
xit ezechias. Quod erit signum quod ascen-
dam in domo dominī? XXXIX

IN tēpore illo misit merodach baladan fi-
lius baladan rex babilonis libros et mune-
ra ad ezechiam. Audierat enim quod egrotasset
et qualuisset. Letatus est autē sup eos ezechi-
as: et ostendit eis cellam aromatum et argenti
et auri et odoramentorum et vngenti optimi
et omnes apothecas supellectilis sue: et vni-
uersa que inuenta sunt in thesauris eius. Nō
fuit verbum quod nō ostenderet eis ezechias
in domo sua: et in omni potestate sua. Introi-
uit autē ysaias prophēta ad ezechiam regem: et di-
xit ei. Quid dixerūt viri isti: et vnde venerūt
ad te? Et dixit ezechias. De terra longinqua
venerūt ad me: de babilone. Et dixit. Quid
viderūt in domo tua. Et dixit ezechias. Oia
que in domo mea sunt viderūt. Nō fuit res
quam nō ostenderim eis in thesauris meis. Et
dixit ysaias ad ezechiam. Audi verbū domi-
ni exercituū. Ecce dies venient: et auferētur oia
que in domo tua sunt: et que thesauri tuauerunt
pres tui usque ad diem hāc in babilonem. Nō
relinquetur quicquid dicit dñs. Et de filijs tuis
q̄ exibūt de te quos genueris tollēt: et erūt
eunuchi in palacio regis babilonis. Et di-
xit ezechias ad ysaiam. Bonum verbum domini
quod locutus est. Et dixit. Fiat tantum pax
et veritas in diebus meis. XL

CONsolamini consolamini populum meum. di-
cit deus vester. Loquimini ad cor ihe-
rusalem et aduocate eam. quōm completa est malicia
eius: dimissa est iniquitas illius. Suscepit
de manu domini duplicia p omnibus pecis suis.
Vox clamantis in deserto. Parate viam domini:
rectas facite in solitudine semitas dei nri. O-
mnis vallis exaltabitur et omnis mons et collis
humiliabitur: et erūt praua in directa. et aspe
in vias planas. Et reuelabitur gloria domini:
et videbit omnis caro pariter quia os domini
locutum est. Vox dicentis. Clama. Et dixi. Quid
clamabo? Omnis caro fenum: et omnis gloria eius
quasi flos agri. Exsiccatum est fenum et cecidit flos:
quia spūs domini sufflauit in eo. Vere fenum est
populus. Exsiccatum est fenum et cecidit flos: verbum
autē domini stabit in eternum. Sup mon-
tem excelsum ascende tu qui euangelizas sion.
exalta in fortitudine vocem tuam qui euangeli-
zas iherusalem. Exalta: noli timere. Dic ciuita-
tibus iude: ecce deus vester. Ecce dominus deus
in fortitudine veniet: et brachium eius domina-
bitur. Ecce merces eius cum eo: et opus illius
coram illo. Sicut pastor gregem suum pascet.
in brachio suo congregabit agnos: et in sinu
suo leuabit: fetas ipse portabit. Quis men-
sus est pugillo aquas: et celos palmo pondera-
uit? Quis appendit tribus digitis molem ter-
re: et librauit in pondere montes et colles in

Ps. 5 dño

statera? Quis adiuuit spiritum dñi: aut q'ꝫ
consiliarius eius fuit ⁊ ostendit illi? Cum
quo inijt ꝯsiliū ⁊ instruxit eum. et docuit eū
semitā iusticie. et eruditiuit eū scientia: et viam
prudētie ostendit illi? Ecce gentes quasi
stilla situle: ⁊ quasi momentū statere repu-
tate sunt. Ecce insule quasi puluis exiguus:
⁊ libanus non sufficiet ad succendēdum: et
aīalia eius non sufficiēt ad olocaustum. O-
mnes gentes quasi non sint sic sunt coram
eo: et quasi nichilū ⁊ inane reputate sūt ei.
Cui igitur similem fecistis deum: aut quam
imaginē ponetis ei? Nūquid sculptile con-
flauit faber: aut aurifex auro figuauit illō.
⁊ laminis argenteis argentarius? Forte li-
gnū ⁊ imputribile elegit artifex sapiēs: que-
rit quō statuat simulacrū qō non moueat.
Nūquid nō scietis? Nunq'd nō audistis?
Nūquid nō annūciatū est vobis ab initio?
Nunq'd nō intellexistis fundamēta terre?
Qui sedet super girū terre: et habitatores
eius sunt quasi locuste. Qui extendit velut
nichilū celos: et expādit eos sicut taberna-
culū ad inhabitādū. Qui dat secretorum scru-
tatores quasi nō sint: iudices terre velut m-
ane fecit. Et quidē neq; plātatus neq; satus
neq; radicatus in terra truncus eorum. Repē-
te flauit in eos ⁊ aruerūt: et turbo quasi sti-
pulam auferet eos. Et cui assimilastis me.
⁊ adequastis dicit sanctus? Leuate in ex-
celsum oculos vestros: et videte quis crea-
uit hec. Qui educit in numero militiā eorum:
⁊ omnes ex noīe vocat. Pre multitudine for-
titudinis ⁊ roboris virtutisq; eius: neq; vnū
reliquū fuit. Quare dicis iacob ⁊ loqueris
israhel. abscondita est via mea a dño: et a
deo meo iudiciū meū trāsiuit? Nūquid ne-
scis: aut non audisti? Deus sempiternus
dñs. qui creauit termios terre: et nō defici-
et neq; laborabit: nec ē inuestigatio sapie
eius. Qui dat lasso virtutē: et his qui non
sūt fortitudinē ⁊ robur multiplicat. Deficiēt
pueri ⁊ laborabūt: et iuuenes in infirmita-
te cadēt. Qui autē sperant in dño mutabūt
fortitudinē: assumēt pēnas sicut aquile. cur-
rent ⁊ nō laborabūt: ābulabūt ⁊ nō deficiēt.

XLI

Faceant ad me insule: et
gentes mutēt fortitudinē. Accedāt
et tūc loquant: simul ad iudiciū appinque-
mus. Quis suscitauit ab oriente iustū: vo-
cauit eum ut sequētur se? Dabit in ꝯspectu
eius gentes: ⁊ reges obtinebit. Dabit qua-
si puluerē gladio eius: sicut stipulā vento
raptā arcui eius. Persequet eos: transibit
in pace: semita in pedibus eius nō apparebit.
Quis hec operatus est ⁊ fecit: vocās gene-
rationes ab exordio? Ego dñs: primus et
nouissimus ego sum. Viderūt insule ⁊ timu-
erūt: extrema terre obstupuerūt: appropin-
quauerūt. ⁊ accesserūt. Vnusquisq; primo
suo auxiliatur: ⁊ fratri suo dicet confortare.
Confortabit faber erarius percutiēs malleo
eum qui cudebat tūc tempus dicēs: glutino
bonū est: et ꝯfortabit eū clauis ut nō moue-
atur. Et tu israhel serue meus: iacob quē ele-
gi: semen abrahā amici mei. in quo appren-
di te. Ab extremis terre ⁊ a longinquis eius
vocauī te: et dixi tibi. Seruus meus es tu:
elegi te ⁊ non abieci te. Ne timeas q'a tecū
ego sum: ne declines q'a ego deus tuus. Cō-
fortaui te ⁊ auxiliatus sum tibi: ⁊ suscepit te
dextra iusti mei. Ecce ꝯfundētur ⁊ erubescēt
omnes q' pugnāt adūsum te. Erūt quasi nō
sint: et peribūt viri qui cōtradicūt tibi. Que-
res eos ⁊ non inuenies viros rebelles tuos:
et erūt quasi non sint ⁊ velut ꝯsumptō ho-
minis bellātis adūsum te: q'a ego dñs deus
tuus appēdens manū tuam dicensq; tibi.
Ne timeas: ego adiuui te. Noli timere ver-
mis iacob: qui mortui estis ex israhel. Ego
auxiliatus sum tui dicit dñs: et redemptor
tuus sanctus israhel. Ego posui te quasi plau-
strū triturās nouū: habēs rostra serrantia.
Et triturabis montes ⁊ omnes: et colles
quasi puluerē ponēs. Ventilabis eos ⁊ ven-
tus tollet et turbo dispget eos: et tu exulta-
bis in dño: in sancto israhel letaberis. Egē-
i et paupes querūt aquas et nō sunt: lin-
gua eorum siti aruit. Ego dñs exaudiā eos:
deus israhel: non derelinquā eos. Aperiam
in supinis collibus flumīa: et in medio cāporum
fontes. Ponā desertum in stagna aquarum: et
terrā inuiam in riuos aquarum. Dabo in soli-
tudinē cedrū: et spmā ⁊ mirtū ⁊ lignū oliue.
Ponā in deserto abietem vlmū ⁊ buxū simul
ut videāt ⁊ sciant et recogitēt ⁊ intelligāt

pariter: q manus dñi fecit hoc: et sanctus
israhel creauit illud. Prope facite iudiciu
vestrum dicit dñs: afferte si q'd forte habe-
tis dicit rex iacob. Accedant: & nũciẽt no-
bis quecũq; vẽtura sunt. Prioza que fuerũt
nũciate: & ponemus cor nostrũ et sciemus:
nouissima eorũ & q vẽtura sunt indicate nob.
Annũciate que ventura sũt in futurũ: & scie-
mus q dij estis vos. Bene q̃ aut male si
potestis facite: & loquamur et videamus sil.
Ecce vos estis ex nichilo: & opus vrm ex
eo quod non est. Abominatio ẽ qui eligit
vos. Suscitaui ab aquilone: et venet ab
ortu solis. Vocauit nomen meũ: et adducet
magistratus q̃si lutũ: & velut plastes oscul-
cãs humũ. Quis annũciauit ab exordio ut
sciamus: & a pncipio vt dicamus iustus es?
Nõ ẽ neq; ãnunciãs neq; pdicẽs: neq; au-
diens sermones vros. Primus ad syon di-
cet ecce assum: & ihrusalem euangelistam
dabo. Et vidi: & nõ erat neq; ex istis quisq;
qui miret o silũ: et interrogatus rndere vbũ.
Ecce omnes imusti: et vana opera eorũ:
ventus & mane simulacra eorũ. XLII

Ecce seruus meus suscipiam eũ: electus
meus: o placuit sibi in illo anima mea.
Dedi spm meum sup eũ: iudiciũ gẽtib pfe-
ret. Nõ clamabit neq; accipiet psoná: nec
audietur vox eius foris. Calamũ quassatũ
nõ conteret: et lmũ fumigãs nõ extinguet.
In veritate educet iudiciũ: nõ eit tristis ne-
q; turbulẽtus donec ponat in terra iudiciũ:
et legem eius insule expectabũt. Hec dicit
dñs deus creans celos & extendẽs eos: fir-
mans terrã et que germinãt ex ea: dãs fla-
tũ populo qui ẽ sup terrã et spiritũ calcãtib
eam. Ego dñs vocaui te in iustitia: & appre
hendi manũ tuã: et seruaui te. Et dedi te in
fedus populi in lucem gentiũ: ut aperires
oculos cecorũ & educeres de oclusione vin-
ctum: de domo carceris sedẽtes in tenebris.
Ego dñs: hoc est nomẽ meũ. Gloriaz meã
alteri nõ dabo: & laudẽ meã sculptilib. Que
prima fuerũt ecce venerũt: nouaq; ego ã-
nũcio: antq; oriant' audita vobis faciam.
Cãtate dño canticũ nouũ: laus eius ab ex-
tremis terre. Qui descenditis in mare ple-
nitudo eius: insule et habitatores earum.
Sibleuet' desertũ et ciuitates eius: in domib
habitabit cedar. Laudate habitatores pe-
tre: de vrtice montiũ clamabũt. Ponẽt dño
gloriam: et laudẽ eius in insulis nunciabũt.
Dñs sicut fortis egredie': sicut vir pliator
suscitabit zelũz. Vociferabit' et clamabit: sup
inimicos suos o fortabit'. Tacui semper silui:
patiẽs fui: sicut parturiẽs loquar. Dissipabo
et absorbebo simul: desertos faciã mõtes et
colles: & omne gramẽ eorũ exsiccabo. Ponã
flumina in insulas: et stagna arefaciã. Et e-
ducã cecos in viam quã nesciũt: & in semitis
quas ignorauerũt ambulare eos faciã. Po-
nam tenebras coram eis in lucẽ: & praua in
recta. Hec verba feci eis: & nõ deliqui eos.
Cõuersi sũt retrorsũ. Cõfundantur o fusione
q̃ o fidũt in sculptili: qui dicunt o flatili vos
dij nri. Surdi audite: & ceci intuemini ad
videndũ. Quis cecus nisi seruus meus: et
surdus nisi ad quẽ nũcios meos misi? Quis
cecus: nisi q̃ venũdatus ẽ? Et q̃s cecus? Ni-
si seruus domini? Qui vides multa: nõne cu-
stodies? Qui apertas habes aures: nonne
audies? Et dñs voluit ut sanctificaret eum
et magnificaret legẽ & extolleret: ipse autem
populus direptus et vastatus. Laqueus in-
uenũ omes simul: & in domibus carcerũ ab-
scõditi sũt. Facti sũt in rapmã nec est qui eru-
at: in direpcõz: nec ẽ qui dicat redde. Quis
est in vobis q̃ audiat hoc. attẽdat & auscul-
tet futura? Quis dedit in direpcõz iacob. et
israhel vastãtibus? Nõne dñs ipe cui peccaui-
mus? Et noluerunt in vijs eius ambulare:
nõ audierũt legem eius. Et effudit sup eũ
indignationem furoris sui et forte bellum: &
combussit eũ in circuitu et nõ cognouit: et
succẽdit eum et nõ intellexit. XLIII

Et nũc hec dicit dñs creãs te iacob: &
formãs te israhel. Noli timẽ q̃ redemi
te: et vocaui te nomine tuo. Meus es tu. Cũ
trãsieris p aquas tecũ ero: & flumia nõ ope-
riẽt te. Cũ ãbulaueris in igne nõ o bureris:
et flamma nõ ardebit in te: q̃ ego dñs deus
tuus scũs israhel saluator tuus. Dedi ꝓpiaci-
õem tuũ egiptũ: & ethiopiã et saba pro te.
Ex quo honorabilis factus es i oculis meis
et gloriosus: ego dilexi te. Et dabo homines
pro te: & populos p anima tua. Noli timere:

q̃ ego tecum sũ. Ab oriẽte adducam semẽ
tuũ: ⁊ ab occidẽte ꝯgregabo te. Dicã aq̃lon
da: et austro. noli ꝓhibere. Affer filios me-
os de longinquo: ⁊ filias meas ab extrem-
terre. Et omẽz qui inuocat nomẽ meum. in
gloriam meã creaui eũ: formaui eũ ⁊ feci eũ.
Educ foras ꝓplm cecũ ⁊ oculos habentẽ:
surdum. et aures ei sũt. Omnes gẽtes cõgre-
gate sũt simul: ⁊ collecte sunt triby. Quis
in vobis annũciet istud: ⁊ que prima sunt
audire vos faciet? Det testes eoꝝ. et iustifi-
centur: ⁊ audiant et dicãt. Vere vos testes
mei dicit dñs: ⁊ seruus meus quẽ elegi: ut
sciatis et credatis michi. et intelligatis q̃
ego ipse sum. Ante me nõ ẽ formatus deus:
et post me nõ erit. Ego sũ ego sum domin?:
et nõ est absq̃ me saluator. Ego annũciaui
et saluaui: auditũ feci: ⁊ nõ fuit in vobis ali-
enus. Vos testes mei dicit dñs: ⁊ ego deus.
Et ab imõ ego ipse: et nõ est qui de manu
mea eruat. Operabor: ⁊ q̃s auertet illud?
Hec dicit dñs redẽptor vester scũs israhel.
Propt̃ vos emisi babilonẽ: ⁊ detraxi wetes
vmũsos: et chaldeos in naubyby suis gloriã-
tes. Ego dñs scũs vester: creans israhel: rex
vester. Hec dicit dñs qui dedit in mari viã:
et in aquis torrẽtiby semitã. Qui eduxit qua
drigam ⁊ equũ: agmẽ et robustuz. Simul
obdormierũt nec resurgẽt: ꝯtriti sũt q̃ limũ:
et extincti sũt. Ne meminerits priorũ: et ã-
tiqua ne intueamini. Ecce ego facio noua.
et nũc oriẽtur: vtiq̃ cognoscetis ea. Ponã
in deserto viam: ⁊ in inuio flumina. Et glori-
ficabit me bestia agri. dracones ⁊ struthões:
q̃ dedi in deserto aquas. flumina in inuio:
vt darem potũ populo meo electo meo. Po-
pulũ istuz formaui michi: laudẽ meã narra-
bit. Nõ me inuocasti iacob: nec laborasti in
me israhel. Nõ obtulisti michi arietẽ olocau-
sti tui: et victimis tuis nõ glificasti me. Nõ
te seruire feci in oblationẽ: nec laborẽ tibi p̃-
bui in thure. Nõ emisti michi argẽto cala-
mũ: ⁊ adipe victimarũ tuarũ nõ mebriasti
me. Verũtamẽ seruiẽ me fecisti in pecis tuis:
p̃buisti michi laborẽ in iniquitatibus tuis.
Ego suz. ego sũ ipse. q̃ deleo iniq̃tates tuas
ꝓpter me: ⁊ peccatorũ tuorũ nõ recordabor.
Reduce me in memoriã ⁊ iudicemur simul:
narra si q̃d habes ut iustificeris. Pater tuꝰ
primus peccauit: ⁊ interpretes tui p̃uaricati
sũt in me. Et ꝯtaminaui p̃ncipes scõs: dedi
ad interitũ iacob: ⁊ israhel in blasphemiã.

Et nũc audi iacob fue XLIIII
meus: et israel quez elegi. Hec dicit dñs
faciẽs et formans te: ab vtero auxiliator tu-
us. Noli timere serue meus iacob: ⁊ rectissi-
me quẽ elegi. Effundam enim aquas super
sitientẽ: ⁊ fluẽta sup aridam. Effundaz spũ
meũ sup semẽ tuũ: et bẽdictionẽ meã super
stirpem tuã: ⁊ germinabũt inter herbas q̃
salices iuxta preterfluẽtes aquas. Iste di-
cet domini ego sum: ⁊ ille vocabit in nomẽ
iacob. Et hic scribet manu sua dño: ⁊ in noie
israhel assimilabit̃. Hec dicit dñs rex israhel
et redẽptor eius: dñs exercituũ. Ego p̃mus
et ego nouissimus: ⁊ absq̃ me nõ est deus.
Quis similis mei? Vocet et annũciet: ⁊ ordi-
nez exponat michi. Exquo ꝯstitui michi po-
pulũ antiquũ: vẽturaq̃ que futura sũt annũci-
ent eis. Nolite timere: neq̃ ꝯturbemini. Ex
tũc audire te feci: ⁊ annũciaui. Vos estis te-
stes mei. Nũquid est deus absq̃ me. et for-
mator quẽ ego nõ nouerim? Plaste ydoli
oẽs michil sũt: ⁊ amantissima eoꝝ nõ ꝓdẽt
eis. Ipsi sũt testes eoꝝ. q̃ nõ videt̃ neq̃ in-
telligũt: ut ꝯfundãt̃. Quis formauit deum:
et sculptile ꝯflauit ad michil vtiles? Ecce oẽs
participes eius ꝯfundẽt̃. Fabri enim sũt ex
hominby. Cõuement omẽs: stabũt ⁊ pauebũt:
et ꝯfundent̃ simul. Faber ferrarius lima
operatus est: in prunis ⁊ in malleis formau-
it illud: et opatus est in brachio fortitudi-
nis sue. Esuriet ⁊ deficiet: nõ bibet aquã ⁊ las-
scet. Artifex lignarius extẽdit normã: for-
mauit illud in runcina. Fecit illud in ãgula-
riby: ⁊ in circino tornauit illud: et fecit ima-
ginem viri quasi speciosum hoiem habitan-
tem in domo. Succidit cedros: tulit ilicẽ ⁊
quercũ q̃ steterat inter ligna saltus. Plãta-
uit pinũ quam pluuia nutriuit: ⁊ facta est
hominby in focũ. Sumpsit ex eis ⁊ calefactus
est: et succẽdit ⁊ coxit panes: de reliquo aũt
operatus est deum ⁊ adorauit: fecit sculptile.
et curuatus est ante illud. Medũ eius ꝯbusc
sit igni: de medio eius carnes coxit. Come-
dit pulmentũ et saturatus est: ⁊ calefactus est

et dixit: Vah calefcūs ſū: vidi focū. Reliquū
autem eius deū fecit & ſculptile ſibi. Curua-
tur ante illud: & adorat illud et obſecrat di-
cēs. Libera me: q̄ deus meus es tu. Neſcie-
rūt neq̄ intellexerūt. Obliti enim ſūt ne vi-
deant oculi eorū: & ne intelligāt corde ſuo.
Nō recogitāt in mente ſua: neq̄ ꝓgnoſcūt
neq̄ ſentiunt ut dicant. Medietatem eius
ꝓbuſti ignī: & coxi ſup carbones eius paēs.
Coxi carnes et comedi: & de reliquo eius
ꝓdolū faciēs? Ante truncum ligni ꝓcidam?
Pars eius cinis eſt. Cor inſipiēs adorauit
illud: & non liberauit animā ſuā: neq̄ dicit
forte mendaciū eſt in dextera mea. Memē-
to horum iacob et iſrahel: q̄m ſeruus meus es
tu. Formaui te: ſeruus meus es tu. Iſrahel
nō obliuiſcaris mei. Deleui ut nubē iniquita-
tes tuas: & quaſi nebulam peccata tua. Re-
uertere ad me: q̄m redemi te. Laudate celi
quoniā miſericordiam fecit dōs: iubilate ex-
trema terre. Reſonate mōtes laudacōem:
ſaltus et oīne lignū eius. Quoniā redemit
dōs iacob: et iſrahel gloriabitur. Hec dicit
dōs redemptor tuus: & formator tuus ex
vtero. Ego dōs faciēs omnia: extendens
celos ſolus. Stabiliens terrā & nullus me-
cum: irrita faciens ſigna diuinorum: & ario-
los in furorem vertēs. Conuertēs ſapiētes
retrorſū: & ſciam eorum ſtultam faciēs. Suſci-
tans verbum ſerui ſui: & ꝓfiliū nūciorum ſuorum
compleēs. Qui dico ihrlm habitaberis: & ci-
uitatibus iuda edificabimini: et deſerta eius
ſuſcitabo. Qui dico ꝓfundo deſolare: & flu-
mina tua arefaciam. Qui dico cyro paſtor
meus es: & oēm voluntatē meā ꝓpleb. Qui
dico ihrlm edificaberis: et tēplo fundaberis.

Hec dicit dōs criſto meo XLV
cyro cuius apreheſdi dexterā ut ſub-
iciā ante faciē eius gētes: & dorſa regū ver-
tā. Et aperiā coram eo ianuas: & porte nō clau-
dent. Ego ante te ibo: & gloriosos terre hu-
miliabo. Portas ereas ꝓteram: et wectes fer-
reos ꝓfringam. Et dabo tibi thesauros ab-
ſconditos & archana ſecretorum: ut ſcias q̄
ego dōs. qui voco nomen tuū deus iſrahel:
ꝓpter ſeruū meū iacob & iſrahel electū meū.
Et vocaui te nomine tuo: aſſimilaui te: & nō
cognouiſti me. Ego dōs: et nō eſt āplius.
Extra me nō eſt deus. Accinxi te & nō ꝓgno-
uiſti me: ut ſciant hij qui ab ortu ſolis. & qui
ab occidēte quoniā abſq̄ me non eſt deus.
Ego dōs & nō eſt alter: formans lucē & cre-
ans tenebras: faciēs pacē & creans malum.
Ego dōs faciēs oīnia hec. Rorate celi deſup
et nubes pluant iuſtū: apiatur terra & ger-
minet ſaluatorē: & iuſticia oriat ſimul. Ego
dōs creaui eū. Ve qui cōtradicit fictori ſuo:
teſta de ſaniis terre. Nūq̄d dicet luti figu-
lo ſuo. quid facis: & opus tuū abſq̄ mambo
eſt? Ve qui dicit pri q̄d generas: & mlieri
quid parturis? Hec dicit dōs ſcūs iſrahel:
plaſtes eius. Ventura interrogate me: ſup
filios meos & ſup opus manuū mearum man-
date michi. Ego feci terrā: & hominē ſup eā
creaui. Ego & manus mee tetendērt celos:
et omni milicie eorum mandaui. Ego ſuſcita-
ui eum ad iuſticiā: & oēs vias eius dirigā.
Ipe edificabit ciuitatem meā: & capriuitatē
meā dimittet nō in pcio neq̄ in muneribus:
dicit dōs deus exercituū. Hec dicit dōs. La-
bor egipti et negotiacō ethiopie & ſabaim
viri ſublimes ad te trāſibūt & tui erūt: & poſt
te ambulabūt. Vincti manicis ꝓgent: et te
adorabūt teq̄ deprcabūt. Tantū in te ē deus:
et nō eſt deus abſq̄ te. Vere tu es deus ab-
ſconditus: deus iſrahel ſaluator. Cōfuſi ſunt
et erubuerunt oīnes ſimul: abierūt in ꝓfuſio-
ne fabricatores errorū. Iſrahel ſaluatus eſt
in domino ſalute eterna. Nō ꝓfundemini et
nō erubeſcetis uſq̄ in ſeculū ſeculi: q̄ hec di-
cit dōs creans celos. Ipſe deus formans ter-
ram & faciens eam: ipſe plaſtes eius. Non
in vanū creauit eam: ut habitaret formauit
eā. Ego dōs & nō eſt alius. Nō in abſcōdi-
to locutus ſū: in loco terre tenebroſo. Non
dixi ſemini iacob frustra: q̄rite me. Ego dōs
loquens iuſticiā: ānuncians recta. Cōgre-
gamini et venite: & accedite ſimul qui ſalua-
ti eſtis ex gentibus. Neſcierūt q̄ leuant ſignū
ſculpture ſue: & rogant dōm non ſaluantem.
Annūciate et venite: & conferamini ſimul. Qui
auditum fecit hoc? Ab initio ex tunc pdixi
illud. Nunq̄d non ego dōs: & non eſt vltra
deus abſq̄ me? Deus iuſtus & ſaluās nō eſt
ꝓter me. Conuertimini ad me et ſaluī eritis o-
mnes fines terre: q̄ ego deus & non ē alius.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

In memetipso iurauī. egrediet de ore meo iusticie verbū. et nō reuertet: q̃ michi curuabunt omnia genu: & iurabit omnis lingua. Ergo in domino dicet. Mee sūt iusticie et imperiū. Ad eū venient: & confundent omes qui repugnāt ei. In dño iustificabit et laudabitur omne semen israhel.

XLVI

Conflatus est bel contritus est nabo: facta sūt simulacra eorū bestijs & iumētis. Onera vra grauī pondere usq̃ ad lassitudinē portabuerūt: & contrita sūt simul. Non potuerūt saluaē portantē: & anima eorū in captiuitatē ibit. Audite me domus iacob: et omne residuū domus israhel. Qui portamī a meo vtero: q̃ gestamī a mea vulua. Vsq̃ ad senectam ego ipse: & usq̃ ad canos ego portabo. Ego feci & ego feram: & ego portabo & saluabo. Cui assimilastis me & adequastis: et comparastis me & fecistis similē? Qui conferis auruī de sacculo: & argentū statera ponderatis. Conducētes artificē ut faciat deum: et procidunt & adorāt. Portant illum in humeris gestātes: & ponentes in loco suo. Et stabit: ac de loco suo nō mouebit. Sed et cū clamauerint ad eum nō audiet: de tribulacōe nō saluabit eos. Memētote istud et confundamini: redite preuaricatores ad cor. Recordamini priōris seculi qm̄ ego sū deus & nō est vltra deus: nec est similis mei ānuncians ab exordio nouissimū: & ab initio que necdum facta sūt. Dicēs consiliū meū stabit: et omis voluntas mea fiet. Vocans ab oriente iustū: & de terra longinq̃ virū voluntatis mee. Et locutus sum & adducā illud: creauī et faciam illud. Audite me duro corde: qui lōge estis a iusticia. Prope feci iusticiā meam: nō elongabit. & salus mea nō morabitur. Dabo in syon salutē: & israheli gliaz meā.

XLVII

Descende: sede in puluē virgo filia babilon: sede in terra. Nō est soliū filie chaldeorū: q̃ vltra nō vocaberis mollis & tenera. Tolle molaz et mole farinā: denuda turpitudinē tuā. Discooperi humerum: reuela crura: transi flumina. Reuelabitur ignominia tua: et videbit opprobriū tuū. Vlcōem capiā: & nō resistet michi ho Redēptor noster dns exercituū: nomē illius scūs israhel. Sede tacēs & intra in tenebras filia chaldeorū: q̃ nō vocaberis vltra dna regnorū. Iratus sū sup populū meū: cōtaminaui hereditatem meā. Et dedi eos in manū tua: nō posuisti eis misericordias. Sup senē aggrauasti iugum tuū valde: & dixisti. In sempiternū ero domina. Nō posuisti hec super cor tuū: neq̃ recordata es nouissimi tui. Et nūc audi hec delicata. et habitans confidēter: que dicis in corde tuo ego sū: & non est pter me āplius. Nō sedebo vidua: & ignorabo sterilitatē. Venēt tibi duo hec subito in die vna: sterilitas et viduitas. Vnuersa venerūt sup te pter multitudinē maleficiorū tuorū: & pter duriciā incātatorū tuorū vehementē. Et fiduciā habuisti in malicia tua: & dixisti. Nō est qui videat me. Sapiētia tua et sciēcia tua hec decepit te. Et dixisti in cōde tuo. Ego sū: & pter me nō est altera. Venet sup te malū. et nescies ortū eius: irruet sup te calamitas quā nō poteris expiare. Veniet sup te repēte miseria quā nescies. Sta cū incantatoribus tuis & cū multitudine maleficiorū tuorū in quibus laborasti ab adolescētia tua: si forte quid pstit tibi: á si possis fieri fortior. Defecisti in multitudine consiliorū tuorum. Stent et saluēt te augures celi qui contēplabāt sydera & supputabant menses: ut ex eis ānunciarēt vēturā tibi. Ecce facti sunt q̃si stipula: ignis combussit eos. Nō liberabūt aiaz suā de manū flāme: nō sūt prune q̃ calefiāt: nec focus ut sedeāt ad eū. Sic fcā sūt tibi: in quibuscūq̃ laborasti. Negotiatores tui ab adolescētia tua: vnusquisq̃ in via sua errauerūt: nō est q̃ saluet te.

XLVIII

Audite hec domus iacob q̃ vocamini nomīe israhel & de aquis iuda existis: qui iuratis in noīe domini. et dei israhel recordamini: nō in veritate neq̃ in iusticia. De ciuitate enim scā vocati sūt: et sup deū israhel constabiliti sūt. Dns exercituū nomē eius. Priora ex tūc annunciauī ex ore meo exierūt: et audita feci ea: repēte operatus sū et venerūt. Scīui enim q̃ durus es tu: & neruus tuus ferreus: ceruix tua & frōs tua erea. Predixi tibi ex tūc: anteqũ venirent indicaui tibi: ne forte diceres ydola mea fecerūt hec: & sculptilia mea & conflatilia mea mādauerūt ista. Que audisti vide omia. Vos aūt nō annūciastis

Audita feci tibi noua ex tūc: ⁊ conseruata
que nescis. Modo creata sūt ⁊ nō ex tunc:
et ante diē: ⁊ nō audisti ea: ne forte dicas
ecce ꝯgnoui ea. Neq audisti neq cognoui
sti: neq ex tūc apta est auris tua. Scio e
nim q̄ p̄uaricās p̄uaricaberis: ⁊ trās gresso
rem ex vtero vocaui te. Propter nomē me
um lōge faciaz furorem meū: ⁊ laude mea
infrenabo te ne intereas. Ecce excoxi te ſ
nō quasi argentū: elegi te in camino paup
tatis. Propter me ꝓpter me faciam: ut nō
blasphemer: ⁊ gloriā meā alteri non dabo.
Audi me iacob: ⁊ israhel quem ego voco.
Ego ipe: ego p̄mus ⁊ ego nouissimus. Ma
nus q̄ mea fundauit terram: ⁊ dēstera mea
mensa ē celos. Ego vocabo eos: ⁊ stabūt
simul. Congregamini omnes vos ⁊ audite.
Quis de eis annūciauit hec? Dns dilexit eū:
faciet volūtatē suā in babilone: ⁊ brachiū
suū in chaldeis. Ego ego locutus sūt ⁊ voca
ui eum: adduxi eū: ⁊ directa ē via eius. Ac
cedite ad me: ⁊ audite hoc. Nō a pncipio
in abscōdito locutus sum. Ex tempore ātē
q̄ fieret ibi eram: ⁊ nūc dns deus misit me
et spūs eius. Hec dicit dns deus redēptor
tuus scūs israhel. Ego dns deus tuus doceſ
te vtilia: gubernās te in via qua ambulas.
Vtinā attendisses mandata mea. Facta
fuisſ sicut flumē pax tua: ⁊ iusticia tua sicut
gurgites maris. Et fuisſ q̄i harena semen
tuū: et stirps vteri tui ut lapilli eius. Nō in
terisſ et nō fuisſ attritum nomē eius a facie
mea. Egredimini de babilo ē: fugite a chal
deis. In voce exultacōis annūciate: auditū
facite hoc: ⁊ ferte illud usq ad extrema ter
re. Dicite. Redemit dns seruū suū iacob. Nō
sitierūt in deserto cū educeret eos. Aquā de
petra p̄duxit eis: ⁊ scidit petrā et fluxerunt
aque. Non est pax impijs dicit dominus.

XLIX

Audite insule: et attendi
te populi delōge. Dns ab vtero voca
uit me: de vētre mris mee recōdatus est no
minis mei. Et posuit os meum q̄i gladium
acutū: in vmbra manus sue ꝓtexit me: ⁊ po
suit me sicut sagittam electaz. In pharetra
sua abscōdit me: ⁊ dixit m̄. Seruus meus
es tu isrl: q̄i te glificabor. Et ego dixi. In va
cūū laborauī: sine causa et vane fortitudinē
meaz ꝯsumpsi. Ergo iudiciū meū cum dno:
et opus meuz cum deo meo. Nec dicit dns
formans me ex vtero suū sibi: ut reducaz ia
cob ad eum: ⁊ israhel ad eum ꝯgregabitur.
Et glorificatus sū in oculis dni: ⁊ deus me?
fcūs est fortitudo mea. Et dixit. Parum est
vt sis michi seruus ad suscitandas tribo ia
cob: ⁊ feces israhel ꝯuertēdas. Ecce dedi te
in lucez gentiū: ut sis salus mea usq ad ex
tremū terre. Hec dicit dns. redēptor israhel.
scūs eius: ad ꝯtemptibilē animā ad abomi
natam gentē ad seruū dnorū. Reges vide
būt ⁊ ꝯsurgent principes: et adorabūt ꝓpter
dnm q̄ fidelis ē: ⁊ scm israhel qui elegit te.
Hec dicit dns. In tempore placito exaudi
ui te: ⁊ in die salutis auxiliatus sum tui. Et
seruauī te ⁊ dedi te in fedus populi. ut suscita
tares terraz ⁊ possidēs hereditates dissipa
tas: ut diceres hijs q̄ vincti sūt exite: ⁊ hijs
qui in tenebris reuelami. Super vias pascē
tur: ⁊ in omnibo planis pascua eorz. Non esu
riēt neq sitient: ⁊ nō percutiet eos estus ⁊ sol:
q̄ miserator eorz reget eos. et ad fontes a
quarz potabit eos. Et ponam omnes mōtes
meos in viā: ⁊ semite mee exaltabūt. Ecce
isti delōge venient: ⁊ ecce illi ab aquilone ⁊
mari: ⁊ isti de terra australi. Laudate celi et
exultet terra: iubilate mōtes laudē: q̄ ꝯsola
tus est dns populū suum. et pauperū suorū
miserebit. Et dixit spon. Dereliq̄t me dns:
et dns oblitus est mei. Nunq̄d obliuisci po
test mulier infantez suū: ut nō misereat filio
vteri sui? Et si illa oblita fuerit: ego tamē nō
obliuiscar tui. Ecce in manibo meis descripsi
te: muri tui coram oculis meis semp. Vene
rūt structores tui: destruētes te ⁊ dissipātes.
a te exibūt. Leua in circuitu oculos tuos et
vide: omnes isti ꝯgregati sunt: venerūt tibi.
Viuo ego dicit dns: q̄ omnibo hijs velut
ornamēto vestieris: ⁊ circūdabis tibi eos q̄i
sponsa. Quia deserta tua ⁊ solitudines tue ⁊
terra ruine tue nūc anguste erūt p̄ habita
toribo: ⁊ longe fugabūt qui absorbebāt te.
Adhuc dicēt in auribo tuis filij sterilitatis
tue. Angustus est michi locus: fac spaciuz
michi ut habitē. Et dices in corde tuo. Quis
michi genuit istos? Ego sterilis ⁊ nō pari
ens transmigrata ⁊ captiua: et istos quis

enutriuit? Ego destituta ⁊ desolata: et isti vbi hic erãt? Hec dicit dñs deus. Ecce leuabo ad gentes manũ meam: et ad populos exaltabo signum meum. Et afferent filios tuos in vlnis: ⁊ filias tuas super humeros portabũt. Et erũt reges nutricij tui: ⁊ regine nutrices tue. Vultu in terra dimisso adorabũt te: ⁊ puluerẽ pedum tuoꝝ lingẽt. Et scies q̃ ego dñs: sup quo nõ cõfundent q̃ exspectant eum. Nunq̃d tolletur a forti preda: aut qõ captũ fuerit a robusto saluũ esse poterit? Quia hec dicit dñs. Equidẽ ⁊ captiuitas a forti tollet: ⁊ quod ablatum fuerit a robusto saluabitur. Eos vero qui iudicauerũt te ego iudicabo: ⁊ filios tuos ego saluabo. Et cibabo hostes tuos carnibꝫ suis: ⁊ quasi musto sangume suo inebriabunt. Et sciet omis caro quia ego dominus saluãs te: et redemptor tuus fortis iacob. LI

Hec dicit dñs. Quis est hic liber rpudij mris vestre: quo dimisi eam? Aut quis est creditor meus: cui vendidi vos? Ecce in iniquitatibꝫ vris venditi estis et in sceleribꝫ vris dimisi matrẽ vestrã: q̃ venit ⁊ nõ erat vir: vocauit ⁊ nõ erat q̃ audiret. Nũquid abbreuiata ⁊ paruula fcã est manus mea ut nõ possim redimere: aut nõ est in me virtus ad liberandũ? Ecce in increpacõne mea deserta faciam mare: ponaꝝ flumina in siccũ. Cõputrescent pisces sine aqua: et morientur in siti. Induaꝝ celos tenebris: et saccũ ponã operimentuꝝ eorꝝ. Dñs dedit mi lingua eruditam: ut scia sustentare eum qui lassus ẽ verbo. Erigit mane·mane erigit mi aureꝝ: ut audiã quasi magistrũ. Dñs deus aperuit michi aure: ego autẽ nõ contradico: retrorsuꝝ non abij. Corpus meũ dedi percutientibus ⁊ genas meas vellentibꝫ: faciem meã nõ auerti ab increpãtibꝫ et conspuentibꝫ. Dñs deus auxiliator meus: ideo non sum confusus. Ideo posui faciẽ meã ut petraꝝ durissimã: et scio quoniaꝝ nõ confundar. Iuxta ẽ qui iustificat me. Quis cõtradicit michi? Stemus simul. Quis est aduersarius meus? Accedat ad me. Ecce dñs deus auxiliator me?. Quis ẽ qui condẽnet me? Ecce omes quasi vestimentũ conterent: tinea comedet eos. Quis ex vobis timẽs dñm: audiẽs vocẽ serui sui? Quis ambulauit in tenebris: ⁊ nõ est lumẽ eis? Speret in nomine domini: ⁊ innitat sup deũ suũ. Ecce vos omes accedẽtes ignẽ: accincti flammis. Ambulate in lumine ignis vestri: ⁊ in flãmis quas succẽdistis. De manu mea fcm ẽ hoc vob. In doloribꝫ dormietis. LII

Audite me qui sequimini quod iustuꝝ ẽ: ⁊ queritis dñm. Attẽdite ad petrã vnde excisi estis: et ad cauernam laci de qua pcisi estis. Attẽdite ad abrahã patrem vestrũ: ⁊ ad saraꝝ que pepit vos. Quia vnũ vocaui eũ: ⁊ bẽdixi ei: ⁊ multiplicaui eũ. Consolabit ergo dñs syon: ⁊ consolabit oes ruinas eius. Et ponet desertũ eius quasi delicias: et solitudinẽ eius quasi ortũ dñi. Hauditũ ⁊ leticia inuenietur in ea: grãraꝝ actõ ⁊ vox laudis. Attẽdite ad me populus meus: et tribꝫ mea me audite. Quia lex a me exiet: ⁊ iudiciũ meũ in lucem populorum requiescet. Prope ẽ iustus meus: egressus est saluator meus: et brachia mea populos iudicabunt. Me insule expectabũt: ⁊ brachiũ meũ sustinebũt. Leuate in celũ oculos vros: et videte sub terra deorsũ. Quia celi sicut fumus liquescent: et terra sicut vestimentum atteretur: et habitatores eius sicut hec interibunt. Salus autem mea in sempiternũ erit: ⁊ iustitia mea nõ deficiet. Audite me qui scitis iustũ: populus meus lex mea mea in corde eorum. Nolite timere oprobriuꝝ hoim: ⁊ blasphemias eorꝝ ne metuatis. Sicut enim vestimẽtũ sic comedet eos vermis: ⁊ sicut lanam sic deuorabit eos tinea. Salus aũt mea in sempiternũ erit: et iustitia mea in gnationes generationũ. Consurge consurge: induẽ fortitudinẽ brachiũ domini. Cõsurge sicut in diebꝫ antiquis: in gnationibꝫ seculorũ. Nũq̃d nõ tu percussisti superbũ: vulnerasti draconem? Nũq̃d non tu siccasti mare: aquã abissi vehementẽ? Qui posuisti pfundũ maris viã: ut trãsirẽt liberati. Et nũc qui redẽpti sũt a dño reuertẽt: et venient in syon laudãtes: ⁊ leticia sempiterna sup capita eorꝝ. Hauditũ ⁊ leticiam tenebũt: fugiet dolor ⁊ gemitus. Ego ego ipse consolabor vos. Quis tu ut timẽs ab hoie mortali ⁊ a filio homis: qui quasi fenũ ita arescis? Et oblitus es dñi factoris tui qui tetẽdit celos ⁊ fundauit terrã: et formidasti

iugiter tota die a facie furoris eius q̃ te tri-
bulabat: q̃ parauerat ad pdẽdũ. Vbi nũc ẽ
furor tribulãtis? Cito vmet gradiẽs ad a-
periendũ: et nõ interficiet usq̃ ad interni-
onẽ: nec deficiet panis eius. Ego enim sum
dñs deus tuus q̃ conturbo mare et intumescũt
fluctus eius: dñs exercituũ nomẽ meũ. Po-
sui verba mea in ore tuo: & in vmbra manus
mee ptexi te: ut plãtes celos & fundes ter-
ram: et dicas ad syon: populus meus es tu.
Eleuare eleuare: consurge ihrlm: que bibisti
de manu domini calicẽ ire eius. Vsq̃ ad fun-
dũ calicis soporis bibisti: & potasti usq̃ ad
feces. Nõ ẽ qui sustẽtet eam ex omnib̃ filijs
quos genuit: & nõ est qui apprehẽdat ma-
nũ eius ex omnib̃ filijs q̃s enutriuit. Duo sũt
que occurrerũt tibi. Quis contristabit̃ super
te? Vastitas et contricõ & fames et gladius:
quis consolabit̃ te? filij tui piecti sũt: dormie-
rũt in capite omnium viarũ sicut bestia illaque-
ata: plem indignacõe domini: increpacõe
dei tui. Idcirco audi hoc paupcula: & ebria
nõ a vino. Hec dicit dñator tuus dñs: & de-
tuus qui pugnauit p populo suo. Ecce tuli
de manu tua calicem soporis: fundum calicis
indignationis mee. Nõ adicies ut bibas
illum vltra. Et ponã illum in manu eorũ q̃ te
humiliauerũt & dixerũt anime tue incurua-
re ut trãseamus: & posuisti ut terrã corpus
tuum: et quasi viam transeũntibus. LII

Consurge consurge. induere fortitudine
tua syon. Induere vestimẽtis glorie
tue ihrusalem ciuitas sancti: q̃ nõ adiciet
vltra ut ptrãseat p te incircũcisus & immun-
dus. Excutere de puluere: consurge. sede ihe-
rusalẽ. Solue vincula colli tui captiua filia
syõ. q̃ hec dicit dñs. Gratis venũdati estis:
et sine argento redimemini. Quia hec dicit
dñs deus. In egiptum descẽdit ꝓplus meus
in pncipio. ut colonus esset ibi: & assur abs-
q̃ vlla causa calũniatus est eos. Et nũc q̃d
michi est hic dicit dñs? Quomã ablatus ẽ
ꝓplus meus gratis. Dominatores eius imq̃
agũt dicit dñs: et iugit̃ tota die nomẽ meũ
blasphematur. Propter hoc sciet ꝓplus me-
us nomẽ meũ in die illa: q̃ ego ipse qui lo-
quebar ecce assum. Quã puleri sup mõtes
pedes ãnunciãtis & pdicãtis pacẽ: ãnunciãtis
bonũ: predicãtis salutem: dicẽtis syon. Regẽ-
bit deus tuus. Vox speculatorũ tuorũ. Leua-
uerũt vocem. simul laudabũt: q̃ oculo ad
oculũ videbũt. cũ conuerterit dñs syon. Gau-
dete & laudate simul deserta ihrlm: q̃ consola-
tus est dñs populũ suũ: redemit ihrusalem.
Parauit dñs brachiũ sctm suũ in oculis omn
gentiũ: et videbũt omes fines terre salutare
hec s'dno dei nostri. Recedite recedite: exite inde: pol-
lutũ nolite tãgere. Exite de medio eius: mũ-
damini qui fertis vasa domini. Quomã nõ in
tumultu exibitis: nec i fuga ꝓperabitis. Pre-
cedet enim vos dñs: & congregabit vos deus
israhel. Ecce intelliget seruus meus: exalta-
bit̃ et eleuabitur: & sublimis erit valde. Sic
obstupuerũt sup te multi: sic inglorius erit
inter viros aspectus eius & forma eius inter
filios hom̃. Iste aspget gẽtes multas: sup
ipm continebũt reges os suũ. Quia q̃b̃ nõ ẽ
narratũ de eo videbũt: & q̃ nõ audierũt cõ-
templati sũt. LIII

Quis credidit audi-
tui nostro: & brachiũ domi cui reuelatũ
est? Et ascendit sicut virgultũ coram eo: et sic
radix de terra sitiẽti. Nõ est species ei neq̃
decor. Et vidimus eum & nõ erat aspectus:
et desideraumus eum despectũ & nouissimũ
virorũ: virũ dolorũ & scientẽ infirmitatem
Et quasi abscõditus vultus eius & despect̃:
vnde nec reputauimus eum. Vere languo-
res nostros ipe tulit: & dolores nros ipse
portauit. Et nos putauimus eũ q̃i leprosũ:
et pcussum a deo & humiliatũ. Ipse aũt vul-
neratus est ꝓpter iniquitates nostras: attri-
tus est ꝓpter scelera nostra. Disciplina pacis
nostre sup eum: & liuore eius sanati sumus.
Omes nos q̃i oues erraumus: vnusquis-
q̃ in viã suã declinauit: & dñs posuit in eo ini-
quitatẽ omnium nostrũ. Oblatus est q̃ ipe vo-
luit: & nõ aperuit os suũ. Sic ouis ad occi-
sionẽ ducet̃: et quasi agnus coram tondẽte
obmutescet: & nõ aperiet os suũ. De angustia
et de iudicio sublatus est. Generacõez eius
quis enarrabit? Quia abscisus est de terra
viuentiũ. Propter scelus populi mei pcussi
eum. Et dabit impios p sepultura & diuitez
p morte sua: eo q̃ iniquitatẽ nõ fecerit. nec
dolus fuerit in ore eius: & dñs voluit conterẽ
eũ in infirmitate. Si posuerit p peccato aiam

suā videbit semē longeuū: ⁊ voluntas dñi in
manu eius dirigetur. Pro eo q̃ laborauit anima
eius: videbit ⁊ saturabitur. In scientia sua
iustificauit ipse iustus seruos meos multos:
et iniquitates eorum ipse portauit. Ideo dis-
pcā ei plurimos ⁊ fortiū diuidet spolia: p
eo q̃ tradidit in mortem aiam suā: ⁊ cum
sceleratis reputatus ē. Et ipse pecca multorum
tulit: et p trāsgressoribus rogauit. LIIII

Lauda sterilis que nō paris: decanta
laude ⁊ hymni que nō pariebas: qm̃
multi filij deserte magisq̃ eius q̃ habet viruz
dicit dñs. Dilata loca tentorij tui: ⁊ pelles ta-
bernaculorum tuorum extende ne parcas. Longos
fac funiculos tuos: ⁊ clauos tuos consolida.
Ad dexterā enim ⁊ ad leuā penetrabis: et
semē tuū gentes hereditabit: ⁊ ciuitates deserta
inhabitabit. Noli timere: q̃ nō confundeis neq̃ e-
rubescas. Nō enim te pudebit q̃ confusionis ado-
lescentie tue obliuisceris: ⁊ opprobrij viduita-
tis tue nō recordaberis amplius. Quia dñabitur
tui q̃ fecit te: dñs exercituū nomē eius: ⁊ re-
dēptor tuus scūs isrl: deus oīs terre vocabitur.
Quia ut mulierem derelictā ⁊ merentē spū
vocauit te dñs: et vxorem ab adolescentia ab-
iecta. Dixit deus tuus. Ad punctū in modi-
co dereliqui te: ⁊ in miserationibus magnis con-
gregabo te. In momēto indignationis ab-
scondi faciem meā paruper a te: et in misericor-
dia sempiterna miserius sum tui. Dixit re-
dēptor tuus dñs. Sicut in diebus noe istud
mihi est: cui iurauī ne inducerem aquas vltra
supra terrā: sic iurauī ut nō irascar tibi ⁊ non
increpem te. Montes enim commouebuntur et
colles contremiscent: misericordia autē mea nō
recedet a te: et fedus pacis mee nō mouebi-
tur. Dixit miserator tuus dñs. Paupcula
tempestate conquassata absq̃ vlla cōsolatione: ec-
ce ego sternam p ordinē lapides tuos: et
fundabo te in saphiris. Et ponam iaspidem
propugnacula tua ⁊ portas tuas in lapides
sculptos: ⁊ omnes terminos tuos in lapides
desiderabiles: omnēs filios tuos doctos
a dño: ⁊ multitudinē pacis filijs tuis: et in
iustitia fundaberis. Recede p cul a calumia
q̃ nō timebis: ⁊ a pauore: q̃ nō appropin-
quabit tibi. Ecce accola ipse qui nō erat
mecū: aduena quondā tuus adiūgetur tibi.
Ecce ego creauī fabrū sufflantē ī igne pru-
nas: ⁊ proferentē vas in opus suū: ⁊ ego cre-
auī interfectorem ad dispdendū. Omne vas
quod fictum est contra te nō dirigetur: ⁊ omnem
linguā resistentem tibi in iudicio iudicabis.
Hec est hereditas seruorum domini: et iusti-
cia eorum apud me dicit dominus. LV

Omnes sitientes venite ad aquas: et q̃
nō habetis argentum properate. Emite ⁊
comedite: venite emite absq̃ argento: ⁊ abs-
q̃ vlla commutatione vinū ⁊ lac. Quare appen-
dimus argentum nō in pamibus: ⁊ laborem vrm
nō in saturitate? Audite audientes me ⁊ cō-
edite bonū: ⁊ delectabitur in crassitudine a-
iam vra. Inclinate aurem vram et venite ad
me: audite et viuet aiam vra: ⁊ feriam vobis
cum pactum sempiternū: misericordias da-
uid fideles. Ecce testem populis dedi eum:
ducē ac preceptorē gentibus. Ecce gentē quā
nesciebas vocabis: ⁊ gentes que nō cognoscebant
te ad te current propter dñm deum tuum
et scm israhel: q̃ glorificauit te. Querite dñm
dū inuenirī potest: inuocate eum dū prope est.
Derelinquat impius viā suā: et vir iniquus
cogitationes suas: ⁊ reuertatur ad dñm et mi-
serebitur eius: ⁊ ad deum nostrū q̃m multus
est ad ignoscendum. Nō enim cogitationes
mee cogitationes vre: neq̃ vie vre vie mee
dicit dñs. Quia sicut exaltāt celi a terra sic
exaltate sūt vie mee a vijs vestris: ⁊ cogita-
tiones mee a cogitationibus vestris. Et quō
descendit imber et nix de celo ⁊ illuc vltra nō
reuertitur? sed inebriat terrā ⁊ infundit eam et
germinare eam facit ⁊ dat semē serenti ⁊ pa-
nem comedenti: sic erit verbū meū quod egre-
dietur de ore meo. Nō reuertetur ad me vacuū:
sī faciet quecūq̃ volui: et prosperabitur in hijs
ad que misi illud. Quia in letitia egrediemī:
et in pace deducemini. Montes ⁊ colles can-
tabūt coram vobis laudē: ⁊ omnia ligna re-
gionis plaudent manu. Pro salicū ascendit a-
bies: et p vrtica crescet mirtus. Et erit dñs
nominatus in signū eternū: qd̃ nō auferetur.
Hec dicit dñs. Custodite iu- LVI
dicium et facite iustitiam: q̃ iuxta est sa-
lus mea ut veniat: et iustitia mea ut reueletur.
Beatus vir qui facit hoc: ⁊ filius hominis qui
apprehendet istud: custodiens sabbatū ne

polluat illud: custo diēs manus suas ne faciat omne malū. Et nō dicat filius aduene qui adhæret dño dicēs: separacōne diuidet me dñs a poplo suo. Et nō dicat eunuch?: ecce ego lignū aridū. Quia hæc dicit dñs eunuchis qui custo dierint sabbata mea: et elegerint q̄ volui: et tenuerint fedus meū. Dabo eis in domo mea et in muris meis locum: et nomē melius a filijs et filiabus. Nomē sempiternū dabo eis: qd nō peribit. Et filios aduene q̄ adhærēt dño ut colāt eum et diligāt nomē eius ut sint ei in seruos: omēm custo dientē sabbatū ne polluat illud et tenentē fedus meū: adducā eos in montem sēm meū. et letificabo eos in domo oracōis mee. Holocausta eorū et victime eorū placebūt michi sup altari meo: quia domus mea domus oīoms vocabit cūctis populis. Ait dñs deus: q̄ cōgregat dispsos israhel. Adhuc ogregabo ad eū ogregatos eius. Omnes bestie agri venite ad deuorandū: vniuerse bestie saltus. Speculatores eius ceci omnes: nesciērūt vniuersi: canes muti nō valentes latrare. videntes vana. dormientes et amātes somnia: et canes impudentissimi nesciērūt saturitatē. Ipsi pastores ignorauerūt intelligentiā: omnes in viā suā declinauerūt: vnusquisq̄ ad auaricā suā a summo usq̄ ad nouissimū. Venite sumamus vinū et impleamur ebrietate: et erit sicut hodie sic et cras: Iustus perit LVII et multo āplius. et nemo est q̄ recogitet in corde suo: et viri misericordie colligunt: et nō est qui intelligat. A facie enim malicie collectus est iust?. Veniat pax: requiescat in cubili suo. q̄ ambulauit in directōe sua. Vos autē accedite huc filij auguriatricis: semē adulterē et fornicarie. Super quē lusistis: sup quē dilatastis os. et eiecistis lingua? Nunq̄d nō vos filij scelesti semē mendax: qui oblamini in dijs subter omne lignū frondosū immolātes paruulos in torrēbus subt eminētes petras. In partibus torrētis pars tua: hæc ē sors tua. Et ipsis effudisti libamē: obtulisti sacrificium. Nūquid sup hijs nō indignabor? Super mōtem excelsū et sublimē posuisti cubile tuū: et illuc ascēdisti ut immolares hostias. Et post ostiū et retro postē posuisti memoriale tuū: et iuxta me discooperuisti et suscepisti adulterū. Dilatasti cubile tuū: et pepigisti cū eis fedus. Dilexisti stratū eorū manū aperta: et ornasti te regio vnguēto: et multiplicasti pigmēta tua. Misisti legatos tuos procul: et humiliata es usq̄ ad inferos. In multitudine vie tue laborasti: nō dixisti quiescā. Vitā manus tue inuenisti: propterea non rogasti. Pro quo sollicita timuisti: et mentita es et mei nō es recordata: neq̄ cogitasti in corde tuo et ego tacēs et quasi non videns. et mei oblita es. Ego annūciabo iusticiā tuā: et opera tua nō proderūt tibi. Cū clamaueris liberēt te congregati tui. Et omēs eos auferet vētus: tollet aura. Qui autē fiduciā habet mei hæreditabit terrā: et possidebit montē sēm meū: et dicā. Viā facite. pparate iter: declinate de semita: auferte offendicula de via populi mei. Quia hæc dicit excelsus et sublimis habitās eternitatē et sēm est nomē eius: in excelso et in sancto habitans. et cum contrito et humili spiritu: ut viuificet spiritum humiliū et viuificet cor contritorū. Non enim in sempiternū litigabo neq̄ usq̄ ad finē irascar: q̄ a spūs a facie mea egredietur: et faciā ego flatus. Propter iniquitatē auaricie eius iratus sū: et percussi eū. Abscōdi: et indignatus sū. Et abiit merēs in via cordis sui. Vias eius vidi et sanaui eū. et reduxi eū: et reddidi consolacōes ipsi et lugentibus eius. Creauit fructū labiorū pacē: pacē ei qui longe est. et qui prope dixit dñs: et sanaui eū. Impij autē q̄ mare ferues quod quiescere nō potest: et redundāt fluctus eius in conculcacōes et lutū. Nō ē pax impijs dicit dominus meus. LVIII

Clama. ne cesses: q̄ tuba exalta vocē tuā et ānūcia poplo meo scelera eorū: et domui iacob pcā eorū. Me etenim de die in diē querūt et scire vias meas volunt: q̄ gēs q̄ iusticiā fecerit: et q̄ iudicū dei sui nō dereliquerit. Rogāt me iudicia iusticie: appropinquare deo volūt. Quare ieiunauimus et nō aspexisti: humiliauimus aias nostras et nesciisti? Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra: et omēs debitores vestros repetis. Ecce ad lites et contencōes ieiunatis: et percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsq̄ ad hanc diem: ut audiatur in excelso

clamor vr̃. Nũquid tale ē ieiunũ qd̃ elegi:
p die affligere hominē aiam suā? Nũquid
obtorq̃re quasi circulũ caput suũ: ⁊ saccũ ⁊ ci-
nerem sternē? Nunquid istud vocabis ieiu-
nũ: ⁊ die ē acceptabilē dño? Nonne hoc est
magis ieiunium qd̃ elegi? Dissolue colliga-
cões impietatis: solue fasciculos deprimē-
tes: Dimitte eos qui ofracti sũt liberos: et
omne onus dirũpe. Frãge esurientibus panē tuũ:
et egenos vagosq; induc in domũ tuã. Cũ
videris nudũ operi eũ: ⁊ carnē tuã ne despe-
xeris. Tunc erũpet quasi mane lumē tuũ:
et sanitas tua citius orietur. Et antibit faciē
tuam iustitia tua: ⁊ gloria dñi colliget te.
Tũc inuocabis ⁊ dñs exaudiet: clamabis:
et dicet ecce adsum. Si abstuleris de medio
tui cathenã: ⁊ desieris extendē digitũ ⁊ loq̃
quod nõ p̃dest. Cũ effuderis esurientibus aiam
tuã · et ammã afflictã repleueris: orietur in
tenebris lux tua: ⁊ tenebre tue erit sicut me-
ridies. Et requiē tibi dabit dñs deus tuus
semp: ⁊ implebit splendoribus ãimã tuam:
et ossa tua liberabit. Et eris quasi ortus irri-
guus: ⁊ sicut fons aquarũ cuius nõ deficiẽt
aque. Et edificabũt in te deserta seculorũ:
fundamẽta gnationis ⁊ gnationis suscita-
bis. Et vocaberis edificator sepiũ: auertẽs
semitas in quietẽ. Si auerteris a sabbato
pedẽ tuũ facẽ voluntatẽ tuã in die scõ meo:
et vocaueris sabbatũ delicatũ ⁊ scm dñi glo-
riosum: et glificaueris eum dũ nõ facis vias
tuas ⁊ nõ inuenit vlõtas tua ut loquaris
sermonē: tunc delectaberis sup dño. et sustollã
te sup altitudinẽs terre: ⁊ cibabo te hẽditate
iacob pris tui. Os enim dñi locutũ ē. LIX

Ecce nõ est abbreuiata manus domi
vt saluare neq̃at: neq; aggrauata ē
auris eius ut nõ exaudiat: sed iniq̃tates vre
diuiserũt inter vos ⁊ deum vrm: ⁊ pecca vra
absconderũt faciẽ eius a vobis ne exaudi-
ret. Manus enim vestre pollute sũt sanguine:
et digiti vestri iniquitate. Labia vra locuta
sũt mendacia: ⁊ lingua vestra iniquitatem
fatur. Nõ est qui inuocet iustitiã · neq; ē q̃
iudicet vere: sed obtũt in nichilo: ⁊ loquũt
vanitates. Conceperũt laborẽ: ⁊ pepererũt
iniquitatẽ. Ouia aspidũ ruperunt: ⁊ telas a-
ranee texuerũt. Qui comederit de ouis eor-
Tele eorũ nõ erũt in vestimẽtũ: neq; operiẽt
morierẽ: et quod obtũ ē erumpet in regulũ.
operibus suis. Opera eorũ opa inutilia: ⁊ op?
iniq̃tatis in manibus eorũ. Pedes eorũ in ma-
currunt: ⁊ festinãt ut effundãt sanguinẽ in-
nocentẽ. Cogitacões eorũ cogitacões inu-
tiles. Vastitas et obtricõ in vijs eorũ: viã pa
cis nesciẽrũt: ⁊ nõ est iudiciũ in gressibus eo-
rũ. Semite eorũ incuruate sũt eis: omis qui
calcat in eis ignorat pacẽ. Propter hoc elõ-
gatũ ē iudiciũ a vobis: ⁊ nõ apprehẽdet vos
iustitia. Expectauimus lucẽ ⁊ ecce tenebre:
splendorẽ: ⁊ in tenebris ambulauimus. Pal-
pauimus sicut ceci parietẽ: ⁊ q̃i absq; oculis
attrectauimus. Impegimus meridie quasi
in tenebris: in caligosis quasi mortui. Rugi-
emus quasi vrsi oes: ⁊ quasi columbe medi-
tãtes gememus. Expectauimus iudiciũ ⁊
non ē: salutẽ ⁊ elõgata est a nobis. Multi-
plicate sũt enim iniq̃tates nostre coram te:
et pecca nostra rñderũt nobis. Quia scelera
nostra nobiscũ: ⁊ iniquitates nras agnoui-
mus · pecẽare ⁊ mẽtiri obtra dñm: et aũsi sumus
ne iremus post tergũ dei nostri ut loq̃rem
calumniã ⁊ trãsgressionẽ. Concepimus ⁊ lo-
cuti sumus de corde verba mẽdacij: ⁊ cõsum
est retrorsum iudicium: ⁊ iustitia lõge stetit.
Quia corruit in platea veritas: ⁊ equitas nõ
potuit ingredi. Et fcã est veritas in obliuio-
ne: ⁊ qui recessit a malo p̃dẽ patuit. Et vidit
dñs ⁊ malũ apparuit in oculis eius: q̃ non ē
iudiciũ. Et vidit deus q̃ nõ ē vir: ⁊ aporiat?
est q̃ nõ ē qui occurrat. Et saluabit sibi bra-
chiũ suũ: ⁊ iustitia eius ipa ofirmabit eum.
Indutus ē iustitia ut lorica: ⁊ galea salutis
in capite eius. Indutus ē vestimẽtis vlcõmis:
⁊ opertus est quasi pallio zeli sicut ad vindi-
ctã: quasi ad retribucõem indignacõis ho-
stibus suis. et vicissitudinẽ inimicis suis. Insu-
lis vicẽ reddet. Et timebũt qui ab occidẽte
nomẽ domini: ⁊ qui ab ortu solis gliam eius.
Cũ venerit quasi fluuius violẽtus quẽ spũs
dñi cogit: et venerit sion redẽptor: et eis q̃
redeũt ab iniq̃tate in iacob dicit dñs. Hoc
fedus meũ cum eis dicit dñs. Spũs meus
qui est in te ⁊ verba mea · q̃ posui in ore tuo
nõ recedẽt de ore tuo · et de ore seminis tui di-
cit dñs: amodo et usq; in sempiternũ.

Surge illuminare ierusalem LIX
quia venit lumen tuum: et gloria dni super te orta est. Quia ecce tenebre operient terram et caligo populos: super te autem orietur dns: et gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo: et reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos et vide: omnes isti congregati sunt: venerunt tibi. Filij tui de longe venient: et filie tue de latere surgent. Tunc videbis et afflues et mirabitur et dilatabitur cor tuum: quando conuersa fuerit ad te multitudo maris: fortitudo gentium venerit tibi. Inundatio camelorum operiet te: dromedarij madian et effa. Omnes de saba venient aurum et thus deferentes: et laudem dno annunciantes. Omne pecus cedar congregabitur tibi: arietes nabaioth ministrabunt tibi. Offerentur super placabili altari meo: et domum maiestatis mee glificabo. Qui sunt isti qui ut nubes volant: et quasi columbe ad fenestras suas? Me enim insule expectabunt et naues maris in principio: ut adducam filios tuos de longe. Argentum eorum et aurum cum eis nomini domini dei tui et sancti israhel: quia glorificauit te. Et edificabunt filij pegrinorum muros tuos: et reges eorum ministrabunt tibi. In indignacione enim mea percussi te: et in reconciliacione mea misertus sum tui. Et aperient porte tue iugiter: die ac nocte non claudentur: ut afferatur ad te fortitudo gentium et reges earum adducantur. Gens enim et regnum quod non seruierit tibi pibit: et gentes solitudine vastabuntur. Gloria libani ad te venet: abies et buxus et pinus simul ad ornandum locum sanctificacionis mee: et locum pedum meorum glorificabo. Et venient ad te curui filij eorum qui humiliauerunt te: et adorabunt vestigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi: et vocabunt te ciuitatem domini sion sancti israhel. Pro eo quod fuisti derelicta et odio habita et non erat qui per te transiret: ponam te in superbiam seculorum: gaudium in generacione et generacione. Et sugis lac gentium: et mamilla regum lactaberis. Et scies quia ego dns saluans te: et redemptor tuus fortis iacob. Pro ere afferam aurum: et pro ferro afferam argentum: et pro lignis es: et pro lapidibus ferrum. Et ponam visitacionem tuam pacem: et prepositos tuos iusticiam. Non audietur vltra iniquitas in terra tua: vastitas et contricio in terminis tuis: et occupabit salus muros tuos: et portas tuas laudacio. Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem: nec splendor lune illuminabit: sed erit tibi dns in lucem sempiterna: et deus tuus in gloria tua. Non occidet vltra sol tuus et luna tua non minuetur: quia dns erit tibi in lucem sempiterna: et complebuntur dies luctus tui. Populus autem tuus omnes iusti in perpetuum heditabunt terram: germen plantacionis mee: opus manus mee ad glorificandum. Minimus erit in mille: et paruulus in gentem fortissimam. Ego dominus: in tempore eius subito faciam istud. LX

Spiritus domini super me: eo quod vnxerit me. Ad annunciandum mansuetis misit me: ut mederer contritis corde et predicarem captiuis indulgentiam et clausis aperionem: ut predicarem annum placabile dno et diem vltionis deo nostro: ut consolarer omnes lugentes: ut ponerem fortitudinem lugentibus sion: et darem eis coronam pro cinere: oleum gaudij pro luctu: pallium laudis pro spiritu meroris. Et vocabuntur in ea fortes iusticie: plantacio domini ad glificandum. Et edificabunt deserta a seculo: et ruinas antiquas erigent: et instaurabunt ciuitates desertas et dissipatas in generacione et generacione. Et stabunt alieni et pascent pecora vra: et filij pegrinorum agricole et vinitores vestri erunt. Vos autem sacerdotes domini vocabimini: ministri dei nostri dicetur vobis. Fortitudinem gentium comedetis: et in gloria eorum superbietis. Pro confusione vestra duplicia et rubore: laudabunt partem eorum. Propter hoc in terra sua duplicia possidebunt: letencia sempiterna erit eis. Quia ego dns diligens iudicium: et odio habens rapinam in holocaustum. Et dabo opus eorum in veritate: et fedus perpetuum feriam eis. Et sciet in gentibus semen eorum: et germen eorum in medio populorum. Omnes qui viderint eos cognoscent illos: quia isti sunt semen cui bndixit dominus. Gaudens gaudebo in dno: et exultabit aia mea in deo meo. Quia induit me vestimentis salutis: et indumento iusticie circumdedit me: qui sponsum decoratum corona et quasi sponsam ornatam monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum: et sicut ortus semen suum germinat: sic dns deus germinabit iusticiam et laudem coram vniuersis gentibus. LXI

Propter syon nõ tacebo ⁊ ꝓpter ihrlm
nõ quiescã: donec egrediat ut splẽ-
dor iustus eius: ⁊ saluator eius ut lampas
accendat. Et videbũt gẽtes iustum tuũ: et
cuncti reges inclitum tuũ. Et vocabit tibi
nomẽ nouũ: qd os domini nominauit. Et
eris corona gloriẽ in manu domini: ⁊ diadẽ-
ma regni in manu dei tui. Nõ vocaberis vltra
derelicta: ⁊ terra tua nõ vocabit ampliꝰ de-
solata. Sed vocaberis volũtas mea in ea:
et terra tua inhabitabit. Quia ꝑplacuit do-
mino in te: ⁊ terra tua inhabitabit. Habi-
tabit enim iuuenis cum virgine: ⁊ habita-
bũt in te filij tui. Et gaudebit sponsus sup
spõsam: ⁊ gaudebit sup te deus tuꝰ. Sup
muros tuos ihrlm ꝑstitui custodes: tota die
⁊ tota nocte in ꝑpetuũ nõ tacebũt. Qui re-
miniscimini dñi ne taceatis: et ne detis silentiũ
ei: donec stabiliat ⁊ donec ponat ihrusalem
laudẽ in terra. Juraut dñs in dextera sua: et
in brachio fortitudinis sue. Si dedero tritic
cum tuũ vltra cibũ inimicis tuis: ⁊ si biberit
filij alieni vinũ tuũ in quo tu laborasti. Qui
qui ꝑgregabũt illud comedẽt ⁊ laudabũt
dñm: ⁊ qui ꝑportant illud bibent in atrijs
sanctis meis. Trãsite trãsite ꝑ portas: ꝓpara-
te viam populo. Planũ facite iter: ⁊ eligite
lapides: ⁊ eleuate signũ ad ꝓplos. Ecce do-
minus auditũ fecit ĩ extremis terre. Dicite
filie syon. ecce saluator tuus venit: ecce mer-
ces eius cũ eo: ⁊ opus eius coꝝ illo. Et vo-
cabũt eos ꝓplus scũs: redẽpti a dño. Tu au-
tẽ vocaberis q̃sita ciuitas: et non derelicta.

Quis est iste q̃ venit de edom LXIII
tinctis vestibꝰ de bosra? Iste formosus
in stola sua: gradiẽs in multitudine fortitu-
dinis sue. Ego qui loquor iusticiã: et ꝓpugẽ-
tor: sũ ad saluandũ. Quare ergo rubrũ est
indumentũ tuũ: et vestimẽta tua sicut calcã-
tũ in torculari? Torcular calcaui solus: ⁊ de
gentibꝰ non est vir mecũ. Calcaui eos in fu-
rore meo. et ꝑculcaui eos in ira mea. Et aspr
sus est sanguis eorꝫ sup vestimẽta meo: et
omnia indumẽta mea inquinaui. Dies enim
vlcõnis in corde meo: annus retributionis
mee venit. Circũspexi ⁊ nõ erat auxiliator: q̃
suu. et nõ fuit q̃ adiuuaet. Et saluauit mi bra-
chiũ meũ: ⁊ indignatio mea ipa auxiliata
est michi. Et ꝑculcaui ꝓplos in furore meo:
et inebriaui eos indignacõe mea: et detraxi
in terrã virtutẽ eorũ. Miserationũ domini re-
cordabor: laudẽ domini sup omnibꝰ q̃ reddi-
dit nobis dñs: ⁊ sup multitudinẽ bonorum
domus israhel q̃ largitus est eis secundũ in-
dulgentiã suã ⁊ secõm multitudinẽ misericõ-
diarꝫ suarꝫ. Et dixit. Veruntamẽ ꝓplus me-
us est: filij nõ negãtes. Et factus ẽ eis salu-
ator: in omni tribulacõe eorꝫ nõ ẽ tribula-
tus: et angelus faciei eius saluauit eos. In
dilectõe sua ⁊ in indulgẽtia sua ipe redemit
eos: ⁊ portauit eos et eleuauit eos cunctis
diebꝰ seculi. Ipi aũt ad iracundiã ꝑuocaue-
rũt: ⁊ afflixerũt spiritũ sancti eius. Et ꝓuersus
est eis in inimicuꝫ: ⁊ ipse debellauit eos. Et
recordatus est dierꝫ seculi: moysi ⁊ ꝓpli sui.
Vbi est qui eduxit eos de mari cũ pastori-
bus gregis sui? Vbi ẽ qui posuit in medio
eius spũ sancti sui? Qui eduxit ad dexteraꝫ
moysen brachio maiestatis sue: qui scidit a-
quas ante eos: ut faceret sibi nomẽ sempi-
ternũ. Qui eduxit eos ꝑ abissos q̃ equuꝫ
in deserto nõ impingentẽ: quasi animal in cã-
po descendẽs. Spũs domini ductor eiꝰ fuit.
Sic adduxisti ꝓplm tuũ: ut faceres tibi no-
mẽ gloriẽ. Attẽde de celo: ⁊ vide de habi-
taculo scõ tuo. et gloriẽ tue. Vbi ẽ zelus tuꝰ
et fortitudo tua? Multitudo viscerũ tuorꝫ et
miseracõnũ tuarꝫ sup me ꝓtinuerũt se. Tu
enim pater noster: ⁊ abrahã nesciuit nos: ⁊
israhel ignorauit nos. Tu dñe pater noster:
redẽptor noster: a seculo nomẽ tuũ. Quare
errare nos fecisti dñe de vijs tuis: indurasti
cor nr̃m ne timeremus te? Cõuertere ꝓpter
seruos tuos: tribꝰ hereditatis tue. Quasi mi-
chilũ possiderũt populũ sanctũ tuũ hostes
nostri: ꝑculcauerũt sanctificacõeꝫ tuã. Facti
sumus quasi in principio cum nõ dñareris
nr̃is: nec inuocaret nomẽ tuũ sup nos. LXIIII

Vtinam dirũperes celos ⁊ descendẽs.
A facie tua mõtes defluerẽt: sicut exu-
stio ignis tabescerẽt atq; arderẽt ignis. ut no-
tuꝫ fieret nomẽ tuũ inimicis tuis: a facie tua
gentes turbarẽt. Cum feceris mirabilia nõ
sustinebimus. Descendisti: ⁊ a facie tua mõ-
tes defluxerũt. A seculo nõ audierũt: neq;
auribꝰ ꝑcepert. Oculus nõ vidit deus absq;

te: que ꝓparasti expectantibꝰ te. Occurristi
letanti & facienti iustitiam: in viis tuis recordabuntur tui. Ecce tu iratus es et peccauimus: in
ipsis fuimus semp: & saluabimur. Et facti sumus ut immundi omnes nos: & quasi panus
menstruate vniuerse iustitie nostre. Et cecidimus quasi folium vniuersi: & iniquitates
nostre quasi ventus abstulerunt nos. Non
est qui inuocet nomen tuum: qui consurgat et
teneat te. Abscondisti faciem tuam a nobis: &
allisisti nos in manu iniquitatis nostre. Et
nunc dne pater noster es tu. nos vero lutum:
et fictor noster tu: & opera manuum tuarꝝ omes
nos. Ne irascaris dne satis: & ne vltra memineris iniquitatis nre. Ecce respice: ꝓplus tui?
omes nos. Ciuitas sancti tui facta est deserta: sion deserta facta est. Hierusalem desolata: domus sanctificacois nre & glie nostre
vbi laudauerunt te pres nostri facta est in
exustionem ignis: & omnia desiderabilia nra
versa sunt in rumas. Numquid super hijs obmutebis te dne: tacebis & affliges nos vehementer? Quesierunt me qui ante non interrogabant: inuenerunt qui non quesierunt me. LXV

Dixi. Ecce ego: ecce ego ad gentem que
non inuocabat nomen meum. Expandi
manus meas tota die ad ꝓplm incredulum:
qui gradit̃ in via non bona post cogitacones
suas. Populus qui ad iracundiam puocat me
ante faciem meam semp: qui immolat in ortis
et sacrificat super lateres. qui habitant in sepulcris & in delubris ydolorum dormiunt:
qui comedunt carnem suillam. et ius ꝓfanum in
vasis eorum: qui dicunt recede a me non appropiques michi quia immundus es. isti fumus erit
in furore meo: ignis ardens tota die. Ecce
scriptum est coram me. Non tacebo: sed reddam et retribuam in sinu eorum iniquitates vras et iniquitates prum vrorum simul dicit dns. qui sacrificauerunt super montes et super colles exprobrauerunt
mihi: et remetiar opus eorum primum in sinu eorum.
Hec dicit dns. Quomodo si inueniat̃ granum in botro dicat̃ ne dissipes illud quia benedictio est:
sic faciam ꝓpter seruos meos ut non dispdam
totum. Et educam de iacob semen: & de iuda possidentem montes meos. Et hereditabunt eam
electi mei: & serui mei habitabunt ibi. Et erit
campestria in caulas gregum: et vallis achor
in cubile armentorum populo meo qui requisierunt me. Et vos qui dereliquistis dnm qui obliti estis montem sanctum meum qui ponitis fortune mensam et libatis super eam numerabo vos
in gladio. et omnes in cede corruetis: pro eo
quod vocauerim & non rndistis michi. locutus sum et
non audistis: & faciebatis malum in oculis meis
et quod nolui elegistis. Propter hoc hec dicit
dominus deus. Ecce serui mei comedent: et
vos esurietis. Ecce serui mei bibent: et vos sitietis. Ecce serui mei letabunt: et vos confundemini. Ecce serui mei laudabunt p exultacone
cordis: & vos clamabitis p dolore cordis &
p contricone spus vlulabitis: & dimittetis nomen
vestrum in iuramentum electis meis. Et interficiet te dns deus: & seruos suos vocabit noie
alio. In quo qui bndictus est super terram:
bndicetur in dno amen. Et qui iurat in terra:
iurabit in deo amen. Quia obliuioni tradite
sunt angustie p̃ores: & qe absconditę sunt ab
oculis nostris. Ecce enim ego creo celos
nouos. et terram nouam: & non erunt in memoria
p̃ora & non ascendent super cor: sed gaudebitis &
exultabitis usque in sempiternum in hijs que
ego creo. Quia ecce ego creo ihrlm exultacones & populum eius gaudium: & exultabo in ihrusalem & gaudebo in populo meo: & non audiet̃ in eo vltra vox fletus & vox clamoris.
Non erit ibi amplius infans dierum & senex qui
non impleat dies suos: quia puer centum annorum morietur: et peccator centum annorum maledictus
erit. Et edificabunt domos & habitabunt: et
plantabunt vineas & comedent fructus earum.
Non edificabunt & alius habitabit: non plantabunt & alius comedet. Secundum enim dies ligni
erunt dies populi mei: & opera manuum eorum
inueterabunt. Electi mei non laborabunt frustra:
neque generabunt in conturbacone: quia semen bndictorum dominum est & nepotes eorum cum eis. Erit quia antequam clament ego exaudiam: adhuc illis
loquentibꝰ ego audiam. Lupus & agnus pascent̃ simul: & leo & bos comedent paleas: et serpenti pulius panis eius. Non nocebunt nec occident̃ in omni monte sancto meo dicit dns. LXVI

Hec dicit dns. Celum sedes mea est: & terra
scabellum pedum meorum. Que est ista domus quam edificabitis michi: & qis iste locus
requiecoms mee? Omnia hec manus mea

fecit: ⁊ facta sūt vniuersa ista dicit dñs. Ad
quem autem respiciā: nisi ad pauperculū et
contritū spiritu ⁊ trementē sermones meos?
Qui immolat bouē: quasi q̄ interficiat virū.
Qui mactat pecus: quasi q̄ excerebret canē.
Qui offert oblacōē: quasi qui sanguinem
suillū offerat. Qui recordat' thuris: quasi q̄
bñdicat ydolo. Hec omnia elegerūt in viis
suis: ⁊ in abominacōib⁹ suis anima eorū
delectata est. Vnde ⁊ ego eligā illusiones e-
orū ⁊ q̄ timebāt adducā eis: q̄ vocauī nō
erat qui rñderet: locutus sūt nō audierūt.
fecerūtq̄ malū in oculis meis: ⁊ q̄ nolui e-
legerūt. Audite verbū domini: qui tremitis
ad verbū eius. Dixerūt fratres vestri odien-
tes vos: ⁊ abicientes ꝓter nomē meū. Glo-
rificetur dñs: et videbimus in leticia vra: ipsi
autem confundē'. Vox popli de ciuitate: vox
de tēplo: vox domini reddentis retribucōēs
inimicis suis. Anteqū parturiet pepit: anteqū
veniret partus ei? peperit masculū. Quis
audiuit vnq̄ tale: ⁊ quis vidit hiuc simile.
Nunq̄d parturiet terra in die vna aut pari-
etur gens simul: q̄ parturiuit ⁊ pepit syon
filios suos? Nunq̄d ego q̄ alios parere fa-
cio: ipe non pariam dicit dñs? Si ego qui
generacōem ceteris tribuo sterilis ero: ait
dñs deus tuus? Letamini cū ierlm: ⁊ exulta-
te in ea omnes qui diligitis eā. Gaudete cū
ea gaudio vniuersi q̄ lugetis sup eam: ut su-
gatis ⁊ repleamini ab vbere consolacōis ei?:
vt mulgeatis ⁊ delicijs affluatis ab omno-
da gloria eius. Quia hec dicit dñs. Ecce e-
go declinabo sup eam quasi fluuiū pacis: et
q̄si torrentē inundantē gloriā gentiū quas
sugetis. Ad vbera portabimini: ⁊ sup genua
blandiētur vobis. Quō si cui mater blādi-
atur ita ego consolabor vos: ⁊ in ierusalem
consolabimini. Videbitis ⁊ gaudebit cor vrm:
et ossa vestra quasi herba germinabūt. Et
cognoscē' manus domī seruis ei?: et indi-
gnabit' inimicis suis. Quia ecce dñs in igne
veniet: ⁊ quasi turbo quadriga eius. reddere
in indignacōe furorē suū: ⁊ increpacōēs suā
in flamma ignis. Quia in igne dñs diuidi-
cabit: ⁊ in gladio suo ad omēs carnē: et mul-
tiplicabūt' interfecti a dño. Qui sāificabant'
et mūdos se putabāt i ortis post ianuā intrā
secus: qui comedebāt carnē suillā ⁊ abomi-
nacōēs ⁊ murē: simul consumē' dicit dñs. Ego
autē opera eorū ⁊ cogitacōes eorū venio ut
congregem cū omnib⁹ gentib⁹ ⁊ linguis: et veni-
ent ⁊ videbūt gloriam meā. Et ponā in eis si-
gnū: ⁊ mittā ex eis q̄ saluati fuerint ad gē-
tes in mare in affricā in lidiam tenētes sagit-
tā in italiā ⁊ grecia ad insulas longe: ad eos
qui nō audierūt de me ⁊ nō viderūt gloriā
meā. Et annūciabūt gloriā meā gentib⁹: ⁊
adducē' omnes fratres vestros de cūctis gē-
tib⁹ donū dño in equis et in quadrigis et in
lectīcis ⁊ in mulis ⁊ in carrucis ad montem
scm̄ meū ierusalē dicit dñs: quō si inferant
filij israhel munus in vase mūdo in domū do-
mini. Et assumā ex eis in sacerdotes ⁊ leui-
tas dicit dñs: q̄ sicut celi noui ⁊ terra noua
que ego facio stare coram me dicit dominus
deus: sic stabit semē vrm ⁊ nomē vestrū. Et
erit mensis ex mense: ⁊ sabbatū ex sabbato.
Veniet omnis caro: ut adoret coram facie mea
dicit dñs. Et egrediē': et videbūt cadauera
viroū q̄ puaricati sūt in me. Vermis eorū nō
moriet': et ignis eorū nō extinguet': ⁊ erit
vsq̄ ad satietatē visionis omni carni. Explicit
ysaias. Incip̄ plogus in ieremiam ꝓpham.

Heremias ꝓpheta cui hic plogus scribitur.
sermone quidē apud hebreos ysaiam osee. ⁊
quibusdā alijs ꝓphetis videtur ēe rusticior:
q̄ sensib⁹ par est: quippe q̄ eodē spū ꝓphetaue-
rint. Porro simplicitas eloq̄ij de loco ei in
quo natus ē accidit. Fuit enim anathonites
qui est vsq̄ hodie viculus trib⁹ ab ierosolī-
mis distās milib⁹: sacerdos ex sacēdotib⁹
et in matris vtero sanctificat?: virginitate
sua euangelicum virū cristi ecclesie dedicans.
Hic vaticinari exorsus ē puer: ⁊ captiuita-
tem vrbis atq̄ iudee nō solum spū. q̄ ⁊ ocu-
lis carnis intuitus ē. Iam decē trib⁹ israhel
assyrij in medos trāstulerāt: iā terras earū
colom gentiū possidebāt. Vnde in iuda tan-
tūm ⁊ in beniamin ꝓphauit: ⁊ cātatis sue ruina
re metri verisibusq̄ reddidimus. Preterea
b q̄druplici plāxit alphabeto: q̄ nos mensu-
a cedmē visionū qui apud grecos ⁊ latinos
omnino confusus ē ad pristinā fidē correximus.
Librū autem baruch notarij eius. q̄ apud
hebreos nec legit' nec habet' ptermisimus:

pro hijs omib⁹ maledicta ab emulis prestolātes: quib⁹ me necesse ē p singula opuscl'a rndē. Et hoc patior: q vos cogitis. Ceterū ad ꝓpendiū mali rectus fuerat mo dū furori eoꝝ silēcio meo ponē: q̄ q̄tidie non aliq̄d sēpitantē mundoꝝ infamā ꝓuocare.

Explicit plogus. Incip ieremias ꝓpha.

Erba ieremie ꝓphete filij helchie de sacerdotibus q̄ fuerunt in anathot in terra beniamin. Quod factum ē ⁊ bum domini ad eum in diebⁿ iosie filij amon regis iuda in tertio decimo āno regni eius: et factum est in diebⁿ ioachim filij iosie regis iuda vsq ad ꝓsummacōem vndecimi ām sedechie filij iosie regis iuda vsq ad trāsmigracōem ierlm in mense quīto. Et factū ē ⁊bū domini ad me dicēs. Priusq̄ te formarem in vtero noui te: ⁊ anteqū exires de vulua sanctificaui te: et ꝓphetam in gēnib⁹ dedi te. Et dixi. A a a dñe deus. Ecce nesciо loqui: q puer ego sū. Et dixit dñs ad me. Noli dicere q puer sū: quoniā ad o mia q̄ mittam te ibis: et vniuersa quecūq mādauero tibi loqueris. Ne timeas a facie eoꝝ: q ego tecum sū ut eruā te dicit dñs. Et misit dñs manū suā: ⁊ tetigit os meū: ⁊ dixit ad me. Ecce dedi ⁊ba mea in ore tuo: ecce ꝓstitui te hodie sup gētes ⁊ sup regna ut euellas ⁊ destruas et dispdas ⁊ dissipes: et edifices ⁊ plantes. Et factum est ⁊ bum dñi ad me dicēs. Quid tu vides ieremia? Et dixi. Virgam vigilantē ego video. Et dixit dñs ad me. Bene vidisti: q vigilabo ego sup ⁊ bum meū vt faciā illud. Et factuz est ⁊bū domini secō ad me dicens. Quid tu vides? Et dixi. Ollaz succensaz ego video: et facie eius a facie aquilonis. Et dixit dñs ad me. Ab aquilone pandet⁹ oīe malum sup oēs habitatores terre. Quia ecce ego ꝓuocabo oīes ꝓgnacōnes regnoꝝ aq̄lonis dicit dñs: et venient ⁊ ponēt vnusquisq̄ solium suū in introitu portaꝝ ierlm ⁊ sup oēs muros eius in circuitu: ⁊ sup vniuersas vrbes iuda. Et loquar iudicia mea cū eis sup omem malicia eorum q̄ dereliquerūt me et libauerūt dijs alienis: ⁊ adorauerūt opus manuū suaꝝ. Tu ergo accinge lūbos tuos et surge: ⁊ loquere ad eos oīa q̄ ego ꝓcipio tibi. Ne formides a facie eoꝝ: nec enī timere te faciam vultū eoꝝ. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatē munitā ⁊ in columnā ferreā · et in murū ereū sup oēz terrā regib⁹ iuda principib⁹ eius ⁊ sacēdotib⁹ · et omī ꝓplo terre: et bellabūt aduersuz te ⁊ nō preualebūt: q ego tecū sū ait dñs vt liberē te.

II

Et factum est ⁊ buz domini ad me dicēs. Vade ⁊ clama i auribⁿ ierlm dicēs Hec dicit dñs. Recordatus sū tui miserās adolescentiā tuā ⁊ caritatē desponsacōnis tue quādo secuta es me in deserto: in terra q̄ nō seminat⁹. Sacrūs israhel dño: ꝓmitie fruguz eius. Oīes qui deuorant eū delinquēt: mala venīēt sup eos dicit dñs. Audite verbuz dñi domus iacob: ⁊ oīes cognacōes dom⁹ israhel. Hec dicit dñs. Quid inuenerūt pres̄ vestri in me iniquitatis: q elongauerūt a me ⁊ ambulauerūt post vanitatē et vani fāti sūt? Et nō dixerūt vbi est dñs q̄ ascendere nos fecit de terra egipti: q̄ traduxit nos p desertū p terrā inhabitabilē ⁊ inuiā · p terrā sitis ⁊ imagine mortis: p terrā in qua nō ābulauit vir neq̄ habitauit homo. Et induxi vos in terrā carmeli: ut comedētis fructū eius ⁊ optīa illius. Et ingressi ꝓtaminastis terrā meā: ⁊ hereditatē meā posuistis in abomnacōez. Sacerdotes nō dixerūt vbi ē dñs: ⁊ tenētes legē nesciēt me: ⁊ pastoēs puaricati sūt i me. Et ꝓphete ꝓphetauerūt i baal: ⁊ ꝓ dola secuti sūt. Propterea adhuc iudicio ꝓtendam vobiscū ait dñs: et cū filijs vestris disceptabo. Transite ad insulas cethim et videte: ⁊ in cedar mittite et ꝓsidēte ꝑ ite vehemēter: ⁊ videte si factuz ē huiuscemōi si mutauit gens deos suos: ⁊ certe ipi non sūt dij. Populus vero meus mutauit gliaz suā in ydolū. Obstupescite celi super hoc: ⁊ pōte eius desolamini vehemēter dicit dñs. Duo enim mala fecit ꝓplus meus. Me dereliquerūt fontē aque viue: ⁊ fodeūt sibi cisternas dissipatas q̄ ꝓtinere nō valēt aquas. Nunquid seruus est israhel ā vernaculus? Quare ergo factus est in p dam? Super eū rugiēt leones ⁊ dederūt vocem suā: posuerūt terrā

eius ī solitudinē. Ciuitates eius exuste sūt:
et nō est qui habitet in eis. filijq; mēphis
et taphneos cōstuprauerūt te vsq; ad vertī
cem. Nunq'd non istud factum est tibi: q;
dereliquisti dōm deū tuū eo tempe quo du
cebat te p viam? Et nūc q'd tibi vis in via ae
gipti: ut bibas aquā turbidā? Et q'd tibi cū
via assyriorū: ut bibas aquā fluminis? Ar
guet te malicia tua: ⁊ aūsio tua increpabit
te. Scito et vide q; malum ⁊ amarū est reli
quisse te dōm dēum tuū: ⁊ nō esse timorem
eius apud te dicit dōs deus exercituū. A se
culo ofregisti iugum meū: rupisti vincula
mea ⁊ dixisti. Nō seruiā. In omī enim colle
sublimi ⁊ sb omni ligno frondoso tu pster
nabaris meretrix. Ego autē plantaui te vi
neā electam: omē semē verū. Quō ergo ōūs
sa es in prauū vinea aliena? Si laueris te
nitro ⁊ multiplicaueris tibi herbam borith:
maculata es in iniq̄tate tua coram me dicit
dōs deus. Quō dicis non sum polluta: post
baalim non ambulaui? Vide vias tuas in
oualle: scito q'd feceris. Cursor leuis expli
cans vias tuas: onager assuetus in solitu
dine: in desiderio anime sue attraxit vētum
amoris sui. Nullus auertet eam. Omēs qui
querūt eā non deficient: in menstruis eius
inuenēt eā. Prohibe pedem tuū a nuditā
te: et guttur tuū a sitī. Et dixisti. Desperaui:
nequaq̄ faciā. Adamaui quippe alienos:
et post eos ambulabo. Quō ofunditur fur
quādo deprehendit' sic confusi sunt domus
israhel: ipsi ⁊ reges eorū p̄ncipes ⁊ sacēdotes
et pphete eorū: dicētes ligno pater meus
es tu: ⁊ lapidi tu me genuisti. Verterūt ad
me tergū ⁊ nō faciē: et in tpe afflictōis sue
dicēt: surge ⁊ liberā nos. Vbi sūt dij tui q̄s
fecisti tibi? Surgant ⁊ liberēt te: in tempoē
afflictioms tue. Secōm numerū quippe ciui
tatum tuarū erāt dij tui iuda. Quid vultis
mecū iudicio ofendere? Omēs dereliq̄stis
me dicit dōs. Frustra percussi filios vestros:
disciplinam non receperūt. Deuorauit gla
dius vester pphetas vros: quasi leo vasta
tor generacō vestra. Videte verbum domini.
Nūq'd solitudo factus sum israheli: aut tra
serotinas? Quare ergo dixit populus meus:
recessimus: nō veniemus vltra ad te? Nūq'd
obliuiscetur virgo ornamēti sui: aut sponsa
fascie pectoralis sue? Populus vero meus
oblitus est mei diebus innumeris. Quid mi
teris bonam ostendere viam tuā: ad q̄ren
dam dilectōēs? Que insup ⁊ malicias tuas
docuisti vias tuas: ⁊ in alis tuis inuentus ē
sanguis animarū pauperū ⁊ innocentū. Nō
in fossis inuenī eos: sē in omibus que sup̄ me
moraui. Et dixisti. Absq; peccato ⁊ innocēs
ego sū: et pp̄terea auertat' furor tuus a me.
Ecce ego iudicio ofendā tecū: eo q'd dixeris
nō peccaui. Quam vilis facta es nimis: ite
rans vias tuas. Et ab egipto ofunderis: sic
ofusa es ab assur. Nam ⁊ ab ista egredieris
et manus tue erunt sup caput tuū: quoniam
obtruit dominus confidentiam tuam: et mi
chil habebis prosperum. III

Vlgo dicit'. Si dimiserit vir vxorē
suam ⁊ recedēs ab eo duxit virū alte
rū: nūquid reuertet' ad eam vltra? Nunq'd
non polluta erit ⁊ contaminata mulier illa?
Tu autē formicata es cū amatoribus multis:
tamen reuertē ad me dicit dōs. Leua oculos
tuos in directum: ⁊ vide vbi nō pstrata sis.
In vijs sedebas expectās eos quasi latro
insidians in solitudine: ⁊ polluisti terram in
formicacōnibus tuis ⁊ in malicijs tuis. Quam
obrem pbibite sūt stille pluuiarū: ⁊ serotī
nus pmber non fuit. Frons mulieris meretri
cis facta est tibi: noluisti erubescere. Ergo
saltem amodo voca me pater meus: dux vir
ginitatis mee tu es. Nunq'd irascēris imper
petuū: aut pseuerabis in finē? Ecce locuta es ⁊
fecisti mala: et potuisti. Et dixit dōs ad me
in diebus iosie regis. Nūq'd vidisti q̄ fecerit
aūsatrix israhel? Abijt sibimet sup omē mō
tem excelsū ⁊ sub omī ligno frondoso: ⁊ for
micata est ibi. Et dixi cū fecisset hec omīa. ad
me reuertē: ⁊ nō est reuersa. Et vidit p̄uari
catrix soror eius iuda q; p eo q'd mechata es
set auersatrix israhel dimisissem eam ⁊ dedis
sem ei libellū repudij: ⁊ non timuit p̄uarica
trix iuda soror eius. sed abijt ⁊ formicata est
etiam ipsa: ⁊ facilitate formicacōms sue cōta
minauit terrā: ⁊ mechata est cū lapide et li
gno. Et in omibus hijs non ē reuersa ad me
p̄uaricatrix soror eius iuda ī toto corde suo:
sē in mendacio ait dōs. Et dixit dōs ad me.

Justificauit ammā suā auersatrix israhel cō-
paracōe puaricatricis iude. Vade ⁊ clama ſ-
mones istos ꝟsus aquilonē ⁊ dices. Reuēte-
re aúsatrix israhel ait dñs ⁊ nō auertā faciē
meam a vobis: q̃ sanctus ego sū dicit dñs:
et nō irascar impetuū. Verūtamē scito ini-
quitatē tuā: q̃ in dñm deū tuū puaricata es.
Et dispsisti vias tuas aliens sb omī ligno
frondoso: ⁊ vocem meā nō audisti ait dñs.
Cōuertimini filij reuertentes dicit dñs: quia
ego vir vester. Et assumā vos. vnū de ciui-
tate ⁊ duos de ꝟgnacōe: ⁊ introducā vos ī
syō. Et dabo vobis pastores iuxta cor meū:
et pascent vos scientia ⁊ doctrina. Cūq; multi-
plicati fueritis ⁊ creueritis in tra in diebus illis
ait dñs nō dicet vltra archa testamēti dñi:
neq; ascendet sup cor neq; recordabunt
illius: nec visitabit nec fiet vltra. In tempo-
re illo vocabūt ihrusalē solū domini: et cō-
gregabunt ad eam omnes gentes in noie
domini in ihrusalē: ⁊ nō ambulabunt post
prauitatē cordis sui pessimi. In diebus illis
ibit domus iuda ad domū israhel: et venīt
simul de terra aquilonis ad terrā quā dedi
patribus vestris. Ego aūt dixi. Quō ponam
te in filios: ⁊ tribuā tibi terram desiderabilē
hereditatem pclarā exercituum gentiū? Et
dixi. Prēm vocabis me: ⁊ post me ingredi
non cessabis. Sed quō si ꝟtēnat mulier a-
matorem suū: sic ꝟtēpsit me domus israhel
dicit dñs. Vox in vijs audita est ploratus
et vlulatus filiorū israhel: quoniā iniquā fe-
cerūt viam suā: oblti sūt dominī deī sui. Con-
uertimini filij reuertentes: ⁊ sanabo aúsiones
vras. Ecce nos venimus ad te. Tu enī es
dñs deus noster. Vere mendaces erāt col-
les ⁊ multitudo montiū. Vere in domino deo
nostro salus israhel. Confusio ꝟmedit labo-
rem prīm nrōr ab adolescētia nra: greges
corū ⁊ armēta corū: filios corū ⁊ filias corū.
Dormiemus in confusione nra ⁊ opiet nos igno-
minia nra: qm dño deo nro peccauimus nos
et pres nri ab adolescētia nra usq; ad diem
hāc: ⁊ nō audiuimus vocē dñi dei nri. IIII

Si reuteris ad me israhel ait dñs: ad
me ꝟuertē. Si abstuleris offendicu-
la tua a facie mea nō ꝟmoueberis. Et iura-
bis viuit dominus in veritate ⁊ in iudicio et ī
iustitia: ⁊ bēdicēt eū gentes ipsūq; lauda-
būt. Hec enī dicit dñs viro iuda ⁊ habita-
tori ihrusalē. Nouate vobis nouale: ⁊ no-
lite serē sup spinas. Circucidimini dño: ⁊ au-
ferte ppucia cordiū vrōr viri iuda ⁊ habi-
tatores ihrusalē: ne forte egrediat ut ignis
indignacō mea ⁊ succendat: et non sit qui
extinguat ppter malicia cogitacōm vrarum.
Annūciate in iuda. et in ihrusalem. audiri
facite: loqmini ⁊ canite tuba in terra: clama-
te fortiter ⁊ dicite. Cōgregamini ⁊ ingredi-
amur ciuitates munitas: leuate signū in sy-
on. Cōfortamini nolite stare: q̃ malum ego
adducā ab aquilone ⁊ ꝟtricōem magnam.
Ascēdit leo de cubili suo: ⁊ predo gentiū a
rā tuā in desolacōr. Ciuitates tue vastabūt
se leuant. Egressus ē de loco suo: ut ponat t
remanētes absq; habitatore. Sup hoc ac-
cingite vos cilicijs: plāgite ⁊ vlulate: q̃ nō
est auersa ira furoris domini a vobis. Et erit
in die illa dicit dominus pibit cor regis et
cor principū: ⁊ obstupescēt sacerdotes: ⁊ p-
phete ꝟsternabūt. Et dixi. Heu. heu. heu.
dñe deus. Ergo ne decepisti populū istum
et ihrlim dicens: pax erit vobis? Et ecce p-
uenit gladius usq; ad ammā. In tempore
illo dicet populo huic ⁊ ihrlim ventus vrens
in vijs que sūt in deserto: vie filie populi mei
nō ad vētilandū ⁊ ad purgandū. Spiritus
uelarer malicia tua sicut hoc tpe in oprobriū filiarū syrie: et cūctarū in circuitu tuo filiarū palestinarū q̃ ambiūt te p gyrum. Scelus tuū et ignominiā tuā tu portasti ait dñs deus. Quia hec dicit dñs deus. Et faciā tibi sicut despexisti iuramentū vt irritū faceres pactū: et recordabor ego pacti mei tecū in diebus adolescētie tue: et suscitabo tibi pactū sempiternū. Et recordaberis viarū tuarum: et confunderis cū recepis sorores tuas te maiores cū minoribus tuis. Et dabo eas tibi in filias sed non ex pacto tuo: et suscitabo ego pactū meū tecū. Et scies q̃ ego dñs vt recorderis et confundaris: et nō sit vltra aperire os p̃ cōfusione tua: cū placatus tibi fuero in omnibus q̃ fecisti ait dñs deus. XVII

Et factū est vbū domini ad me dicēs. Fili hominis: ꝓpone enigma et narra parabolam ad domū israhel: et dices. Hec dicit dñs deus. Aquila grādis magnarum alarū longo mēbrorū ductu plena plumis et varietate venit ad libanū: et tulit medullam cedri. Sūmitatē frondū eius euellit: et transportauit eam in terrā chanaan: in vrbem negociatorū posuit illā. Et tulit de semine terre et posuit illud in terra p semine: vt firmaret radicē sup aq̃s multas. In sup ficie posuit illō. Cūq̃ germinasset creuit in vineā latiorem: humili statura respicientibus ramis eius ad eā: et radices eius sub illa erāt. Facta est ergo vinea: et fructificauit in palmites: et emisit ꝓpagines. Et facta est aquila altera grādis: magnis alis multisq̃ plumis. Et ecce vinea ista q̃ mittens radices suas ad eā: palmites suos extēdit ad illam vt irrigaret eam de areolis germinis sui: q̃ in terra bona sup aquas multas plantata est ut faciat frondes et portet fructū vt sit in vineam grandē. Dic. Hec dicit dñs deus. Ergo ne ꝓsperabitur? Nōne radices eius euellet: et fructus eius distringet? Et siccabit omnes palmites germinis eius et arescet: et non in brachio grandi neq̃ in ꝓplō multo: ut euelleret eā radicitus. Ecce plātata est. Ergo ne ꝓsperabitur? Nōne cū tetigerit eā vētus vrens siccabit: et in areis germinis sui arescet? Et factū est vbum dñi ad me dicens.

Dic ad domū exasperātē. Nescitis quid ista significet? Dic ecce venit rex babilonis i ierusalē: et assumet regē et p̃ncipes eius: et adducet eos ad semetipsum in babilonē. Et tollet de semine regni: feriet q̃ cum eo fedus: et ab eo accipiet iusiurandū. Sed et fortes terre tollet ut sit regnū humile et nō eleuet: ꝗ custodiat pactū eius et fuet illud. Qui recedēs ab eo misit nūcios ad egiptū: ut daret sibi equos et populū multū. Nunquid ꝓsperabit vel ꝓsequet salutē qui fecit hec? Et q̃ dissoluit pactū: nūquid effugiet? Viuo ego dicit dominus deus: quomā in loco regis q̃ ꝓstituit eū regē cuius fecit irritū iuramētū et soluit pactū q̃ habebat cū eo: in medio babilōis morietur. Et nō in exercitu grādi neq̃ in ꝓplō multo faciet ꝓtra eū pharao prelium in iactu aggeris et in extructōe vallorū: vt interficiat aias multas. Spreuerat enim iuramētū vt solueret fedus: et ecce dedit manū suam et cū omnia hec fecerit non effugiet. Propter ea hec dicit dominus deus. Viuo ego: quoniam iuramentū q̃ sprenit et fedus q̃ p̃uaricatus est ponā in caput eius. Et expandā sup eū retiū meū et ꝓprehendet in sagena mea: et adducā eū in babilonē et iudicabo eū ibi in p̃uaricatōe q̃ despexit me: et omnes ꝓfugi eius cū vmūso agmine suo gladio cadent. Residui aūt in omnē ventū disp gētur: et scietis q̃ ego dñs locutus sū. Hec dicit dñs deus. Et sumam ego de medulla cedri sublimis: et ponam de vrtice ramorū eius. Teneru disp gā et plantabo sup montē excelsū et eminentē. In mōte sublimi israhel plātabo illud: et erūpet in germē et faciet fructū: et erit in cedrū magnā. Et habitabūt sub ea omnes volucres: et vniuersū volatile sub vmbra frondū eius mdificabit. Et scient omnia ligna regionis q̃ ego dominus humiliauī lignū sublime et exaltauī lignū humile: et siccauī lignū viride: et frondere feci lignū aridū. Ego dñs locutus sū et feci. XVIII

Et factus est sermo dñi ad me dicēs. Quid est q̃ inter vos parabolam vertitis in ꝓuerbiū istud in terra israhel dicētes: patres comederunt vuam acerbā et dentes filiorū obstupescūt? Viuo ego dicit dominus deus: si erit vltra vobis parabola hec in ꝓuerbium in israhel.

Ecce omnes anime mee sunt. Vt anima patris:
ita et anima filij mea est. Anima quæ peccaueit:
ipsa morietur. Et vir si fuerit iustus et fecerit
iudicium et iustitiam: in montibus non comedeit et
oculos suos non leuauerit ad idola domus
israhel: et vxorem proximi sui non violauerit et ad
mulierem menstruatam non accesserit: et hominem non
contristauerit: pignus debitori reddiderit: p
vim nichil rapueit: panem suum esurienti dedeit:
et nudum operuerit vestimento: ad vsuram non
commodauerit: et amplius non acceperit: ab
iniquitate auerterit manum suam: et iudicium ve
rum fecerit inter virum et virum: et in preceptis meis
ambulauerit et iudicia mea custodierit vt
faciat veritatem: hic iustus est. Vita viuet:
ait dominus deus. Quod si genuerit filium la
tronem effundentem sanguinem: et fecerit vnum de
istis: et hec quidem omnia non facientem: sed in
montibus comedentem: et vxorem proximi sui pol
luentem: egenum et pauperem contristantem: rapien
tem rapinas: pignus non reddentem: et ad
idola leuantem oculos suos: abominacionem
facientem: ad vsuram dantem: et amplius accipi
entem: numquid viuet? Non viuet. Cum omnia
hec detestanda fecerit: morte morietur. Sa
nguis eius in ipso erit. Quod si genuerit filium
qui videns omnia peccata patris sui quæ fecit ti
muerit: et non fecerit simile eis: super montes
non comederit: et oculos suos non leuauerit
ad idola domus israhel: et vxorem proximi sui
non violaueit: et virum non contristauerit: pignus
non retinuerit: et rapinam non rapuerit: panem
suum esurienti dederit: et nudum operuerit vestimen
to: a paupis iniuria auerterit manum suam: vsu
ram et superabundantiam non acceperit et iudicia
mea fecerit: et in preceptis meis ambulaueit:
hic non morietur in iniquitate patris sui: sed
vita viuet. Pater eius quia calumniatus est et
vim fecit fratri: et malum operatus est in me
dio populi sui: ecce mortuus est in iniquitate sua.
Et dicitis. Quare non portabit filius iniqu
tatem patris? Videlicet quia filius iudicium et iusti
ciam operatus est: omnia precepta mea custo
diuit et fecit illa: vita viuet. Ania quæ peccaueit:
ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem
patris: et pater non portabit iniquitatem filij.
Justicia iusti super eum erit: et impietas impij
erit super eum. Si aut impius egerit penitentiam
ab omnibus peccatis suis quæ opatus est: et custodie
rit omnia precepta mea: et fecerit iudicium et iustici
am: vita viuet et non morietur. Omnium iniquita
tum eius quas operatus est non recordabor.
In iustitia sua quam operatus est: viuet. Nu
quid volutatis mee est mors impij dicit do
minus deus: et non vt conuertatur a vijs suis et
viuat? Si aut auerterit se iustus a iustitia
sua et fecerit iniquitatem secundum omnes abomi
naciones quas operari solet impius: numquid
viuet? Omnes iustitie eius quas fecerit non
recordabuntur. In preuaricacione quam preuaricatus
est: et in peccato suo quod peccauit: in ipsis
morietur. Et dixistis. Non est equa via domini.
Audite ergo domus israhel. Numquid via mea
non est equa: et non magis viee vestre praue sunt?
Cum enim auerterit se iustus a iustitia sua et
fecerit iniquitatem: morietur in eis. In iniustitia
quam operatus est morietur. Et cum auerterit
se impius ab impietate sua quam opatus est
et fecerit iudicium et iustitiam: ipse animam suam viui
ficabit. Considerans enim et auertens se ab omni
bus iniquitatibus suis quas operatus est: vi
ta viuet et non morietur. Et dicunt filij israel. Non
est equa via domini. Numquid vie mee non sunt equ
domus israhel: et non magis vie vestre praue?
Idcco vnumquemque iuxta vias suas iudicabo
domus israhel: ait dominus deus. Conuertimini
et agite penitentiam ab omnibus iniquitatibus
vestris: et non erit vobis in ruinam iniquitas.
Proicite a vobis omnes iniquitates vestras
in quibus preuaricati estis: et facite vobis cor
nouum et spiritum nouum. Et quare moriemini do
mus israhel? Quia nolo mortem morientis dicit
dominus deus. Reuertimini et viuite. XIX 19

Et tu fili hominis assume planctum super
principes israhel: et dices. Quare mater
tua leena inter leones cubauit? In medio leun
culorum enutriuit catulos suos. Et eduxit vnum
de leunculis suis: leo factus est: et didicit ca
pere predam hominemque comedere. Et audi
erunt de eo gentes: et non absque vulneribus suis
ceperunt eum: et adduxerunt eum in cathenis in
terra egipti. Que cum vidisset quoniam infirma
ta est et perijt exspectacio eius: tulit vnum de
leunculis suis: leonem constituit eum. Qui incedeb
at inter leones et factus est leo: et didicit
predam capere et homines deuorare: didicit

viduas facere ⁊ ciuitates earꝫ in desertum
adducere: ⁊ desolata est terra ⁊ plenitudo
eius a voce rugitus illius. Et ouenerũt adu-
sus eum gentes vndiq; de puinctis: ⁊ expã-
derũt sup eũ retiũ suũ. In vulneribꝫ earꝫ ca-
ptus est ⁊ miserũt eum in caueã. In cathenis
adduxerũt eum ad regẽ babiloms miserũtq;
eum in carcerẽ: ne audiretur vox eius vl-
tra sup montes israhel. Mater tua q̃ vi mea
m sanguine tuo: sup aquaꝫ plantata ẽ. Fru
ctus eius ⁊ frondes eius creuerũt ex aq̃s
multis: et facte sũt ei virge solide m ceptra
dominãtũ: et exaltata ẽ statura eius inter
frondes. Et vidit altitudinẽ suã in multitu-
dine palmitũ suoꝫ: ⁊ euulsa est in ira in ter-
ramq; proiecta. et ventus vrẽs siccauit fructũ
eius: marcuerũt ⁊ arefacte sũt vrge robusti
ei⁹. Ignis comedit eã. Et nũc transplãtata
ẽ in desertũ in terra mutia ⁊ sitiẽti: ⁊ egressus
est ignis de vrga ramoꝫ eius qui fructũ ei⁹
comedit: ⁊ nõ fuit m ea vrga fortis sceptruꝫ
dñantũ. Plãct⁹ ẽ: ⁊ eit in plãctũ.

XX

Et factũ est in ãno septimo in quinto
in decima mensi: venerũt viri de senioribus
israhel ut interrogarẽt dñm: ⁊ sederẽt
coram me. Et factus est sermo domini ad me
dicẽs. Fili hominis loquere senioribꝫ isrl: et
dices ad eos. Hec dicit dominus de⁹. Nũ
ad interrogandũ me vos venistis? Viuo
ego: q; nõ respondebo vobis ait dominus
deus. Si iudicas eos: si iudicas fili homis.
Abominacões patrũ eoꝫ ostende eis: et
dices ad eos. Hec dicit dominus deus. In
die qua elegi israhel ⁊ eleuaui manũ meam
p stirpe domus iacob ⁊ apparui eis i terra
egipti ⁊ eleuaui manũ meã p eis dicẽs ego
dñs de⁹ vester: in die illa leuaui manũ meã
p eis vt educerẽ eos de terra egipti in traꝫ
quã pluderã eis fluentẽ lacte ⁊ melle: que
est egregia inter omnes terras. Et dixi ad
eos. Vnusquisq; offensiões oculoꝫ suoꝫ
abiciat: ⁊ in ydolis egipti nolite pollui. Ego
dñs deus vester. Et irritauerũt me: noluerũtq;
me audire. Vnusquisq; abominacõ-
nes oculoꝫ suoꝫ nõ piecit: nec ydola egi-
pti reliquerũt. Et dixi ut effunderẽ indignã-
tionẽ meã sup eos: ⁊ implerem iram meam
in eis in medio terre egipti. Et feci propter
nomen meũ: ut nõ violaretur coram gentib⁹
in quaꝫ medio erant: ⁊ inter quas apparui
eis ut educerẽ eos de terra egipti. Eieci er-
go eos de terra egipti ⁊ eduxi eos in desrtũ:
et dedi eis pcepta mea ⁊ iudicia mea ostẽdi
eis: que faciet homo ⁊ viuet in eis. Insup et
sabbata mea dedi eis vt essẽt signũ inter me
et eos: ⁊ scirẽt q; ego dominus sanctificans
eos. Et irritauerũt me domus israhel in des-
erto: in pceptis meis nõ ãbulauerũt ⁊ iudicia
mea piecerũt q̃ faciẽs homo viuet in eis: et
sabbata mea violauerũt vehementer. Dixi
ergo ut effunderẽ furorẽ meũ sup eos in de-
sro: ⁊ consumerẽ eos. Et feci ꝓpter nomẽ meũ.
ne violaretur coram gentib⁹: de quib⁹ eieci eos
in conspectu earꝫ. Ego igitur leuaui manũ meã
sup eos in desro ne inducerẽ eos in terram
quã dedi eis fluentẽ lacte ⁊ melle preciosã
terraꝫ omnũ: q; iudicia mea piecerũt ⁊ in
pceptis meis nõ ambulauerũt: ⁊ sabbata
mea violauerũt. Post ydola enim cor eorũ
gradiebatur. Et pcepit oculus meus sup eos
vt nõ interficerẽ eos: nec consumpsi eos in de-
serto. Dixi autẽ ad filios eoꝫ in solitudine.
In pceptis patrũ vr̃oꝫ nolite incedere: nec
iudicia coꝫ custodiatis: nec in ydolis coꝫ
polluamini. Ego dominus deus vester. In pc-
ceptis meis ãbulate: ⁊ iudicia mea custodi-
te ⁊ facite ea ⁊ sabbata mea sanctificate vt
sit signũ inter me ⁊ vos: ⁊ sciat q; ego dñs
deus vester. Et exacerbauerũt me filij: et in pc-
ceptis meis non ãbulauerũt ⁊ iudicia mea
nõ custodierũt ut facerẽt ea q̃ cũ fecerit hõ
viuet in eis: ⁊ sabbata mea violauerũt. Et
comminatus sũ ut effunderẽ furorẽ meũ sup
eos: ⁊ implerem iram meam in eis in deserto.
Auertũ autẽ manũ meã: ⁊ feci ꝓpter nomen
meũ. ut nõ violaretur coraꝫ gentib⁹: de quib⁹
eieci eos in oculis earꝫ. Iterũ leuaui manũ
meam in eos in solitudine ut dispergerẽ illos
in nacões et ventilarem in terras: eo q; iudi-
cia mea non fecissent. et pcepta mea repro-
bassent. et sabbata mea violassent: ⁊ post y-
dola patrũ suoꝫ fuissent oculi eoꝫ. Ergo ⁊
ego dedi eis pcepta non bona ⁊ iudicia in
quib⁹ nõ viuẽt: ⁊ polluo eos in muneib⁹ suis
cũ offerrent omne quod aperit vuluã ꝓpter
delicta sua: ⁊ scient q; ego dñs. Quãobrem

loquere ad domũ israhel fili hominis: et dices ad eos. Hec dicit dñs de⁹. Adhuc ⁊ in hoc blasphemauerũt me patres vri cũ spreuissent me ⁊ temnẽtes: et induxissem eos in terrã sup quã leuaui manũ meã ut darẽ eis. Viderũt omnẽ collẽ excelsũ. et omẽ lignũ nemorosũ ⁊ immolauerũt ibi victimas suas: et dederũt ibi irritacõem oblacõis sue: ⁊ posuerũt ibi odorẽ suauitatis sue ⁊ libauerũt libacões suas. Et dixi ad eos. Quid est excelsum: ad qõd vos ingredimini? Et vocatũ est nomẽ eius excelsuz vsqz ad hanc diem. Propterea dic ad domũ israhel. Hec dicit dominus de⁹. Certe in via patrũ vrõrz vos polluimini: et post offendicula eorz vos fornicamini. Et in oblatione donorz vrõrz cũ traducitis filios vros p ignẽ vos polluimi in omib⁹ ydolis vestris vsqz hodie: et ego respondebo vob domus israhel? Viuo ego dicit dominus deus: q non rñdebo vobis: neqz cogitacõ mẽtis vre fiet dicẽtiũ. Erimus sicut gentes ⁊ sicut cognacões terre: ut colamus lignũ ⁊ lapides. Viuo ego dicit dominus de⁹: quomã in maũ forti ⁊ in brachio extento ⁊ in furore effuso regnabo sup vos. Et educã vos de populis: et ⁊ gregabo vos de terris in quib⁹ dispsi estis. In manu validã ⁊ in brachio extento ⁊ in furo ẽ effuso regnabo sup vos: et adducã vos in desertũ populorz: et iudicabor vobiscũ ibi facie ad faciem. Sicut iudicio ⁊ tendi aduersũ pres vros in deserto terre egipti: sic iudicabo vos dicit domin⁹. Et subiciã vos sceptro meo: et inducaz vos in vinculis federis. Et eligã de vobis transgressores ⁊ impios: ⁊ de terra incolatus eorz educã eos. et terraz israhel nõ ingredieẽt: et scietis q ego dñs. Et vos domus israhel: hec dicit dominus de⁹. Singuli post ydola vra ambulate: et seruite eis. Quod si ⁊ in hoc nõ audieritis me: et nomẽ meũ sanctũ polluerit vltra in muneribus vestris ⁊ in ydolis vris: in mõte scõ meo in mõte excelso israhel ait dñs de⁹: ibi fuiet michi omnis domus israhel: omes inq in terra in qua placebũt michi. Et ibi querã primitias vras: et in meũ decimarz vrarz in omib⁹ sanctificacõib⁹ vestris. In odorem suauitatis suscipiaz vos. cũ eduxero vos de populis et ⁊ gregauero vos de terris in quas dispersi estis: et sanctificabor in vobis in oculis nationũ. Et scietis quia ego domin⁹ cũ eduxero vos ad terraz israhel: in terra p qua leuaui manũ meã vt darem eam pribꝰ vestris. Et recordabimini ibi viarum vrarz ⁊ omniũ sceleruũ vrorz quib⁹ polluti estis in eis: ⁊ displicebitis vobis in conspectu vestro in omib⁹ malicijs vestris quas fecistis: et scietis q ego domin⁹ cũ benefecero vob ꝓpter nomẽ meũ: et nõ secõm vias vras malas neqz secõz scelera vra pessima dom⁹ israhel: ait domin⁹ deus. Et factus est sermo domini ad me dicẽs. Fili hominis: pone faciem tuam cõtra viam austri ⁊ stilla ad affricũ. Et ꝓphẽta ad saltum agri meridiani: et dices saltui meridiano. Audi verbũ domini. Hec dicit domin⁹ de⁹. Ecce ego succendã in te ignẽ: ⁊ oburã in te omẽ lignũ viride ⁊ omne lignũ aridũ. Nõ extinguet flamma succensionis. Et oburet in ea omnis facies ab austro vsqz ad aquilonẽ: et videbit vniuersa caro quia ego domin⁹ succendi eã: nec extinguetur. Et dixi. A a a domine de⁹. Ipi dicũt de me. Nũqd nõ p parabolas loqt istes

XXI

Et fcũs ẽ sermo domini ad me dicẽs. Fili homis pone faciem tuam ad ihẽrusalez. et stilla ad sanctuaria: et ꝓphẽta ⁊ tra humũ israhel: ⁊ dices terre israhel. Hec dicit domin⁹ de⁹. Ecce ego ad te: et eiciam gladiũ meũ de vagina sua: ⁊ occidam in te iustum ⁊ impiũ. Pro eo autẽ q occidi in te iustum ⁊ impiũ: idcirco egredietur gladius meus de vagina sua ad omnẽ carnẽ ab austro usqz ad aquilonẽ: ut sciat omnis caro q ego dominus eduxi gladium meũ de vagina sua irreuocabilẽ. Et tu fili hominis ingemisce in cõtricõe lumborz: et in amaritudine ingemisce coram eis. Cũz dixerint ad te quare tu gemis: dices. Pro auditu q venit: ⁊ tabescet omẽ cor: et dissoluentur vniuerse manus: et infirmabit omis spũs. et p cũcta genua fluent aque. Ecce venit: et fiet ait dominus de⁹. Et factus ẽ sermo domini ad me dicẽs. Fili hominis: ꝓphẽta et dices. Hec dicit dominus de⁹. Loquẽ. Gladius gladius exacutus est ⁊ limatus. Vt cedat victias exacutus ẽ: ut splẽdeat limat⁹ est. Qui moues sceptrum filij mei succidisti

omne lignũ. Et dedi cũ ad leuigandũ: ut te-
neatur manu. Iste exacutus est gladius: ⁊
iste limatus est in manu interficientis. Cla-
ma ⁊ vlula fili hominis: q̃ hic factus est in
ꝓplo meo: hic in cũctis ducib⁹ israhel qui fu-
gerant. Gladio traditi sũt cũ ꝓplo meo. Id-
circo plaude sup femur q̃ ꝓbatus ẽ: et hoc
cũ sceptrũ subũterit: et nõ erit dicit dñs de⁹.
Tu ergo fili hominis ꝓphẕta: ⁊ percute manu
ad manũ: et duplicet⁹ gladius ac triplicet⁹
gladius interfectoꝝ. Hic est gladius oc-
cisionis magne: q̃ obstupescere eos facit ⁊
corde tabescẽ: et multiplicat ruinas. In omni-
bus portis eoꝝ dedi conturbationẽ gladij
acuti ⁊ limati ad fulgendũ: amicti ad cedẽ.
Exacuere: vade ad dexterã siue ad sinistrã.
quocũq̃ faciei tue ẽ apetitus. Quin ⁊ ego
plaudam manu ad manũ: et implebo indi-
gnationẽ meã. Ego dñs locutus sũ. Et fa-
ctus ẽ sermo dñi ad me dicẽs. Et tu fili homi-
nis. pone tibi duas vias: ut veniat gladius
regis babilonis. De terra vna egredient⁹
ambo. Et manu capiet coniectura: in capite
vie ciuitatis coniciet. Viam pones: vt veni-
at gladius ad rabbath filioꝝ amon: et ad
iudam in ihẕrusalẽ munitissimã. Stetit enĩ
rex babilonis in biuio in capite duarũ viarũ
diuinacõnem querens: omscens sagittas.
Interrogauit ydola: exta consuluit. Ad de-
xterã eius facta ẽ diuinacõ sup ihẕrusalem.
ut ponat arietes: ut aperiat os in cede ut e-
leuet vocem in vlulatu: ut ponat arietes cõ-
tra portas. ut oportet aggerem vt edificet
munitiones. Eritq̃ q̃si osulẽs frustra oracu-
lũ in oculis eoꝝ: et sabbatoꝝ ocũ imitans.
Ipse aũt recordabit⁹ iniq̃tatis ad capiẽdũ.
Idcirco hec dicit dñs de⁹. Pro eo q̃ recor-
dati estis iniq̃tatis vestre ⁊ reuelastis puri-
cacões vras: et apparuerũt pecã vra in omnib⁹
cogitacõibus vris. Pro eo inq̃q̃ recordati
estis: manũ capiemi. Tu aũt ꝓphane impie
dux israhel cuius venit dies in tpe iniq̃tatis
ꝑfinita: hec dicit dñs deus. Aufer cydarim:
tolle coronã. Nõne hec est q̃ humilẽ sublevauit
et sublimẽ humiliauit? Iniquitatẽ iniquitatẽ
iniquitatẽ ponam eã. Et hoc nõ fa-
ctũ est donec veniret cuius est iudiciũ: ⁊ tra-
dam ei. Et tu fili hominis ꝓphẕta ⁊ dic. Hec
dicit dominus deus ad filios amõ: et ad op-
probriũ eoꝝ. Et dices. Mucro. mucro. euagi-
nate ad occidendũ: lima te. ut interficias
et fulgeas cũ tibi videreẽtur vana ⁊ diuinare-
tur mẽdacia: ut dareris sup colla vulneratorũ
impioꝝ quoꝝ venit dies in tempore mi-
quitatis ꝑfinita. Reuertere ad vaginã tuam
in locũ in quo creatus es. In terra natiuitatis
tue iudicabo te: et effundam sup te indigna-
cõem meã. In igne furoris mei sufflabo i te:
dabo q̃ te in manus hominũ insipientium ⁊
fabricantiũ interitus. Ignis eris cibus. San-
guis tuus erit in medio tre: oblivion tradẽ-
ris: q̃ ego dominus locutus sum. XXII

Et factũ est ỽbũ domini ad me dicẽs.
Et tu fili hominis nõne iudicas ciuita-
tem sanguinũ: et ostẽdis ei omnes abomina-
cões suas? Et dices. Hec dicit dominus de⁹.
Ciuitas effundẽs sanguinẽ in medio sui vt
veniat tempus eius: et q̃ fecit ydola contra se-
metipsam ut polluerẽt. In sanguine tuo q̃ a
te effusus est deliquisti: ⁊ in ydolis tuis que
fecisti polluta es. Et appropinquare fecisti
dies tuos: et adduxisti tẽpus ãnoꝝ tuoꝝ.
Propterea dedi te opprobriũ gentib⁹: et irri-
sionẽ vniuersis tris que iuxta sũt ⁊ q̃ procul a
te. Triũphabũt de te: sordida. nobilis. grã-
dis interitu. Ecce principes israhel singuli in
brachio suo fuerũt in te ad effundendũ san-
guinẽ: patrem ⁊ matrem contumelijs affecerũt
in te. Aduenã calũniati sũt i medio tui: pupil-
lũ et viduã contristauerũt apud te: sanctuaria
mea spreuisti ⁊ sabbata mea polluisti. Vi-
ri detractores fuerũt in te ad effundẽdũ san-
guinẽ: et sup mõtes comederũt in te: scelus
operati sũt in medio tui. Verecũdiora patris
discooperuerũt in te: immũdicia mẽstruate
humiliauerũt in te. Et vnusquisq̃ in vxorez
proximi sui operatus est abominacõem: et so-
cer nurũ suã polluit nepharie: frater sororez
suam filiam patris sui oppressit in te. Mune-
ra acceperũt apud te ad effundẽdũ sangui-
nem: vsuram et sup abundantiã accepisti et
auare proximos tuos calũniabaris: meiq̃ ob-
lita es dicit dñs deus. Ecce cõplosi manus
meas sup auaricia tuã quã fecisti: et sup san-
guinẽ qui effusus est in medio tui. Nũquid
sustinebit cor tuũ: aut ꝑualebũt manus tue

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

in diebꝫ quos ego faciã tibi? Ego dominus
locutus sũ. et faciã. Et dispgã te in nacões:
et ventilabo te in terras. Et deficere faciam
immundiciã tuã a te: et possidebo te in cõspe-
ctu gentiũ: et scies q̃ ego dominꝰ. Et factũ
est ỽbuꝫ domini ad me dicẽs. Fili hominis:
versa ẽ mihi domus israhel in scoriã. Omnes
isti es ⁊ stannũ et ferrũ ⁊ plumbũ in medio
fornacis. Scoria argenti facti sũt. Propte-
ea hec dicit dñs deꝰ. Eo q̃ versi estis omnes
in scoriã: ꝓterea ecce ego ꝯgregabo vos
in medio ihrlim cõgregatione argẽti ⁊ eris
et stanni et ferri ⁊ plũbi in medio fornacis:
vt succendã in ea ignẽ ad conflandũ. Sic
cõgregabo in furore meo ⁊ in ira mea: et re-
quiescam. Et ꝯflabo vos ⁊ cõgregabo vos:
et succendam vos in igne furoris mei: ⁊ cõ-
flabimini in medio eius ut ꝯflatur argentũ
in medio fornacis: sic eritis in medio eiꝰ. Et
scietis q̃ ego dominus: cũ effundẽrim indi-
gnationẽ meam sup vos. Et factũ est ỽbũ
dñi ad me dicẽs. Fili hois. dic ei. Tu es ter-
ra immunda ⁊ non compluta in die furoris.
Coniuratio ꝓphetarũ in medio eius. Sicut
leo rugiẽs rapiensq̃ ꝑdam animas deuora-
uerũt: opes ⁊ pretiũ acceperũt: viduas eiꝰ
multiplicauerũt in medio illius. Sacerdo-
tes eius ꝯtempserũt legẽ meã: ⁊ polluerũt
sanctuaria mea. Inter sanctũ ⁊ ꝓphanũ nõ
habuere distantiã: inter pollutũ ⁊ mundũ
non intellexerũt ⁊ a sabbatis meis auerte-
rũt oculos suos: et coinquinabar in medio
eorꝫ. Principes eius in medio illius quasi
lupi rapientes predam: ad effundẽdũ san-
guinẽ ⁊ ad prehendas aias ⁊ auare sectan-
da lucra. Prophete aũt eius linebant eos
absq̃ temperamẽto videntes vana ⁊ diui-
nantes ei mendaciũ: dicẽtes hec dicit dñs
deus: cũ dominus non sit locutus. Populi
terre calumniabant̃ calumniã ⁊ rapiebant
violenter: egenũ ⁊ pauperem affligebant:
et aduenã oꝯprimebant calũnia absq̃ iudi-
cio. Et quesiui de eis virũ qui interponeret
sepẽ: ⁊ stare ꝯ oꝯpositus cõtra me ꝑ terra ne
dissiparem eã: et non inuenì. Et effudi sup
eos indignacõem meã: et in igne ire mee
consumpsi eos. Viam eorum in caput eorꝫ
reddidi ait dominus deus. XXIII

Et fcũs est sermo dñi ad me dicẽs. Fili
hois: due muliẽs filie mris vni? fuerũt:
et fornicate sũt in egipto. In adolescẽtia sua
fornicate sunt. Ibi subacta sũt vbera earꝫ: et
fracte sũt mamme pubertatis earꝫ. Nomia
autẽ earꝫ oolla maior: ⁊ ooliba soror eius
minor. Et habui eas: et peperũt filios ⁊ filias.
Porro earꝫ nomina. samaria oolla: et
ihrusalẽ ooliba. Fornicata est igit̃ sup me
oolla: ⁊ insaniuit in amatores suos in assyrios
ꝓximquãtes. vestitos iacincto. pincipes
et magistratus. iuuenes cupidinis. vniũsos
equites ascensores equorꝫ: ⁊ dedit fornica-
tiones suas sup eos electos filios assyriorꝫ
vniuersos: et in omnibꝫ in quos insaniuit in
immũditijs eorꝫ polluta est. Insup ⁊ fornica-
tiones suas quas habuerat in egipto non
reliquit. Nam ⁊ illi dormierũt cũ ea in adole-
scentia sua: ⁊ illi ꝯfregerũt vbera pubertã-
tis eius: et effuderũt fornicationẽ suã sup eã.
Propterea tradidi eã in manus amatorum
suorꝫ: ⁊ in manus filiorꝫ assur sup quorꝫ in-
saniuit libidine. Ipi discooperuerũt ignomi-
niam eius: filios ⁊ filias eius tulerũt: et ipaꝫ
occiderũt gladio. Et facte sũt famose muli-
eres: et iudicia ꝓpetrarũt in ea. Q̃ cũ vidissẽ
soror eius ooliba: plus q̃ illa insaniuit libi-
dine: et fornicationẽ suam sup fornicationeꝫ
sororis sue ad filios assyriorꝫ ꝑbuit impu-
denter: ducibꝫ ⁊ magistratibꝫ ad se vementi-
bus indutis veste varia: equitibꝫ qui vecta-
bant̃ equis: ⁊ adolescentibꝫ forma cunctis
egregia. Et vidi q̃ polluta essẽ via vna am-
baꝫ: ⁊ auxit fornicacões suas. Cũq̃ vidissẽ
viros depictos in pariete imagines chalde-
orũ expressas coloribꝫ. et accinctos balthe-
is renes. et tyaras tinctas in capitibus eorꝫ
formam ducũ omnium. similitudinẽ filiorꝫ babi-
lonis terreq̃ chaldeorꝫ in qua ortũ sũt: insa-
niuit sup eos ꝯcupiscentia oculorꝫ suorꝫ: et
misit nũcios ad eos in chaldeã. Cũq̃ venis-
sent ad eã filij babilõis. ad cubile mãmaꝫ.
polluerũt eã in stupris suis: et polluta ẽ ab
eis. ⁊ saturata est anima eius ab illis. Denu-
dauit q̃ fornicacõnes suas: et discooperuit
ignominiã suã. Et recessit aia mea ab ea: sic
recesserat aia mea a sorore eius. Multiplica-
uit enim fornicacõnes suas recordans dies

adolescentie sue quibꝰ fornicata est in terra
egipti: et insaniuit libidine sup ꝯcubitū eorꝝ
quorꝝ carnes sūt ut carnes asinorꝝ: et sicut
fluxus equorꝝ fluxus eorꝝ. Et visitasti scelus
adolescentie tue: quādo subacta sūt in
egipto vbera tua: et confracte sūt māme pu-
ertatis tue. Propterea oolibah hec dicit do-
minus deus. Ecce ego suscitabo omnes a-
matores tuos ꝯtra te de quibꝰ saturata est
anima tua: et cōgregabo eos adūsum te in
circuitu: filios babilonis ⁊ vniūsos chalde
os. nobiles tyrānosq; ⁊ principes. omēs fi-
lios assiriorꝝ: iuuenes forma egregia. ⁊ ma-
gistratus. vniūsos pncipes principū: et no-
minatos ascensores equorꝝ. Et venient sup
te instructi curruet rota ⁊ multitudo popu-
lorꝝ. Lorica ⁊ clipeo ⁊ galea armabūtur cō-
tra te vndiq;. Et dabo coram eis iudiciū: ⁊ iu-
dicabūt te iudicijs suis. Et ponā zelus meū
in te: quē tecū exercēt in furore. Nasū tuū ⁊
aures tuas pcident: et que remāserūt gla-
dio concident. Ipi filios tuos ⁊ filias tuas
capient: et nouissimū tuū deuorabit ignis.
Et denudabūt te vestimētis tuis: et tollent
vasa glorie tue. Et requiescere faciā scelus
tuū de te: et fornicationē tuā de terra egipti.
Nec leuabis oculos tuos ad eos: et egipti
non recordaberis amplius: q; hec dicit dnꝰ
deus. Ecce ego tradam te in manus eorum
quos odisti: in manus de quibꝰ satiata est
anima tua: et agent tecū in odio. Et tollent
omnes labores tuos: et dimittent te nudaz
et ignominia plenā: et reuelabitur ignomi-
ma fornicationū tuarꝝ. Scelus tuū ⁊ forni-
cacōnes tue fecerūt hec tibi: q; fornicata es
post gētes inter quas polluta es in ydolis
eorꝝ. In via sororis tue ambulasti: et dabo
calicem eius in manu tua. Hec dicit dns de-
us. Calicem sororis tue bibes. pfundū ⁊ la-
tum. Eris in derisū ⁊ in subsannationē que
es capacissima: ebrietate ⁊ dolore repleberi-
ris: calice meroris ⁊ tristicie. calice sororis
tue samarie. Et bibes illuz et epotabis vsq;
ad feces: et fragmēta eius deuorabis ⁊ vbe-
ra tua lacerabis: q; ego locutus sum ait do-
minus deus. Propterea hec dicit dns deus.
Quia oblita es mei ⁊ piecasti me post cor-
pus tuū: tu qꝫ porta scelus tuū ⁊ fornicacōes
tuas. Et ait dominus ad me dicens. Fili ho-
minis: nunquid iudicas oollam ⁊ oolibā
et annūcias eis scelera earum. quia adulte-
rate sūt. ⁊ sanguis in mambꝰ earꝝ. ⁊ cū ydo-
lis suis fornicati sūt? Insup et filios suos qs
genuerūt michi obtulerūt eis ad deuorādū.
Sed ⁊ hoc fecerūt michi. Polluerūt sanctu-
ariū meū in die illa: et sabbata mea pphana-
uerūt. Cunq; immolarent filios suos ydo-
lis suis. ⁊ ingrederentur sanctuariū meū in
die illa ut pollucrent illud: etiā hec fecerunt
in medio domus mee. Miserūt ad viros ve-
nientes delonge: ad quos nuncū miserant.
Itaq; ecce venerūt quibꝰ te lauisti ⁊ circūli-
uisti stibio oculos tuos: et ornata es mūdo
muliebri. Sedisti in lecto pulcerimo: ⁊ mē-
sa ornata est ante te. Thimiama meū et vn-
gentū meū posuisti sup eam: et vox multitu-
dinis exultantis erat in ea. Et in viris qui de
multitudine hominū adducebantur et venie-
bant de deserto: posuerūt armillas in mambꝰ
eorū: et coronas speciosas in capitibꝰ eorū.
Et dixi ei que attrita ē in adulterijs. Nunc
fornicabitur in fornicacōne sua. etiam hec. Et
ingressi sūt ad eam: quasi ad mulierem me-
tricem. sic ingrediebantur ad oollam ⁊ ad
oolibam mulieres nepharias. Viri ergo iu-
sti sūt. Hij iudicabūt eas iudicio adulterarꝝ
et iudicio effundentiū sanguinē: q'a adulte-
re sūt: et sanguis in mambꝰ earꝝ. Hec enim
dicit dns deus. Adduc ad eas multitudies
et trade eas in tumultū ⁊ in rapinā: et lapidē-
tur lapidibꝰ populorꝝ: et confodiantur gla-
dijs eorꝝ. Filios ⁊ filias earꝝ interficient: et
domos earꝝ igne succendent. Et auferā sce-
lus de terra: et discent omēs mulieres ne fa-
ciant sc̄ōm scelus earꝝ. Et dabūt scelus ve-
strū sup vos: et peccata ydolorꝝ vestrorꝝ
portabitis: et scietis q'a ego dominus deus.

Et factū ē verbū dni ad **XXIIII**
me in anno nono: in mense decimo de-
cima die mensis dicens. Fili hominis: scribe
tibi nomē diei hiuꝰ in qua cōfirmatus ē rex
babilonis adūsum ihrusalē hodie: et dices
p pūbiū ad domū irritatricem parabolam:
et loqueris ad eos. Hec dicit dns deus. Po-
ne ollam: pone mq̄: et mitte in eam aquam.
Congere frusta eius in eam: omnem partē

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

bonaz · ⁊ femur · ⁊ armũ · eleã: et ossibꝫ plena.
Pinguissimũ pecꝰ assume: cõpone qꝫ strues
ossiũ sub ea. Efferbuit coctio eiꝰ: et discocta
sũt ossa illiꝰ in medio eius. Propterea hæc
dicit dñs deus. Ve ciuitati sanguinũ oolle
cuius rubigo in ea ē: et rubigo eius nõ ex-
uit de ea. Per partes et p partes suas eice
eam. Non cecidit sup eam sors. Sanguis
enim eius in medio eius est: sup limpidissi-
mam petrã effudit illũ. Non effudit illũ sup
terrã ut possit operiri puluere: vt sup in du-
cerẽ indignationẽ meaz et vindicta vlasce-
rer. Dedi sanguinẽ eius sup petrã limpidissi-
mam: ne operireꝫ. Propterea hæc dicit dñs
deus. Ve ciuitati sanguinũ: cuius ego gran-
dem faciaz piram. Congere ossa: que igne
succendam. Consumentur carnes: et coquet
vniũsa cõpositõ: et ossa tabescent. Pone qꝫ
eã sup prunas vacuã ut incalescat ⁊ liquefi-
at es eius: ⁊ conflet in medio eius inquina-
mentũ eius: et consumat rubigo eius. Mul-
to labore sudatũ est: ⁊ nõ exuit de ea nimia
rubigo eius · neqꝫ p igne. Immũdicia tua
execrabilis: qã mũdare te volui: et non es
mũdata a sordibꝫ tuis. Sed nec mũdaberis
prius: donec quiescere faciã indignacõ-
nem meã in te. Ego dñs locutus sum. Veni:
et ⁊ faciam: nõ trãseã neqꝫ parcã: nec placa-
bor. Juxta vias tuas ⁊ iuxta adinuentiones
tuas iudicabo te dicit dominus. Et factum
est verbũ dñi ad me dicens. Fili hominis:
ecce ego tollo a te desiderabile oculorũ tu-
orũ in plaga: ⁊ nõ planges neqꝫ plorabis
neqꝫ fluent lacrime tue. Ingemisce tacens:
mortuoꝝ luctũ nõ facies. Corona tua circũ-
ligata sit tibi: et calciamẽta tua erũt in pedi-
bus tuis: nec amictu ora velabis · nec cibos
lugẽtiũ comedes. Locutꝰ sũ ergo ad ꝓplm
mane: et mortua ē vxor mea vesperi. Feciqꝫ
mane sicut ꝑceperat michi. Et dixit ad me
populus. Quare nõ indicas nobis qd ista
significent q̃ tu facis? Et dixi ad eos. Ser-
mo domini factus est ad me dicens. Loqre
domui israhel. Hec dicit dñs deus. Ecce ego
polluaz sanctuariũ meũ: sup biã imperij vr̃i
et desiderabile oculoꝝ vr̃oꝝ · et sup quo pa-
uet anima vestra: et filij vestri ⁊ filie vr̃e q̃s
reliquistis gladio cadent: ⁊ facietis sicẽ fe ⁊
ora amictu nõ velabitis: et cibos lugentiũ
non comedetis. Coronas habebitis in capi-
tibꝫ vestris: et calciamẽta in pedibꝫ. Nõ plã-
getis neqꝫ flebitis: sed tabescetis in iniquita-
tibus vr̃is: et vnusquisqꝫ gemet ad fratrem
suũ. Eritqꝫ ezechiel vobis in portentũ. Juxta
omnia que fecit facietis cũ venerit istud: et
scietis q̃a ego dominus deus. Et tu fili homi-
nis ecce in die qua tollaz ab eis fortitudinẽ
eorꝝ · et gaudiũ dignitatis · et desiderũ o cu-
lorꝝ eorꝝ · sup quo requiescũt anime eorꝝ · fi-
lios ⁊ filias eorꝝ: in die illa cũ venerit fugiẽs
ad te vt annunciet tibi: in die illã aperietur os tuũ cũ eo qui fugit: ⁊ loqueris ⁊ nõ
silebis vltra · erisqꝫ eis in portentum: et scie-
tis quia ego dominus. XXV

Et factus est sermo domini ad me dicẽs.
Fili hominis: pone faciem tuam cõtra filios
ãmon ⁊ ꝓphetabis de eis: et dices filijs am-
mon. Audite verbũ domini dei. Hec dicit do-
minus deus. Pro eo q̃ dixisti euge euge sup
sanctuariũ meũ q̃ pollutũ est · ⁊ sup terram
israhel quomã desolata est · ⁊ sup domũ iuda
quomã ducti sũt in captiuitatẽ: idcirco ego
tradam te filijs orientalibꝫ in hereditatẽ: et
collocabũt caulas suas in te · et ponent in te
tentoria sua. Ipsi comedent fruges tuas: ⁊
ipsi bibent lac tuũ. Dabo qꝫ rabba in habita-
culũ camelorꝝ · et filios ammon in cubile pe-
corꝝ: et scietis q̃ ego dominus: q̃ hec dicit
dominus deus. Pro eo q̃ plausisti manu ⁊
percussisti pede ⁊ gauisa es ex toto affectu su-
per terrã israhel: idcirco ecce ego extendam
manũ meã sup te · ⁊ tradam te in direptionẽ
gentiũ: et interficiã te de populis · ⁊ perdam
de terris ⁊ conterã: et scietis q̃ ego dominus.
Hec dicit dominus deus. Pro eo q̃ dixerũt
moab ⁊ seyr ecce sicut omnes gentes domꝰ
iuda: idcirco ecce ego aperiam humerꝝ mo-
ab de ciuitatibꝫ: de ciuitatibꝫ inq̃ eius · de fi-
nibꝫ eius inclitas terre · bethiesimoth ⁊ beel-
meon ⁊ cariathaim filijs orientis cũ filijs ãmõ.
Et dabo eam in hereditatez: ut non sit vltra
memoria filiorũ ammon in gentibꝫ. Et in mo-
ab faciam iudicia: et scient q̃ ego dominus.
Hec dicit dominus deꝰ. Pro eo q̃ fecit pdu-
mea vltionez ut se vindicaret de filijs iuda
peccauitqꝫ delinquẽs ⁊ vindictam exercuit

de eis: idcirco hæc dicit dominus deus. Extendam manū meā sup ydumeā: ⁊ auferā de ea hominē ⁊ iumentū: et faciam eam desertam ab austro. Qui sūt in dedan gladio cadēt: et dabo vltionē meā sup ydumeā p manū pli mei israel. Et facient in edō iuxta iram meā ⁊ furorē meū: ⁊ scient vindictā meā dicit dns deus. Hec dicit dns deus. Pro eo q̄ fecerūt palestini vindictā: et vlti sunt toto animo: interficientes ⁊ implentes inimicicias veteres: propterea hæc dicit dominus deus. Ecce ego extendam manū meā sup palestinos: ⁊ interficiā interfectores. Et perdā reliquias maritime regionis: faciamq̄ in eis vltiones magnas arguēs in furore: et scient q̄ ego dns cū dedero vindictā meā sup eos.

XXVI

Et factū est in vndecimo āno prima mensis: factus est sermo domini ad me dicens. Fili hominis: p eo q̄ dixit tyrus de ihersalem euge o fracte sunt portæ populorū: conversa est ad me: implebor: deserta est: ꝓpter ea hæc dicit dominus deus. Ecce ego super te tyre: ⁊ ascendere faciam ad te gentes multas: sicut ascendit mare fluctuās. Et dissipabūt muros tyri: et destruent turres eius. Et radam puluerē eius de ea: ⁊ dabo eā in limpidissimā petrā. Siccatio sagenarū erit in medio maris: q̄ ego locutus sū ait dominus deus: et erit in direptionē gentib̄. Filie q̄q̄ eius que sūt in agro gladio interficient: et scient q̄ ego dominus: quomā hæc dicit dominus deus. Ecce ego adducā ad tyrū nabuchodonosor regem babilonis ab aquilone: regem regū: cū equis ⁊ curribus ⁊ equitibus ⁊ cetu populoq̄ magno. Filias tuas que sūt in agro gladio interficiet: ⁊ circundabit te munitionib̄ ⁊ oportabit aggerem in gyro. Et eleuabit contra te clipeū: et vineas ⁊ arietes tēperabit in muros tuos: et turres tuas destruet in armatura sua. Inūdatione equorū eius operiet te pulus eorū: a sonitu equitū ⁊ rotarū ⁊ curruū mouebūtur muri tui. Cū ingressus fuerit portas tuas q̄si p introitū vrbis dissipate: vngulis equorū suorū conculcabit omnes plateas tuas: populū tuū gladio cedet: ⁊ statue tue nobiles in terrā corruent. Vastabūt opes tuas: diripiēt negotiationes tuas: et destruēt muros tuos. et domos tuas pclaras subuertēt: et lapides tuos ⁊ ligna tua ⁊ puluerē tuū in medio ponent. Et quiescere faciaz multitudinē cantico rū tuorū: et sonitus cytharārū tuarū nō audiet amplius. Et dabo te in limpidissimam petram: siccatio sagenarū eris nec edificaberis vltra: q̄ ego dominus locutus sum dicit dominus deus. Hec dicit dns deus de tyro. Nunquid non a sonitu ruinæ tue: et gemitu interfectorū tuorū cū occisi fuerint in medio tui: commouebūt insule: et descendēt de sedib̄ suis omnes principes maris: et auferēt exuuias suas: et vestimēta sua varia abicient ⁊ induent stupores. In terra sedebūt: ⁊ attonti super repentino casu tuo ammirabunt: et assumentes super te lamentū dicent tibi. Quō pisti que habitas in mari vrbs inclita: que fuisti fortis in mari cū habitatoribus tuis q̄s formidabāt vniuersi? Nūc stupebūt naues in die pauoris tui: ⁊ turbabunt insule in mari eo q̄ nullus egrediat ex te: q̄ hæc dicit dominus deus. Cū dedero te vrbē desolatā sicut ciuitates que non habitant: et adduxero super te abissū: ⁊ operuerint te aque multe ⁊ detraxero te cū hīs qui descendūt in lacū ad populū sempiternū: et collocauero in terra nouissima sicut solitudines veteres cū hīs qui deducūtur in lacū ut non habiteris: porro cū dedero gloriā in terra viuentū. in nihilū redigam te: ⁊ non eris: et requisita non inuenieris vltra in sempiternū dicit dns deus.

XXVII

Et factū est verbū domini ad me dicēs. Tu ergo fili hominis assume sup tyrū lamentū: et dices tyro: que habitat in introitu maris: negociatori populorū ad insulas multas. Hec dicit dominus deus. O tyre tu dixisti. Perfecti decoris ego sū: ⁊ in corde maris sita. Finitimi tui qui te edificauerūt impleuerūt decorē tuū: abiethy de sanir extruxerūt te cū omnib̄ tabulatis maris. Cedrū de libano tulerūt ut facerent tibi malū: quercus de basan dolauerūt in remos tuos: trāstra tua fecerūt tibi ex ebore indico: ⁊ pteriola de insulis ytalie. Bissus varia de egipto texta est tibi in velū vt poneres in malo: iacinctus ⁊ purpura de insulis elisa facta sūt operimentū tuū. Habitatores sydonis ⁊ aradij fuerūt remiges tui:

sapientes tui tyre facti sunt gubernatores
tui: senes biblij et prudētes eius p̄bueruntnautas. ad ministeriū varie suppellectilis
tue. Omnes naues maris et nautæ earū fuerūt in populo negociacōis tue: persa et lidij
et libies erant in exercitu tuo viri bellatores
tui: clipeū et galeā suspenderūt in te p ornatu tuo. Filij aradij cū exercitu suo sup muros
tuos in circuitu: sedā pigmei qui erant ī turribus tuis pharetras suas suspenderūt in
muris tuis p gyrū. Ipi opleuerūt pulcritudinē tuā. Carthaginenses negociatores
tui. A multitudine cunctarū diuitiarū argēto ferro stanno plūbo q̄ repleuerūt nūdinas
tuas. Grecia thubal et mosoch institores tui.
Mancipia et vasa erea adduxerūt populo
tuo de domo thogorma: equos et equites et
mulos adduxerūt ad forū tuū. Filij dedan
negociatores tui. Insule multe negociatio
manus tue. Dentes eburneos et hebeninos
omutauerūt in p̄cio tuo. Syrus negociator
tuus. Propter multitudinē operū tuorū gē
mam et purpurā et scutulata et bissū et sericū
et chodchod posuerūt in mercatu tuo. Juda
et terra israhel ipsi institores tui in frumento
primo: balsamū et mel et oleū et resinā p̄posuerūt in nundinis tuis. Damascenus negotia
tor tuus in multitudine opum tuorū: in multitudine diuisarū opū in vino pinguī: in lanis
coloris optimi. Dan et grecia et mozel in nū
dinis tuis p̄posuerūt ferrū fabrefactū: stacte et calamus in negociacōne tua. Dedan
institores tui in tapetib̄ ad sedendū. Arabia et vniuersi principes cedar ipsi negociatores manus tue: cū agnis et arietib̄ et he
dis venerūt ad te negociatores tui. Venditores saba et rema ipsi negotiatores tui: cū vniuersis primis aromatib̄ et lapide p̄cioso et auro
quod p̄posuerūt in mercatu tuo. Aran et chenneh eden negotiatores tui. Saba assur et
chelmach venditores tui: ipsi negotiatores
tui multiphariam inuoluceris iacincto et poli
mitorū gazarūq̄ p̄ciosarū que obuolute et
astricte erāt fimb̄: cedros q̄ habebant in
negotiacōnib̄ tuis. Naues maris p̄cipes
tui in negotiacōne tua: et repleta es: et glorificata nimis in corde maris. In aquis maris
adduxerūt te remiges tui. Ventus auster
contriuit te. In corde maris diuitie tue: et
thesauri tui et multiplex instrumētū tuū. Nautæ tui et gubernatores tui qui tenebāt suppellectilem tuā et populo tuo p̄erant: viri q̄q̄ bellatores tui qui erant in te cū vniuersa multitudine tua q̄ est in medio tui: cadent in corde maris in die ruine tue. A sonitu clamoris
gubernatorū tuorū conturbabunt classes: et descendent de nauib̄ suis omnes qui tenebant
remū. Nautæ et vniuersi gubernatores maris in terra stabūt: et eiulabūt super te voce
magna: et clamabūt amare. Et supiacient
puluerem capitib̄ suis. et cinere conspergēt:
et radent sup te caluiciū: et accingēt cilicijs.
Et plorabūt te in amaritudine anime plorātu amarissimo: et assument sup te carmen lugubre: et plangēt te. Que est ut tyrus que
obmutuit in medio maris? Que in exitu negotiacōnū tuarū de mari implesti populos
multos: in multitudine diuitiarū tuarū et populorū tuorū ditasti reges terre. Nūc cōtrita es a mari: in p̄fundis aquarū opes tue: et
omnis multitudo tua q̄ erat in medio tui ceciderūt. Vniuersi habitatores insularū obstupuerūt sup te: et reges earū oēs tēpestate p̄culsi mutauerūt vultus. Negociatores
p̄plorū sibilauerūt sup te. Ad nichilū deducta
es: et nō eris usq̄ in p̄petuū. XXVIII

Et factus est sermo domini ad me dicens. Fili hois: dic principi tyri. Hec
dicit dominus de?. Eo q̄ eleuatū est cor tuū
et dixisti. deus ego sū et in kathedra dei sedi ī
corde maris: cū sis homo et non deus: et dedisti cor tuū quasi cor dei. Ecce sapientior es
tu daniele: omne secretū non est absconditū
a te. In sapientia et prudentia tua fecisti tibi
fortitudinē: et acquisisti aurū et argentū in
thesauris tuis in multitudine sapientie tue:
et in negotiacōne tua multiplicasti tibi fortitudinē. et eleuatum est cor tuū in robore tuo.
Propterea hec dicit dominus deus. Eo q̄ eleuatū est cor tuū quasi cor dei: idcirco ecce
ego adducam sup te alienos robustissimos
gentiū. Et nudabūt gladios suos sup pulcritudinē sapientie tue: et pollueū decorē tuū.
Interficient et detrahent te: et morieris in interitu occisorū in corde maris. Nūq̄d dicēs
loqueris deus ego sū coram interficientib̄

te cū sis homo ⁊ nō deus? In mānu occidentiū
te morte incircūcisorū moriens: in manu alie-
norū: qr ego locutus sū ait dominus deus.
Et factus est sermo domini ad me dicēs. Fi-
li homis: leua planctū sup regē tyri ⁊ dices
ei. Hec dicit dnūs deus. Tu signaculū similitu-
dinis plenus sapientia pfectus decore: ī de-
licijs paradisi dei fuisti. Omis lapis pciosus
opimentū tuū: sardius thopazius et iaspis.
crisolitus ⁊ onix et berillus. saphirus. et car-
bunculus ⁊ smaragdus. Aurum qz decoris
tui ⁊ foramina tua in die qua oditus es ꝓpa-
rata sunt. Tu cherub extētus ⁊ ptegens: et
posui te in monte sancto dei. In medio lapi-
dū ignitorū ambulasti: pfectus in vijs tuis
a die odicōis tue: donec inuenta est iniqui-
tas in te. In multitudine negociacōnis tue
repleta sūt interiora tua iniquitate. et pecca-
sti: et eieci te de monte dei: ⁊ pdidi te o che-
rub ptegens de medio lapidū ignitorū. Et
eleuatū est cor tuū in decore tuo. Perdidi sa-
pientiā tuaz in decore tuo: in terraz pieci te:
ante faciem regū dedi te ut cernerēt te. In
multitudie iniquitatū tuarū ⁊ iniquitate ne-
gociacōnis tue polluisti sanctificacōem tuā.
Producam ergo ignē de medio tui qui cō-
edat te: et dabo te in cinerē sup terrā in ospe-
ctu omniū videntiū te. Omnes qui viderit
te in gentib⁹ obstupescēt sup te. Nichili fa-
ctus es: et non eris in ꝓpetuū. Et factus est
sermo domini ad me dicēs. Fili hominis: po-
ne faciem tuam contra sydonem ⁊ ꝓphabis
de ea: et dices. Hec dicit dominus deus. Ec-
ce ego ad te sydon: et gloriabor ī medio tui.
Et sciēt qr ego dnūs cū fecero in ea iudicia:
et sanctificatus fuero in ea. Et immittam ei
pestilentiā ⁊ sanguinē in plateis eius: ⁊ cor-
ruent interfecti in medio eius gladio p circ-
uitū: et sciēt quia ego dominus. Et non erit
vltra domui israhel. offendiculū amaritudi-
nis ⁊ spma dolorē inferēs vndiqz p circuitū
eorū qui aduersant eis: ⁊ scient qr ego do-
minus deus. Hec dicit dnūs deus. Quando
ogregauero domū israhel de ꝓplis in quib⁹
dispsi sūt. sanctificabor in eis coram gēnib⁹:
⁊ habitabūt in tra sua quā dedi suo meo ia-
cob: ⁊ habitabūt in ea securi. Et edificabūt
domos et plantabūt vineas: et habitabūt
ofidēter cū fecero iudicia ī ommib⁹ q adūsan-
tur eis p circuitū: ⁊ sciēt qr ego dnūs deus eorū.

XXIX

In anno decimo et duodecimo
mense vna die mensis factum est verbum
domini ad me dicēs. Fili hominis pone faciē
tuam o tra pharaonē regem egipti: et ꝓpha-
bis de eo: et de egipto vniūsa loquē ⁊ dices.
Hec dicit dnūs deus. Ecce ego ad te pharao
rex egipti draco magne qui cubas ī medio
fluminū tuorū ⁊ dicis. meus ē fluuius: ⁊ ego
feci me metipm. Et ponam frenū in maxillis
tuis: et oglutinabo pisces fluminū tuorū squa-
mis tuis. Et extraham te de medio fluminū
tuorū: ⁊ vniuersi pisces tui squamis tuis ad-
herebūt. Et piciam te in desertum: ⁊ omes pi-
sces flumīnis tui. Sup faciem terre cades.
Non colligeris neqz ogregaberis. Bestijs
terre ⁊ volatilib⁹ celi dedi te ad deuorandū:
et scient omes habitatores egipti quia ego
dominus. Pro eo qr fuisti baculus arūdineus
domui israhel quando apprehenderūt te ma-
nu. et ofractus es ⁊ lacerasti omēz humerū
eorū et innitentib⁹ eis sup te cōminutus es et
dissoluisti omnes renes eorū: ꝓpterea hec
dicit dominus deus. Ecce ego adducā sup te
gladiū: et interficiam de te hominē ⁊ iumenta
tū. Et erit terra egipti in desertū ⁊ in solitudi-
nē: et sciēt quia ego dnūs. Pro eo qr dixeris
fluuius meus est ⁊ ego feci euz: idcirco ecce
ego ad te ⁊ ad flumina tua. Dabo qz terram
egipti in solitudinē gladio dissipatā: a tre
syenes usqz ad terminos ethiopie. Nō per-
trāsibit eam pes hominis: neqz pes iumenti
gradietur in ea: et nō habitabit quadragin-
ta annis. Dabo qz terrā egipti desertā in me-
dio terrarū desertarū: et ciuitates eius in me-
dio vrbiū subuersarū: et erūt desolate q̄dra-
ginta ānis. Et dispgā egiptios in nacōes:
et ventilabo eos in terras: quia hec dicit dnūs
deus. Post finem quadraginta ānorū con-
gregabo egiptū de populis in quib⁹ dispersi
fuerāt: et reducā captiuitatē egipti ⁊ collo ca-
bo eos in terra phatures in terrā natiuitatis
sue: in terra de qua sumpti sunt. Et erūt ibi in
regnū humile: et inter cetera regna erit hu-
milima. Et nō eleuabitur vltra sup nationes:
et imminuā eos ne imperēt gēnib⁹: neqz erit
vltra domui israhel in confidentia docentes

iniquitatē ut fugiant et sequāt eos: ⁊ sciēt
quia ego sum dominus dē. Et factum ē in
vigesimo ⁊ septīo āno in primo in vna mē=
sis: factuz est verbum dñi ad me dicēs. Fili
hominis: nabuchodonosor rex babilonis
seruire fecit exercitū suū fuitute magna ad=
uersus tyrum. Omne caput decaluatū: ⁊ omis
humerus depilatus est. Et merces non est
reddita ei neqz exercitui eius de tyro: p fui=
tute qua seruuit michi aduersus eaz. Pro=
pterea hec dicit dominus dē. Ecce ego da=
bo nabuchodonosor regē babilonis in ter=
ra egipti: ⁊ accipiet multitudinē eius ⁊ depā=
dabit manubias eius ⁊ diripiet spolia eius:
et erit merces exercitui illius et operi p quo
fuiuit aduersus eā. Dedi ei terrā egipti: p
eo q̄ laborauerit michi ait dñs dē. In die
illa pullulabit cornu domui israel: et tibi dabo
apertū os i medio eorz: et sciēt q̄ ego dñs.

Et factum est verbum XXX
domini ad me dicens. Fili hominis
prophetā ⁊ dic. Hec dicit dominus dē. Vlu=
late wwe dicit: q̄ iuxta est dies. et appropin=
quabit dies domini: dies nubis. tēpus gē=
tiū erit. Et veniet gladius in egiptuz: et erit
pauor in ethiopia cū ceciderint vulnerati i
egipto: et ablata fuerit multitudo illius ⁊ de=
structa fundamenta eius. Ethiopia ⁊ libia ⁊
lidij ⁊ omne reliquū vulgus ⁊ chub et filij
terre federis cū eis gladio cadent. Hec di=
cit dñs dē. Et corruēt fulciētes egiptū: ⁊ de=
struēt superbia imperij eius. A turre syenes
gladio cadent in ea ait dominus exercituū.
Et dissipabūt in medio terraz desolataz:
et vrbes eius in medio ciuitatū desertaz erūt:
et scient quia ego dominus dē. cū dedero
ignem in egipto. et attriti fuerint omnes au=
xiliatores eius. In die illa egredient nuncij
a facie mea in trieribz ad cōterendā ethio=
pie ofidentiā: et erit pauor in eis in die egi=
pti: quia absqz dubio veniet. Hec dicit dñs
dē. Et cessare faciaz multitudinē egipti in
manū nabuchodonosor regis babilōis. Ipse
et populus eius cū eo: fortissimi gentiū ad=
ducent ad dispgendaz terrā. Et euaginabū=
t gladios suos sup egiptuz: et implebūt
terram interfectis: et faciā alueos fluminū
aridos ⁊ tradaz terrā in manus pessimorz:
et dissipabo terrā ⁊ plenitudinē eius in man
alienorz. Ego dominus locutus sū. Hec di=
cit dominus dē. Et dispdam simulacra: et
cessare faciam ydola de memphis: ⁊ dux de
terra egipti nō erit ampli. Et dabo terrorē
in terram egipti: ⁊ dispdam terram phatu=
res ⁊ dabo ignē in taphnis: et faciā iudicia
mea in alexandria. Et effundā indignationez
meam sup pelusiū robur egipti: ⁊ interficiaz
multitudinē alexādrie: et dabo ignē in egi=
pto. Quasi parturiēs dolebit pelusiū: ⁊ ale=
xandria erit dissipata: ⁊ in mēphis āgustie
quotidiane. Iuuenes eliopoleos ⁊ bubasti
gladio cadent: et ipse captiue ducent. Et in
taphnis ingrescet dies: cū cōtriuero ibi sce=
ptra egipti: et defecerint in ea superbia potētie
eius. Ipsam nubes operiet: filie aūt eius in ca=
piuitatē ducēt. Et iudicia faciā in egipto:
et sciēt q̄ ego dominus. Et factū est in vnde=
cimo anno in primo mense in septima mensis:
factū est verbū domini ad me dicēs. Fili ho=
minis. brachiū pharaonis regis egipti con=
fregi: et ecce non est obuolutū ut restitueret
ei sanitas ut ligaretur pannis ⁊ fascaret lin=
thxolis: et recepto robore posset tenere gladiū.
Propterea hec dicit dominus dē. Ecce ego
ad pharaonē regem egipti: et diminuā eius
brachiū forte sedo fractū: et deiciam gladiū
de manū eius. Et dispgam egiptū in gentib:
tuū et vide oculis tuis: et auribꝫ tuis audi o=
mnia que ego loquor ad te: de vniuersis ce=
rimonijs domus domini ⁊ de cūctis legibus
eiꝰ. Et pones cor tuū in vijs templi p omnes
exitus sanctuarij: et dices ad exasperantes
me domū israhel. Hec dicit dns deus. Suffi=
ciant vobis omnia scelera vestra domus israhel:
eo q⁹ inducitis filios alienos incircuncisos
corde ⁊ incircūcisos carne ut sint in scūario
meo ⁊ polluant domū meā: et offertis panes
meos adipem ⁊ sanguinē: et dissoluistis pa=
ctū meū in omnib⁹ sceleribꝫ vestris: et nō ser=
uastis p̄cepta sanctuarij mei: ⁊ posuistis cu=
stodes obseruationū meaꝫ in sanctuario
meo vobismetipsis. Hec dicit dominus deus.
Omnis alienigena incircūcisus corde ⁊ incir=
cūcisus carne nō ingredietur scūariū meum:
omnis filius alienus qui est in medio filiorꝫ
israhel. Sed ⁊ leuite qui longe recesserūt a
me in errore filiorꝫ israhel. et erraverunt a
me post ydola sua. et portauerūt iniquitatē
suam: erūt in sanctuario meo ediuiū ⁊ iamtō=
res portarū domus: et ministri domus. Ipsi
mactabūt olocausta et victimas populi: et
ipsi stabūt in conspectu eorꝫ ut ministrēt eis.

Pro eo q̃ ministrauerunt illis in conspectu
ydolorũ suorũ. et facti sunt domui israhel in
offendiculũ iniquitatis: idcirco leuaui ma-
nũ meã sup eos ait dominus deus: et portaue-
rũt iniquitatẽ suã. Et non appropinquabunt
ad me ut sacerdotio fungant̃ michi:
neq̃ accedent ad omne sanctuariũ meũ in
sancta sanctorũ: sed portabũt ꝓfusionẽ suã
et scelera sua que fecerũt. Et dabo eos iam-
tores domus ꝛ in omni ministerio eius: et
vniuersis que fient in ea. Sacerdotes aũt
et leuite filij sadoch qui custodierũt cerimo-
nias sanctuarij mei cũ errarẽt filij israhel a
me: ipsi accedẽt ad me ut ministrẽt michi:
et stabũt in ꝓspectu meo: ut offerant michi
adipem ꝛ sanguinẽ ait dominus deus. Ipsi
ingredient̃ sanctuariũ meũ: et ipsi accedẽt
ad mensam meã: ut ministrẽt michi ꝛ custo-
diant cerimonias meas. Cũq̃ ingredient̃
portas atrij interioris vestibꝰ lineis induẽr̃:
nec ascendet sup eos quicq̃ laneũ quãdo
ministrant in portis atrij interioris ꝛ intrinse-
cus. Vitte lineę erunt in capitibꝰ eorũ: et fe-
minalia linea erunt in lumbis eorũ: et non
accingent̃ in sudore. Cũq̃ egredient̃ atriũ
exterius ad populũ exuent se vestimẽtis suis
in quibꝰ ministrauerãt: et reponẽt ea in ga-
zophilacio sanctuarij ꝛ vestiẽt se vestimẽtis
alijs: et non sanctificabũt populũ in vestibꝰ
suis. Caput autẽ suũ nõ radent: neq̃ comã
nutrient: sed tondentes attondent capita
sua. Et vinũ nõ bibet omis sacerdos quãdo
ingressurus est atriũ interius. Et viduã et
repudiatã non accipiẽt vxores: ꝗ virgines
de semine domus israhel. Sed et viduã que
fuerit vidua a sacerdote accipiẽt: et populũ
meũ docebũt quid sit inter sanctũ ꝛ polluti-
ũ: et inter mundũ ꝛ immundũ ostendent eis.
Et cũ fuerit controuersia stabũt in iudicijs
meis: et iudicabũt leges meas. Et ꝓcepta
mea in omibꝰ solemnitatibꝰ meis custodiẽt:
et sabbata mea sanctificabũt. Et ad mortuũ
hominẽ nõ ingredientur ne polluantur: nisi
ad prem ꝛ matrẽ ꝛ filiũ et filiam ꝛ fratrem et
sororem que alterius virũ non habuerit: in
quibus cõtaminabũtur. Et postquã fuerit
emũdatus septẽ dies numerabũtur ei: ꝛ in
die introitus sui in scũariũ ad atriũ interius
vt ministrẽt michi in sanctuario: offeret ꝓ
peccato suo ait dominus deus. Non erit aũt
eis hereditas. Ego hereditas eorũ: et posses-
sionẽ nõ dabitis eis in israhel. Ego enim pos-
sessio eorũ. Victimã ꝗ ꝓ peccato ꝗ ꝓ delicto ipsi
comedent: et omne votũ in israhel ipsorũ erit.
Et primitiua omium ꝓmogenitorũ et oia liba-
mẽta ex omibꝰ q̃ offerũt̃: sacerdotũ erit. Et
ꝓmitiũa ciborũ vrorũ dabitis sacerdoti: ut re-
ponat bnedictões domui sue. Omne morticinũ
et captum a bestia de auibus et de pecoribꝰ
non comedent sacerdotes. XLV
Vnq̃ ceperitis terrã diuidere sorte to-
separate primitias domino sanctificatum de
terra: longitudinẽ viginti quinq̃ milia: et lati-
tudinẽ decẽ milia. Sanctificatũ erit in omni
termino eius ꝓ circuitũ. Et erit ex omi parte
sanctificatũ quingentos ꝓ quingẽtos q̃dri-
fariam ꝓ circuitũ: et quinquaginta cubitis
in suburbana eius ꝓ gyrũ. Et a mẽsura ista
mẽsurabis longitudinẽ viginti quinq̃ milũ:
et latitudinẽ decẽ milũ. Et in ipo erit tẽplũ
sanctũ ꝛ sanctorũ: sanctificatũ de terra erit
sacerdotibꝰ ministris scũarij: qui accedunt
ad ministeriũ dni. Et erit eis locus in domos
et in scũariũ sanctitatis. Viginti quinq̃ autẽ
milia longitudinis ꝛ decẽ milia latitudinis
erũt leuitis: qui ministrãt domui. Ipsi possi-
debũt viginti gazophilacia. Et possessionem
ciuitatis dabitis quinq̃ milia latitudinis et
longitudinis viginti quinq̃ milia: secundũ
separacõem sanctuarij omni domui israhel.
Principi q̃q̃ hinc ꝛ inde in separacões scũarij
et in possessionẽ ciuitatis ꝓtra facie separacõis
sanctuarij: et ꝓtra faciem possessionis vrbis
a late maris usq̃ ad mare: et a latere oriẽs
vsq̃ ad orientẽ. Longitudinis autem iuxta
vnãquãq̃ partẽ a termino occidẽtali usq̃
ad terminũ orientalẽ: de terra erit ei possessio
in israhel. Et nõ depopulabũtur vltra princi-
pes populũ meũ: sed terrã dabũt domui israhel
secundũ tribꝰ eorũ. Hec dicit dominus deus.
Sufficiat vobis principes israhel: iniq̃tatẽ
et rapinas intermittite: et iudiciũ ꝛ iustitiam
facite. Separate ꝓfinia vestra a popl̃o meo
ait dns deus. Statera iusta ꝛ ephi iustũ et
batus iustus erit vobis. Ephi ꝛ batus eq̃lia
et vnius mẽsure erũt: ut capiat decima ꝛ partẽ

choribatus: et decimam partem chori ephi.
Juxta mensuram chori erit equa libratio eorum.
Siclus autem viginti obulos habet. Porro
viginti sicli et viginti quinque sicli et quindecim
sicli minas facient. Et hec sunt primitie quas
tollentis: sextam partem ephi de choro frumenti:
et sextam partem ephi de choro ordei. Mensu-
ra quoque olei. Batus olei decima pars chori est:
que decem bati implent chorum. Et arietem unum
de grege ducentorum de hijs que nutriunt israel
in sacrificium et in holocaustum et in pacifica: ad
expiandum pro eis ait dominus deus. Omnis
populus terre tenebitur primitijs hijs principi
in israhel. Et super principem erunt holocausta
et sacrificium et libamina in solemnitatibus et in
kalendis et in sabbatis: in omnibus solemnitatibus
domus israhel. Ipse faciet pro peccato sacrificium
et holocaustum et pacifica: ad expiandum pro domo
israhel. Hec dicit dominus deus. In primo
mense vna mensis sumes vitulum de armento
immaculatum: et expiabis sanctuarium. Et
tollet sacerdos de sanguine quod erit pro
peccato: et ponet in postibus domus et in quatuor
angulis crepidinis altaris: et in postibus
porte atrij interioris. Et sic facies in septima
mensis pro vnoquoque qui ignorauit et errore
deceptus est: et expiabis pro domo. In primo
mense quarta decima die mensis erit vobis
pasche solemnitas. Septem dierum azima come-
dentur. Et faciet princeps in die illa pro se
et pro vniuerso populo terre vitulum pro peccato.
Et in septem dierum solemnitate faciet holocaustum
domino: septem vitulos et septem arietes imma-
culatos quotidie septem diebus: et pro peccato
hircum capram: et sacrificium ephi per vitulum
et ephi per arietem faciet: et olei hyn per singula
ephi. Septimo mense quintadecima die
mensis in solemnitate faciet sicut supradicta
sunt per septem dies: tam pro peccato quam pro ho-
locausto et in sacrificio et in oleo. XLVI

Hec dicit dominus deus. Porta atrij
interioris que respicit ad orientem erit
clausa sex diebus in quibus opus fit: die autem
sabbati aperietur. Sed in die kalendarum
aperietur: et intrabit princeps per viam vestibuli
porte deforis: et stabit in limine porte. Et
facient sacerdotes holocaustum eius et pacifica
eius: et adorabit super limen porte: et egredietur.
Porta autem non claudetur usque ad vespam. Et
adorabit populus terre ad ostium porte illius in
sabbatis et in kalendis coram domino. Holocaustum
autem hoc offeret princeps domino in die sabbati:
sex agnos immaculatos et arietem immacula-
tum: et sacrificium ephi per arietem. In agnis autem
sacrificium quod dederit manus eius: et olei
hyn per singula ephi. In die autem kalendarum
vitulum de armento immaculatum et sex agnos et
arietes immaculati erunt: et ephi per vitulum:
ephi quoque per arietem faciet sacrificium. Agnis autem
sicut mueneit manus eius: olei hyn per singula
ephi. Cumque ingressurus est princeps per viam
vestibuli porte ingrediatur: et per eandem viam
exeat. Et cum intrabit populus terre in conspectu
domini in solemnitatibus: qui ingredietur per portam
aquilonis ut adoret: egrediatur per viam porte
meridiane. Porro qui ingreditur per viam
porte meridiane: egrediatur per viam porte
aquilonis. Non reuertetur per viam porte per
quam ingressus est: sed e regione illius egre-
dietur. Princeps autem in medio eorum erit.
Cum ingredientibus ingrediet: et cum egredientibus
egrediet. Et in nundinis et solemnitatibus
erit sacrificium ephi per vitulum et ephi per arietem:
agnis autem erit sacrificium sicut mueneritmanus
eius: et olei hyn per singula ephi. Cum autem
fecerit princeps spontaneum holocaustum aut
pacifica voluntaria domino. aperietur ei porta
que respicit ad orientem: et faciet holocaustum
suum et pacifica sua sicut fieri solet in die sabbati
et egredietur: claudeturque porta postquam
exierit. Et agnum eiusdem anni immaculatum
faciet holocaustum quotidie domino. Semp
mane faciet illud. Et faciet sacrificium super eo
cathamane mane. sextam partem ephi: et de
oleo terciam partem hyn. ut misceatur simile.
Sacrificium domino legitimum: iuge atque perpetuum.
Faciet agnum et sacrificium et oleum cathamane
mane holocaustum sempiternum. Hec dicit dominus
deus. Si dederit princeps donum alicui de
filijs suis: hereditas eius filiorum suorum erit:
possidebunt eam hereditarie. Si autem dederit
legatum de hereditate sua vni seruorum suorum:
erit illius usque ad annum remissionis: et reuertet
ad principem. Hereditas autem eius filijs eius
erit. Et non accipiet princeps de hereditate
populi per violentiam de possessione eorum: sed

de possessiōe sua hereditatē dabit filijs suis:
vt non dispgat' poplus meus vnusquisq;
a possessiōe sua. Et introduxit me p ingres-
sum q̄ erat ex latere porte in galophilacia
sanctuarij ad sacerdotes·que respiciebāt
ad aquilonem: et erat ibi locus vrgēs ad
occidentē: et dixit ad me. Iste ē locus vbi
coquent sacerdotes p peccō et pro delicto:
vbi coquēt sacrificiū: ut nō efferāt in atrio
exterior: a sanctificetur populus. Et eduxit
me in atriū exterius: et circumduxit me per
quatuor angulos atrij. Et ecce atriolū erat
in angulo atrij: atriola singula p angulos
atrij. In q̄tuor ādulis atrij atiola dispo sita:
quadraginta cubitorū p longū: a triginta
p latum. Mensure vnus quatuor erāt. Et
paries p circuitū ambiēs quatuor atriola:
et culme fabcate erāt sbter porticus p gyrū.
Et dixit ad me. Hec ē domus culinarū: in q̄
coquent ministri domus dñi victimas ꝓpli.

Et ꝓdūxit me ad portā XLVII
domus: et ecce aque egrediebantur
subter limen domus ad orientē. Facies enī
domus respiciebat ad orientē. Aque autē
descendebant in latus templi dextrum: ad
meridiem altaris. Et eduxit me p viā porte
aquilonis: et ouertit me ad viā foras portā
exterior ē: viā que respiciebat ad orientē.
Et ecce aque redundātes a latere dextro
cū egrederetur vir ad orientē q̄ habebat
funiculum in manu sua: et mensus est mille
cubitis: et transduxit me p aquam usq; ad
talos. Rursūq; mensus ē mille: et trāsduxit
me p aquā usq; ad genua. Et mensus est
mille: a trāsduxit me p aquā usq; ad renes.
Et mensus est mille·torrentē quē nō potui
p transire: quoniā intumuerāt aque ꝓfundi
torrentis: qui nō potest trāsuadari. Et dixit
ad me. Certe vidisti fili hominis·Et eduxit
me: et ouertit ad ripam torrētis. Cumq; me
ouertissem: ecce in ripa torrētis ligna mlta
nimis ex vtraq; parte. Et ait ad me. Aque
iste q̄ egrediūt' ad tumulos zabuli orētalis
a descendūt ad plana deserti·intrabūt mare:
et exibūt a sanabūt' aque. Et omis anima
viuēs que serpit quocūq; venerit torrens
viuet: et erit pisces mlti sanis: postq̄ venerit
illuc aque iste. Et sanabūt' et viuent oma
ad que venerit torrens: et stabunt sup illa
piscatores. Ab engaddi usq; ad engallim
siccato sagenarū erūt. Plurime species erit
piscū eius: sicut pisces maris magni multi-
tudinis nimie. In litoribus autem eius a in
palustribus nō sanabūt': q̄ in salinas dabūt'.
Et sup torrentē orietur in ripis eius ex vtraq;
parte ome lignū pomiferū. Nō deflueet foliū
ex eo: et nō deficiet fructus eius. Per singlos
menses afferet primitia: quia aque eius de
sanctuario egredientur. Et erūt fructus eius
in cibū: et folia eius ad medicinā. Hec dicit
dñs deus. Hic ē terminus in quo possidebitis
terrā in duodecim tribus israhel: quia ioseph
duplicē funiculū habet. Possidebitis autem
eam singuli eque ut frater suus: sup quam
leuauī manū meā ut darem patribus vestris.
Et cadet terra hec vobis in possessionem.
Hic est autem terminus terre ad plagam
septentrionalē a mari magno·via ethalon
venientibus sedada emath berotha sabarim
q̄ est inter mediū damasci a confinū emath
domus thicon que ē iuxta terminū auran:
et erit terminus a mari usq; ad atriū enon
terminus damasci: et ab aq̄lone ad aq̄lonē
terminus emath: plaga septentrionalis.
Porro plaga orētalis de medio auran et
de medio damasci a de medio galaad et de
medio terre israhel·iordanis disterminans:
ad mare orētale metiemī plagā orientalē.
Plaga autē australis meridiana a thamar
usq; ad aquas contradictōis cades: a torrēs
usq; ad mare magnū: a hec est plaga ad
meridiem australis. Et plaga maris: mare
magnū a confinio p directū donec venias
emath: hec ē plaga maris. Et diuidetis terrā
istā vobis p tribus israhel: et mittetis eam in
hereditatē vobis a aduenis qui accesserint
ad vos qui genuerit filios in medio vrī:
et erūt vobis sicut indigene inter filios israhel.
Vobiscum diuidēt possessionem in medio
tribuū israhel. In tribu aūt quacūq; fuerit adue-
na: ibi dabitis possessionē illi ait dñs deus.

Et hec nomina tribuū. XLVIII
A finibus aquilonis iuxta viā ethalō
p gēnibus emath atriū enō terminus damasci
ab aquilone iuxta viā emath: a erit ei plaga
orientalis maē·dan vna. Et a termino dan:

a plaga orientali usqz ad plagã maris. asser
vna. Et sup terminũ asser: a plaga orientali
vsqz ad plagam maris neptalim vna. Et
sup terminũ neptalim: a plaga orientali usqz
ad plagaz maris manasse vna. Et sup timi=
nũ manasse: a plaga orientali usqz ad plagã
maris effraim vna. Et sup terminũ effraim:
a plaga orientali usqz ad plagã maris rubẽ
vna. Et sup terminũ rubẽ: a plaga orientali
vsqz ad plagam maris iuda vna. Et super
terminũ iuda: a plaga orientali vsqz ad
plagã maris erũt primitie quas separabitis
vigintiquinq; milibꝫ latitudis ⁊ lõgitudis:
sicut singule partes a plaga orientali usqz
ad plagaz maris. Et erit scũariũ in medio
eiꝰ. Primitie quas separabitis dño: longi=
tudo vigintiquinq; milibꝫ: ⁊ latitudo decẽ
milibꝫ. Hec autẽ erunt primitie sanctuarij
sacerdotũ: ad aquilonẽ longitudinis vigi=
tiquinq; milia. et ad mare latitudinis decem
milia. Sed ⁊ ad orientẽ latitudinis decem
milia: ⁊ ad meridiem vigintiquinq; milia.
Et erit scũariũ dñi in medio eiꝰ. Sacerdo=
tibꝫ scũariũ erit de filijs sadoch. q̃ custo die=
rũt ceremonias meas: ⁊ nõ errauerũt cum
errarẽt filij israhel: sicut errauerunt ⁊ leuite.
Et erũt primitie de primitiis terre sanctũ
sanctoꝝ: iuxta terminũ leuitaꝝ. Sed ⁊ le=
uitis similiter iuxta fines sacerdotũ viginti
quinq; milia longitudis: ⁊ latitudinis decẽ
milia. Omnis longitudo vigintiq; quinq;
milium: et latitudo decẽ milium. Et nõ venũda=
bũt ex eo neq; mutabũt: neq; transferent
primitie terre: quia sanctificate sũt domino.
Quinq; milia autẽ que supsũt in latitudine
p vigintiquinq; milia: ꝓphana erunt vrbis
in habitaculũ ⁊ in sburbana. Et erit ciuitas
in medio eius: et hee mensure eius. Ad pla=
gam septẽtrionalẽ quingẽta ⁊ quatuor mi=
lia: et ad plagam meridianã quingenta et
q̃tuor milia: ⁊ ad plagã orientalẽ quingẽta
et quatuor milia: et ad plagã occidentalẽ
quingẽta ⁊ quatuor milia. Erũt autẽ sburbana
ciuitatis ad aquilonẽ ducenta quin=
quaginta ⁊ ad meridiẽ ducẽta quinquagi=
ta: et ad orientem ducenta quinquaginta ⁊
ad mare ducenta quinquaginta. Qd autẽ
reliquũ fuerit in lõgitudine secũdũ primitias
scũarij decem milia in orientẽ: et decem milia
in occidentẽ erũt sicut primitie scũarij: ⁊ erit
fruges eiꝰ in panes his qui fuiũt ciuitati.
Seruientes aũt ciuitati operabũtur ex omnibꝫ
tribubꝫ israhel. Omnes primitie vigintiquinq;
milium p vigintiquinq; milia in quadrũ. separa=
bũtur in primitias scũarij: et in possessiones
ciuitatis. Quod autem reliquũ fuerit princi=
pis erit ex omni parte primitiarũ sanctuarij
et possessionis ciuitatis e regione. viginti=
quinq; milium primitiarum usqz ad terminũ
orientalem: sed et a mari e regione viginti=
quinq; milium usqz ad terminũ maris similit'
in partibꝫ principis erit. Et erũt primitie san=
ctuarij ⁊ sanctuariũ tẽpli in medio eiꝰ. De
possessione autẽ leuitarũ ⁊ de possessione ciui=
tatis in medio partiũ principis: erit in termi=
nũ iuda ⁊ in terminũ beniamin: et ad princi=
pem pertinebit. Et reliquis tribubꝫ a plaga
orientali usqz ad plagã occidentalẽ: beniamin vna. Et ꝑ terminũ beniamin a plaga
orientali usqz ad plagã occidentalẽ: symeõ
vna. Et sup terminũ symeonis a plaga orienta=
li usqz ad plagam occidentalem: ysachar
vna. Et super terminum ysachar a plaga
orientali usqz ad plagaz occidentalem: zabulon vna. Et super terminũ zabulon a pla=
ga orientali usqz ad plagã maris. gad vna.
Et super terminũ gad ad plagam austri in
meridiẽ: et erit fines de thamar usqz ad aq̃s
contradictionis cades: hereditas contra mare
magnũ. Hec est terra quã mitteris in sortẽ
tribubꝫ israhel: et hee partiões eorũ ait dñs
deiꝰ. Et hii egressus ciuitatis. A plaga septẽ=
trionali quingẽta ⁊ q̃tuor milia mẽsurabis:
et porte ciuitatis omnibꝫ tribubꝫ israhel. Porte
tres a septẽtrione. Porta ruben vna: porta
iuda vna: porta leui vna. Et ad plagã orien=
talẽ quingẽta ⁊ quatuor milia: et porte tres.
Porta ioseph vna: porta beniamin vna: porta
dan vna. Et ad plagã meridianã quingẽta ⁊
q̃tuor milia mensuris. Porta symeonis vna:
porta ysachar vna: porta zabulõ vna. Et ad
plagã occidẽtalẽ quingẽta ⁊ q̃tuor milia: porte
eorũ tres. Porta gad vna: porta aser vna:
porta neptalim vna. Per circuitũ decẽ ⁊ octo
milia: et nomẽ ciuitatis ex illa die: dominus
ibidem. Explicit ezechiel ꝓpha.

Incip. plogus in danielem

Danielem ꝓphetam ꝓpham. iuxta septuaginta interpretes. domini saluatoris ecclesie non legūt. vtentes theodotionis edicōe: et hoc cur acciderit nescio. Siue enim q̃ sermo chaldaicus est. ⁊ quibusdā ꝓprietatib⁹ a nr̄o eloquio discrepat. noluerūt septuaginta interp̄tes easdē lingue lineas in translacōne seruare: siue sub nomine eorꝫ ab alio nescio quo non satis chaldeam linguā sciente editus est liber: siue aliud quid cause exiteit ignorās. hoc vnū affirmare possum: quod multū a veritate discordet: et recto iudicio repudiatus sit. Sciendū quippe danielē maxime a hesdram hebraicis quidem litteris ſ̃ chaldeo ſmone oscp̄tos et vnā ieremie pericopen: iob q̃ cū arabica lingua plurimam habere societatē. Denique ⁊ ego adolescētulus post quintilliania tulij lectōes ac floꝫes rethoricos cū me ī lingue huius p̄stinū reclusissem. et multo sudore multoq̃ tempore vix cepissem anhelāta stridentiaq̃ verba resonare. et quasi p criptā ambulās. rarū desup lumē aspicere. impegi nouissime ī danielē: ⁊ tāto tedio affectus sū: ut desperacōe subita omnē laborem veterē voluerim oremnere Verū hortante me quodam hebreo ⁊ illud michi crebrius sua lingua ingerente. labor improbus omnia vincit: qui michi videbar sciolus. inter eos cepi rursus discipulus esse chaldaicus. Et ut verū fatear: usq̃ ad p̄sentem diem magis possum sermonē chaldaicum legere ⁊ intelligere q̃ sonare. Nec idcirco refero ut difficultatē vobis danielis ostenderē: qui apud hebreos nec susanne habet historiam nec pmnū triū puerorꝫ nec belis draconisq̃ fabulas: q̃s nos q̃ in toto orbe dispse sūt veru ātē polito easq̃ iugulātē ſbiecimus: ne videremur apud impitos magnā partē volumis detrūcasse. Audiui ego quēdā de p̄ceptoribꝫ iudeorꝫ cū susanne deriderei historiā. et a greco nescio q̃ diceret esse ofictā illud opponē. qd origen q̃ affricanꝰ opposuit: ethymologias has apo thoy chynoy chise. et apo thoy prynoy pryse. de greco ſmone descēdere. Cuius rei nos intelligentiā nostris hāc possumus dare: ut vbi grā dicamus ab arbore ilice dixisse eū ilico pereas: ⁊ a lentisco in lentez te ominuat angelus: vel non lente pereas. aut lentus id ē flexibilis ducaris ad mortem: siue aliud q̃d ad arboris nomē ouemēs. Deinde tantum fuisse ocij tribꝫ pueris cauillabat̄ ut in camino estuantis incendij metro luderēt. et per ordinē ad laudem dei omnia elimēta puocarent: aut qd miraculū diuineq̃ aspiracōis iudicaꝫ vel draconē interfectum offa picis vel sacerdotū belis machinas deprehensas: q̃ magis prudētia solertis viri q̃ ꝓphali essent spiritu ꝓpetrata. Cū vero ad abacuc veniret. et de iudea in chaldeā raptū discoforꝫ lectitaret: quereba exemplū vbi legissemus in toto veteri testamēto quenq̃ sanctorꝫ gratia volasse corpore: et in p̄ūcto hore tanta terraꝫ spacia transisse. Cui cū quidā e nostris satis ad loquendū pmptulus ezechielem adduxissē in medū. et diceret eū de chaldea in iudeam fuisse translatū. derisit hominē: et ex ipo volumine demonstrauit ezechielē in spū se vidisse transpositū. Deinq̃ ⁊ apostolū nostrū videlicet ut erudituū virū et qui legez ab hebreis didicisset non fuisse ausum affirmare se raptū in corpore ſ̃ dixisse: siue in corpore siue extra corpus nescio deus scit. Hiſ et talibꝫ argumētis apocriphas in libro ecclesie fabulas arguebat. Sup q̃ re lectoris arbitrio iudicū derelinquēs illud āmoneo nō habri danielē apud hebreos inter ꝓphetas: ſ̃ inter eos q̃ agyographa oscripserūt. In tres siquidē partes omnis ab eis scp̄tura diuidit̄. in legē in ꝓphas ⁊ in agyographa id est in quinq̃ ⁊ octo et vndecim libros: de quo nō est huius temporis disserere. Que aūt ex hoc ꝓpheta. pmmo otra hūc librum porphirius obiciat testes sunt methodius eusebius appollinaris: qui multis versuum mlibꝫ eius vsame rūdentes nescio an curioso lectori satisfecerunt. Vnde obsecro vos o paula ⁊ eustochiū fundatis p me ad dnm p̄ces: ut quādiu in hoc corpusculo sum scribā aliquid gratum vobis vtile ecclie: dignum posteris. Presentiū quippe iuditijs oblatrātiū non satis moueor: qui in vtrāq̃ partē aut amore labuntur aut odio. Explicit plogus.

Incipit daniel ꝓpha

IN anno tercio regni ioakim regis iuda venit nabuchodonosor rex babilonis ihꝛusalem et obsedit eā: et tradidit dñs in manu eius ioakim regem iude ⁊ partez vasoꝝ domus dei ⁊ asportauit ea in terrā sennaar in domū dei sui: et vasa intulit in domū thesauri dei sui. Et ait rex affenez ꝓposito eunuchoꝝ vt introduceret de filijs israhel ⁊ de semine regio et tyrānoꝝ pueros in quibus nulla esset macula. decoros forma ⁊ eruditos omni sapiēia. cautos scīa ⁊ doctos disciplina: et qui possent stare in palatio regis: ut doceret eos litteras ⁊ linguā chaldeoꝝ. Et ostituit eis rex annonam p singulos dies de cibis suis et vino vnde bibebat ipse: ut enutriti tribus annis postea starēt in ospcū regis. fuerunt ergo inter eos de filijs iude daniel ananias misahel ⁊ azarias. Et impsuit eis ꝓpositus eunuchoꝝ nomina: dameli baltha sar: ananie sidrac. misahel misac. et azarie abdenago. Proposuit autē daniel in corde suo ne polluerēt de mensa regis neqz de vino potū eius: ⁊ rogauit eunuchoꝝ ꝓpositū ne cōtaminaretur. Dedit autē deus dameli gratiaz et misericoꝛdiā in ospcū pncipis eunuchoꝝ. Et ait princeps eunuchoꝝ ad damelem. Timeo ego dominū meū regē qui ostituit vobis cibū ⁊ potū: qui si viderit vultus vestros macilēnoꝛes p ceteris adolescēnbus coeuis vestris: condēnabitis caput meū regi. Et dixit daniel ad malasser quē ostituerat princeps eunuchoꝝ sup damelē ananiaz misahelē ⁊ azariam. Tempta nos obsecro seruos tuos diebus decem ⁊ detur nobis legumina ad vescendū ⁊ aqua ad bibendum: et contemplare vultus nros ⁊ vultus puerorum qui vescunt cibo regio: et sicut videris facies cū seruis tuis. Qui audito sermone huiusce modi: tempt.auit eos diebus decem. Post dies autē decē apparuerūt vultus eoꝝ meliores ⁊ corpulēnoꝛes: p omnibus pueris qui vescebāt cibo regio. Igitur malasser tollebat cibaria ⁊ vinū potus eorum: dabatqz eis legumina. Pueris autē hijs dedit deus scīaz et disciplinā in omni libro ⁊ sapiēia: dameli autē intelligentiā omniū visionū ⁊ somniorum. Cōpletis itaqz diebus post quos dixerat rex ut introducerētur: introduxit eos ꝓpositus eunuchoꝝ in ospcū nabuchodonosor. Cūqz eis locutus fuisset rex: non sunt inuēti tales de vniuersis ut daniel ananias misahel ⁊ azarias. Et steterūt in ospcū regis: et omne vbi sapiēie ⁊ intellectus qō scisciatus ē ab eis inuenit in eis decuplū sup cūctos ariolos ⁊ magos q̄ erāt in vniuso regno eius. fuit aūt daniel usqz ad annū pmū cyri regis.

II

IN anno secō regni nabuchodonosor vidit nabuchodonosor somniū: ⁊ conterritus ē spūs eius: ⁊ somniū eius fugit ab eo. Precepit aūt rex ut conuocarētur ariolis ⁊ magis ⁊ maleficis ⁊ chaldeis: ut indicarēt regi somnia sua. Qui cū venissent steterūt coram rege: et dixit ad eos rex. Vidi somniū: et mēte confusus ignoro q̄d viderim. Rūderuntqz chaldei regi syriace. Rex in sempiternū viue. Dic somniū seruis tuis: et interpṭacōem eius indicabimus. Et rūdens rex ait chaldeis. Sermo recessit a me. Nisi indicaueritis michi somniū ⁊ comectura eius: ⁊ domus vre publicabūtur. Si autē somniū ⁊ comectura eius narraueritis: pmia ⁊ dona ⁊ honorē multum accipietis a me. Somniū igitur et interpṭacōnem eius indicate michi. Responderūt secō atqz dixerūt. Rex somniū dicat seruis suis: ⁊ interpṭationē eius indicabimus. Rūdit rex et ait. Certe noui q̄ tēpus redimitis: scientes q̄ recesserit a me sermo. Si ergo somniū nō indicaueritis michi vna ē de vobis sentēia: q̄ interpṭacōem q̄ fallacē ⁊ decepcōe plenam conposueritis: ut loquamini michi donec tempus ptranseat. Somniū itaqz dicite mi: ut sciam q̄ interpṭacōez q̄ eius verā loquamini. Respondētes ergo chaldei coram rege dixerūt. Non est homo sup terrā q̄ sermonē tuū rex possit implere: sed neqz regū quisq̄ magnus ⁊ potēs verbū huiusce mōi sciscitat ab omni ariolo ⁊ mago et chaldeo. Sermo enim quē tu queris rex grauis est: nec repietur quisq̄ qui indicet illū in cōspectu regis exceptis dijs quoꝝ non est conuersatio cum hominibus. Quo audito: rex in furore ⁊ in ira magna pcepit ut perirēt omnes sapientes

babilonis. Et egressa sentēcia. sapiētes im=
terficiebantur: querebāturq; damel et socij
eius ut pirēt. Tunc damel req̃siuit de lege
atq; sentēcia ab arioch principe milicie re=
gis: qui egressus fuerat ad interficiendos
sapiētes babilonis. Et interrogauit eū qui
a rege potestatē acceperat: quā ob causam
tā crudelis sentēcia a facie regis ēssē egres=
sa. Cū ergo rem indicasset arioch dameli:
damel ingressus rogauit regē ut tempus
daret sibi ad solucōem iudicandā regi. Et
ingressus est domū suā: anam eq; a misahel
et azarie socijs suis indicauit negocium ut
quererēt misericor: diā a facie dei celi sup sa=
cramēto isto: et nō pirent damel a socij ei?
cū ceteris sapiētibꝫ babilonis. Tūc dameli
misterīū p visionē nocte reuelatum est. Et
damel benedixit deo celi a locutus ait. Sit
nomē domini benedictū a seculo a usq; in se=
culū: q; sapiēcia a fortitudo eius sūt: et ipse
mutat tempora et etates. Transfert regna
atq; ostituit: dat sapiencia sapiētibꝫ: a scia
intelligentibꝫ disciplinā. Ipse reuelat p̄fun=
da a abscondita: et nouit in tenebris ostitu=
ta: et lux cū eo est. Tibi deus p̄rm nostrorꝫ
ofiteor teq; laudo q; sapiēcia a fortitudinē
dedisti michi: et nunc ostendisti michi que
rogauimus te: q; sermonez regis aperuisti
nob. Post hec damel ingressus ad arioch
quem ostituerat rex ut p̄deret sapiētes ba=
bilonis: sic ei locutus est. Sapiētes babi=
lonis ne p̄das. Introduc me in conspectu
regis a solucōez regi narrabo. Tūc arioch
festinus introduxit damelē ad regē: et di=
xit ei. Inuenī hominē de filijs trāsmigratio=
nis iude qui solucōez regi annūciet. Rñdit
rex: a dixit dameli cuius nomē erat baltha=
sar. Putas ne were potes michi indicare so=
mniū quod vidi: et interp̄tacōem eius? Et
rñdens damel coram rege ait. Misteriuz
quod rex interrogat sapiētes magi aario=
lia a aruspices nequeūt indicare regi: sed est
deus in celo reuelās misteria: qui indicabit
tibi rex nabuchodonosor que ventura sunt
nouissimis temporibꝫ. Somniū tuū a visio=
nes capitis tui in cubili tuo huiuscemōi sūt.
Tu rex cogitare cepisti in stratu tuo quid
esset futurū post hec: et qui reuelat misteria
ostendit tibi q̃ ventura sūt. Michi q̃ non in
sapiēcia que ē in me plus q̃ in cūctis viuēti=
bus sacramentū hoc reuelatū est: ꝫ ut interp̄=
tatio regi manifesta fieret et cogitationes
mētis tue scires. Tu rex videbas: et ecce qua=
si statua vna grandis. Statua illa magna
et statura sublimis stabat ꝯtra te: et intuitus
eius erat terribilis. Huius statue caput ex
auro optimo erat: pectus autē a brachia de
argēto: porro venter a femora ex ere: tibie
autem ferree: pedū quedā pars erat ferrea.
quedam autē fictilis. Videbas ita: donec ab=
scisus est lapis de mōte sine mamb̄ a percussit
statuā in pedibꝫ eius ferreis a fictilibꝫ: et cō=
minuit eos. Tunc ꝯtrita sūt pariter ferrum
testa es argētum a aurū: et redacta quasi in
faullaz estiue aree que rapta sūt vento: nul=
lusq; locus inuētus est eis. Lapis autē qui
percusserat statuā factus est mons magnus:
a impleuit vniuersaz terrā. Hoc est somniū:
interp̄tacōem q̃ eius dicemus coram te rex.
Tu rex regum es: et deus celi regnū a fortitu=
dinē a imperiū a gloriam dedit tibi: et omnia
in quibꝫ habitant filij hominū a bestie agri
volucres q̃ celi dedit in manū tua: a sb̄dicōe
tua vniuersa cōstituit. Tu es ergo caput au=
reū. Et post te ꝯsurget regnū aliud minus te
argēteum: et regnū terciū aliud ereū quod
impabit vniuerse terre: et regnū quartū erit
velut ferreū. Quomō ferrū ꝯminuit a dōnat
omnia: sic ꝯminuet a ꝯteret omnia hec. Porro
q; vidisti pedū a digitorꝫ partē testeā figuli.
et partem ferreā: regnū diuisū erit q̃d tamē
de plantario ferri orietur. Secundū q; vidi=
sti ferrū mixtū teste ex luto. et digitos pedū
ex parte ferreos. et ex parte fictiles: ex pte
regnū erit solidū: et ex pte ꝯtritū. Q̃d autez
vidisti ferrū mixtū teste ex luto: omsceb̄ūt
quidē hūmano semini ꝫ nō adherebūt sibi:
sicuti ferrū misceri nō potest teste. In dieb̄
aūt regnorꝫ illorꝫ suscitabit deus celi regnū
quod in etn. nū nō dissipabitur: a regnū ei?
alteri populo non tradetur. Cōminuet aūt
et ꝯsumet vniuersa regna hec: et ipsū stabit
in eternū. Secundū q; vidisti q; de mōte ab=
scisus est lapis sine mamb̄ a ꝯminuit testaz
et ferrū a es a argentū a aurū: deus magnus
ostēdit regi que ventura sunt postea: et veruz

est sommiū et fidelis interptacō eius. Tunc
rex nabuchodonosor cecidit in faciem suam
et danielē adorauit: et hostias et incensum
p̄cepit ut sacrificarēt ei. Loquēs ergo rex
ait daniel: Vere deus vester deus deorū est
et dominus regū reuelans misteria: qm̄ tu
potuisti apire hoc sacramentū. Tūc rex da-
nielē in sublime extulit: et munera multa et
magna dedit ei. Et ostituit eū principē sup
omnes p̄uincias babilonis: et p̄fectū m̄gra-
tuū sup cūctos sapiētes babilonis. Daniel
autē postulauit a rege: & ostituit sup opera
p̄uīcie babilonis sidrac misac & abdenago.
Ipe aūt daniel erat in foribus regis. III

Nabuchodonosor rex fecit statuā aure-
am altitudine cubitorū sexaginta la-
titudine cubitorū sex: et statuit eā in campo
durā p̄uincie babilonis. Itaq; nabuchodo-
nosor rex misit ad ogregandos satrapas
magistratus & iudices duces et tyrannos
et p̄fectos omesq; principes regionum: ut
conuenirēt ad dedicacōem statue quā ere-
xerat nabuchodonosor rex. Tūc ogregati
sūt satrape magistratus & iudices duces et
tyranni & optimates qui erāt in potestatib;
constituti & vniuersi principes regionū: ut
conuenirēt ad dedicationem statue quam
erexerat nabuchodonosor rex. Stabant
autem in ospectu statue quam posuerat na-
buchodonosor rex: et p̄co clamabat valē-
ter. Vobis dicit̄ poplis tribub; & linguis:
in hora qua audieritis sonitū tube et fistule
et cytharе sābuce & psalterij & simphonie
et vniuersi generis musicorū: cadētes ado-
rate statuam aureā quā cōstituit nabucho-
donosor rex. Si quis autē non prostratus
adorauerit: eadem hora mittet̄ in fornacē
ignis ardentis. Post hec igitur statim ut
audierūt omes populi sonitū tube fistule et
cytharе sambuce & psalterij simphonie et
omnis generis musicorū: cadentes omes
populi tribus & lingue adorauerūt statuam
aureā quā ostituerat nabuchodonosor rex.
Statimq; in ipo tempore accedentes viri
chaldei accusauerūt iudeos: dixerūtq; na-
buchodonosor regi. Rex in eternum viue.
Tu rex posuisti decretū ut oīs hō qui audi-
erit sonitū tube fistule & cytharе sambuce &
psalterij & simphonie & vniuersi generis mu-
sicorū prosternat se & adoret statuam aureā:
si quis autē nō p̄cidēs adorauerit mittatur
in fornacē ignis ardentis. Sunt ergo viri
iudei quos ostituisti sup opa regionis babi-
lonie sidrac misac & abdenago: viri isti cō-
tempserūt rex decretum tuum. Deos tuos
non colūt: et statuā aureā quā erexisti non
adorant. Tūc nabuchodonosor in furore &
ira p̄cepit ut adducerent̄ sidrac misac & ab-
denago. Qui ofestim adducti sūt in ospectū
regis: p̄nūciansq; nabuchodonosor rex ait
eis. Verene sidrac misac & abdenago deos
meos nō colitis: & statuā aureā quā ostitui
nō adoratis? Nūc ergo si estis parati qua-
cūq; hora audieritis sonitū tube fistule cytha-
re sambuce et psalterij & simphonie omisq;
gēnis musicorū prostermite vos & adorate sta-
tuam quā feci: qd̄ si nō adorauerītis: eadem
hora mittemini in fornacē ignis ardētis. Et
quis est deus qui eripiet vos de manu mea?
Respondētes sidrac misac & abdenago: dixe-
rūt regi nabuchodonosor. Nō oportet nos
de hac re rn̄dere tibi. Ecce enim deus noster
quē colim? potest eripē nos de camino ignis
ardētis: et de manibus tuis o rex liberare. Qd̄
si noluerit: notū sit tibi rex q̄ deos tuos non
colimus: et statuā auream quā erexisti non
adoramus. Tūc nabuchodonosor replet̄
est furore: & aspectus facies illius immutat̄
est sup sidrac misac & abdenago: et p̄cepit
ut succendere ret̄ fornax septuplū q̄ succendi
cōsueuerat: et viris fortissimis de exēcitu suo
iussit ut ligatis pedib; sidrac misac & ab-
denago mitterēt eos in fornacē ignis ardētis.
Et ofestim viri illi vincti cū bracis suis & thy-
aris & calciamentis et vestib; missi sunt in me-
diū fornacis ignis ardētis. Nā iussio regis
vrgebat. Fornax autē succensa erat nimis.
Porro viros illos qui miserāt sidrac misac
et abdenago interfecit flamma ignis. Viri
autē hij tres id ē sidrac misac & abdenago
ceciderūt in medio camino ignis ardentis
colligati. Que sequūt̄ in hebreis volumib;
non reperi. Et ambulabāt in medio flāme:
laudantes deū & benedicētes domino. Stās
autē azarias orauit sic. Aperiensq; os suum
in medio ignis ait. Benedictus es domine

deus patrũ nrõrũ & laudabile & gloriosum
nomẽ tuũ in secula: qꝰ iustus es in omibus
que fecisti nobis. & vniuersa opa tua vera &
vie tue recte: et omia iudicia tua vera. Iudi-
cia enim vera fecisti iuxta omia q̃ induxisti
sup nos & sup ciuitatẽ sanctã prĩm nostrorũ
ihrlm: qꝰ in veritate & in iudicio induxisti o-
mnia hec ꝓpter peccata nostra. Peccauimus
enim & inique egimus recedẽtes a te & deli-
quimus in omibꝫ: et pcepta tua nõ audiui-
mus: nec obseruauimus nec fecimus sicut
pceperas nobis ut bene nobis esset. Omia
ergo q̃ induxisti sup nos et vniuersa que fe-
cisti nobis vero iudicio fecisti: & tradidisti
nos in manibus inimicorũ iniquorũ et pessi-
morũ puaricatorũq: & regi iniusto & pessimo
vltra omes terrã. Et nũc nõ possumus aperi-
re os. Confusio & opprobrium facti sumus
seruis tuis: & hijs qui colebãt te. Ne quesu-
mus tradas nos in ꝓpetuũ ꝓpter nomẽ tuũ:
et ne dissipes testamentũ tuũ neq; auferas
misericordiam tuã a nobis ꝓpter abraham
dilectũ tuũ & ysaac fuũ tuũ & israhel sanctũ
tuũ: quibꝫ locutus es pollicẽs q̃ multiplica-
res semen eorũ sicut stellas celi & sicut harena
que ẽ in litore maris: qꝰ dñe imminuti
sumus plus q̃ omes gẽtes: sumusq; humi-
les in vniuersa terra hodie ꝓpter pcã nrã.
Et non est in tempore hoc princeps et dux
et ꝓphꝫ neq; olocaustum neq; sacrificium
neq; oblacõ neq; incensũ neq; locus p̃mitiarũ
coram te. ut possimus inuenire misericordiam
tuã: sed in animo cõtrito & spũ humilitatis
suscipiamur. Sicut in olocausto arietum et
thaurorũ & sicut in milibꝫ agnorũ pinguiũ.
sic fiat sacrificiũ nostrũ in ospectu hodie ut
placeat tibi: quoniã nõ est ofusio ofidẽtibꝫ
in te. Et nunc sequimur te in toto corde & ti-
memus te: et querimus faciem tuã. Ne cõ-
fundas nos: sed fac nobiscũ iuxta mansue-
tudinẽ tuã & secũdũ multitudinẽ misericordie
tue: et erue nos in mirabilibꝫ tuis & da glo-
riam nomini tuo domine: et ofundãt omes
qui ostendũt seruis tuis mala. Confundã-
tur in omni potentia & robur eorũ oteratur:
& scãt quia tu es dñs deus solus: et gliosus
sup orbẽ terrarũ. Et nõ cessabãt q̃ miserant
eos ministri regis succẽdere fornacẽ napta
et stuppa et pice et malleolis: et effundebat
flamma sup fornacẽ cubitis quadragintano-
uem: et erupit & incendit quos reppert iuxta
fornacẽ de chaldeis. Angelus autẽ domini
descendit cũ azaria & socijs eius in fornacẽ:
et excussit flammam ignis de fornace & fecit
mediũ fornacis quasi ventũ roris flantis: et
et nõ tetigit eos omino ignis neq; ontristauit
nec quicq̃ molestie intulit. Tũc hij tres q̃si
ex vno ore laudabãt & glorificabãt & bene-
dicebãt deũ in fornace dicẽtes. Bñdictus es
domine deus patrũ nostrorũ: & laudabilis
et gloriosus & superexaltatus in secula. Et bñ-
dictũ nomẽ gloriẽ tue sanctũ: et laudabile
et superexaltatũ in omibꝫ seculis. Benedictus
es in templo sancto gloriẽ tue: et suplauda-
bilis & supgloriosus in secula. Benedictus
es in throno regni tui: & suplaudabilis & su-
perexaltatus in secula. Benedictus es qui in-
tueris abissos & sedes sup cherubim: et lauda-
bilis & superexaltatus in secula. Bñdictus es
in firmamẽto celi: & laudabilis et gloriosus
in secula. Bñdicite omia opa domini domiõ:
laudate & superexaltate eum in sela. Bñdicite
angeli dñi dñõ: laudate & superexaltate eum
in secula. Bñdicite celi dñõ: laudate & super-
exaltate eũ in secula. Bñdicite aque omes
q̃ sup celos sũt dñõ: laudate & superexaltate eũ
in secula. Bñdicite omes virtutes dñi dñõ:
laudate & superexaltate eũ in secula. Bñdicite
sol & luna dñõ: laudate & superexaltate eum in
secula. Bñdicite stelle celi domiõ: laudate &
superexaltate eũ in secula. Bñdicite ymber et
ros domino: laudate & superexaltate eũ in sela.
Benedicite omnis spũs dei domino: laudate
& superexaltate eũ in secula. Bñdicite ignis
& estus domiõ: laudate & superexaltate eum in
secula. Benedicite frigus & estas domiõ:
laudate & superexaltate eũ in secula. Bñdicite
rores & pruina domiõ: laudate et superexalta-
te eum in secula. Benedicite gelu et frigus
domino: laudate et superexaltate eũ in secula.
Bñdicite glacies & nives domino: laudate
et superexaltate eũ in secula. Bñdicite noctes
et dies domino: laudate & superexaltate eũ in
secula. Benedicite lux & tenebre domiõ: lau-
date & superexaltate eũ in secula. Benedicite
fulgura & nubes dñõ: laudate & superexaltate

eū in secula. Benedicat terra dnm: laudet ⁊
superexaltet eū in secula. Benedicite montes
et colles domino: laudate ⁊ superexaltate eū
in secula. Benedicite vniuersa germinātia
in terra domino: laudate ⁊ superexaltate eum
in secla. Benedicite fontes domio: laudate
et superexaltate eū in secula. Benedicite ma-
ria ⁊ flumina domio: laudate ⁊ superexaltate
eum in secula. Benedicite cete ⁊ oīa que
mouent in aquis domio: laudate ⁊ super-
altate eū in secula. Benedicite oīes volu-
cres celi domino: laudate ⁊ superexaltate eū
in secula. Benedicite oīes bestie ⁊ pecora
domino: laudate ⁊ superexaltate eū in secula.
Benedicite filij hominū domino: laudate ⁊
superexaltate eū in secula. Benedicat israhel
dominū: laudet ⁊ superexaltet eum in secula.
Benedicite sacerdotes domini domino: lau-
date ⁊ superexaltate eū in secla. Benedicite
serui domini domino: laudate et superexaltate
eū in sela. Benedicite spūs ⁊ anime iustorū
domino: laudate ⁊ superexaltate eū in secula.
Benedicite sancti ⁊ humiles corde domio:
laudate ⁊ superexaltate eū in secula. Benedi-
cite anania azaria misahel domino: laudate
et superexaltate eū in sela: q eruit nos de in-
fernoꝰ ⁊ saluos fecit de manu mortis: ⁊ libera-
uit de medio ardētis flamme: et de medio
ignis eruit nos. Confitemini domino quo-
mā bonus: qm in seculū misericordia eius.
Benedicite oīes religiosi domio deo deorū:
laudate et ꝯfitemini ei: q in oīa secula mi-
sericordia eius. Nucusq in hebreo non ha-
betur ⁊ que posuimus de theodotionis editi-
one trāslata sūt. Tūc nabuchodonosor rex
obstupuit ⁊ surrexit festinanter: et ait optūatibꝫ
suis. Nonne tres viros misimus in medio
ignis ꝯditos. Qui respondētes regi dixe-
rūt. Vere rex. Rūdit ⁊ ait. Ecce ego video
viros quatuor solutos ⁊ ambulātes in me-
dio ignis: et nichil corrupcōis in eis est:
⁊ aspectus quarti similis filio dei. Tunc acces-
sit nabuchodonosor ad ostium fornacis
ignis ardētis et ait. Sidrac misac et abde-
nago serui dei excelsi: egredimini et venite.
Statimq egressi sūt sidrac misac et abde-
nago de medio ignis. Et ꝯgregati satrape
magistratus et iudices et potentes regis
contēplabantur viros illos quoniam nichil
potestatis habuissent ignis in corporibus eorū:
et capillus capitis eorū nō esset adustus et
saraballa eorū nō fuissent immutata: ⁊ odor
ignis nō transisset p eos. Et erumpēs nabu-
chodonosor ait. Bēdictus deus eorū sidrac
videlicet misac et abdenago: qui misit ange-
lū suū ⁊ eruit seruos suos qui crediderūt in
eū: et verbū regis immutauerūt: et tradiderūt
corpora sua ne seruirēt et ne adorarēt omnē
deū excepto deo suo. A me ergo positum est
hoc decretū: ut oīs populus tribus ⁊ lingua
que cūq locuta fuerit blasphemiā ꝯtra deū
sidrac misac et abdenago dispereat: et domꝰ
eius vastet. Neq enim est alius deus: qui
possit ita saluare. Tunc rex pmouit sidrac
misac et abdenago in prouincia babilonis.
Nabuchodonosor rex oīibus poplis gēnibus
et linguis q habitant in vniuersa terra: pax
vobis multiplicetur. Signa et mirabilia fe-
cit apud me deus excelsus. Placuit ergo mi
pdicare eius signa q magna sūt: et mirabi-
lia eiꝰ q fortia: ⁊ regnū eiꝰ regnū spiternū:
et ptās eius in gnacōez ⁊ gnacōez. ¶ III F

EGo nabuchodonosor quietus erā in
domo mea et florens in palatio meo.
Sommū vidi quod pterruit me: et cogita-
tiones mee in stratu meo: et visiones capitis
mei ꝯturbauerūt me. Et p me positum est
decretū ut introducerētur in conspectu meo
cuncti sapiētes babilonis: et ut solutionem
somnij indicarēt michi. Tunc ingrediebātur
ariolī magi chaldei et aruspices: et sommiū
narrauī in ꝯspectu eorū: et solucōez eius nō
indicauerūt michi. donec collega ingressus
est in ꝯspectū meo daniel cuius nomē baltha-
sar secundū nomē dei mei: qui habet spiritū
deorū sanctorū in semetipso: et sommū coram
ipso locutus sū. Balthasar pīceps ariolorū
quē ego scio q spīm deorū sanctorū habeas
in te: et oīe sacramentū non est impossibile
tibi: visiones sommiorū meorū quas vidi: et
solutionē earū narra. Visio capitis mei in cu-
bili meo. Videbam: et ecce arbor in medio
terre: et altitudo eius nimia. Magna arbor
et fortis: ⁊ pceritas eius contingens celum.
Aspectus illius erat usq ad terminos vniu-
erse terre. Folia eius pulcerrima: et fructꝰ

eius nimius: et esca vniuersorum in ea. Subter
eam habitabant animalia agri: et in ramis
eius conuersabantur volucres celi: et ex ea
vescebat omis caro. Videbam in visione
capitis mei super stratum meum: et ecce vigil et
sanctus de celo descendit: clamauit fortiter.
et sic ait. Succidite arborem et precidite ramos
eius: excutite folia eius et dispergite fructus
eius: fugiant bestie q̃ subter eam sunt. et volu-
cres de ramis eius. Verumtamen germen radicum
eius in terra sinite: et alligetur vinculo ferreo
et ereo in herbis q̃ foris sunt. et rore celi tin-
guatur: et cum feris pars eius in herba terre.
Cor eius ab humano omutetur: et cor fere
detur ei: et septem tempora mutentur super eum.
In sententia vigilum decretum est: et sermo sanc-
torum petitio: donec cognoscant viuentes quia
dominatur excelsus in regno hominum. et cui
cumq; voluerit dabit illud: et humilimum hominem
constituet super eum. Hoc sommum vidi ego na-
bucho donosor rex. Tu ergo balthasar inter-
pretacoem narra festinus: quia omes sapientes
regni mei non queunt solucoem edicere michi.
Tu autem potes: quia spus deorum sanctorum in te est.
Tunc daniel cuius nomen balthasar cepit
intra semetipsum tacitus cogitare quasi vna
hora: et cogitacones eius conturbabant eum. Rum-
dens aut rex ait. Balthasar sommum et inter-
pretatio eius non conturbet te. Rumdit balthasar
et dixit. Domine mi: sommum hijs q̃ te oderint: et
interpretacio eius hostibus tuis sit. Arborem quam
vidisti sublimem atq; robustam cuius altitudo
pingit ad celum. et aspectus illius in omem
terram. et rami eius pulcerrimi. et fructus eius
nimius. et esca omnium in ea. subter eam habi-
tantes bestie agri. et in ramis eius commorantes
aues celi: tu es rex q̃ magnificatus es et inua-
lusti. et magnitudo tua creuit et puenit usq;
ad celum: et potestas tua in terminos vniuse
terre. Quod autem vidit rex vigilem et sanctum
descendere de celo et dicere. succidite arbo-
rem et dissipate illam. attamen germen radicum
eius in terra dimittite. et vinciatur ferro et ere
in herbis foris. et rore celi conspergatur. et cum
feris sit pabulum eius donec septem tempora
commutentur super eum: hec est interpretatio sententie
altissimi. que puenit super dominum meum regem.
Eicient te ab hominibus et cum bestijs feris eit
habitacoem tua: et fenum ut bos comedes: et rore
celi infunderis. Septem quoq; tempora mutabuntur
super te. donec scias quia dominetur excelsus super
regnum hominum: et cuicumq; voluerit det illud.
Quod aut precepit ut relinqueretur germen
radicum eius id est arboris: regnum tuum tibi
manebit postq̃ cognoueris potestatem esse
celestem. Quamobrem rex consilium meum placeat
tibi. et peccata tua elimosinis redime: et iniq-
tates tuas misericordijs pauperum: forsitan
ignoscet deus delictis tuis. Omnia hec venerunt
super nabuchodonosor regem. Post finem men-
sium duodecim in aula babilonis deambula-
bat. Rumditq; rex et ait. Nonne hec est babilon
ciuitas magna quam ego edificaui in domum
regni in robore fortitudinis mee: et in gloria
decoris mei? Cumq; sermo adhuc esset in ore
regis: vox de celo ruit. Tibi dicitur nabucho-
donosor rex. Regnum tuum transibit a te et ab
hominibus eicient te: et cum bestijs et feris erit
habitatio tua: fenum quasi bos comedes. et se-
ptem tempora mutabuntur super te: donec scias quia
dominetur excelsus in regno hominum. et cuicum-
q; voluerit det illud. Eadem hora sermo complet-
est super nabuchodonosor: et ex hominibus ab-
iectus est et fenum ut bos comedit: et rore celi
corpus eius infectum est: donec capilli eius in
similitudinem aquilarum crescerent. et vngues
eius quasi auium. Igitur post finem dierum ego
nabuchodonosor oculos meos ad celum
leuaui. et sensus meus redditus est michi: et
altissimo benedixi. et viuentem in sempiternum
laudauit et glorificauit: quia potestas eius potes-
sempiterna. et regnum eius in generacionem et
generacoem: et omes habitatores terre apud
eum in michilum reputati sunt. Juxta voluntatem eius
suam. facit tam virtutibus celi q̃ in habitatori-
bus terre: et non est qui resistat manui eius et
dicat ei quare fecisti. In ipso tempore sensus
meus reuersus est ad me. et ad honorem regni
mei decoremq; puenit: et figura mea reuersa
est ad me. et optimates meii et magistratus
mei requisierunt me: et in regno meo restitutus
sum: et magnificentia mea amplior addita est
michi. Nunc igitur ego nabuchodonosor: lau-
do et magnifico et glorifico regem celi: quia oia
opera eius vera. et vie eius iudicia: et gradi-
entes in superbia potest humiliare. V

Balthazar rex fecit grande conuiuiũ
optimatibus suis mille: ⁊ vnusquisq;
secõm suã bibebat etatẽ. Precepit ergo iam
temulẽtus ut afferrẽtur vasa aurea ⁊ argẽ-
tea · que asportauerat nabuchodosor pater
eius de templo qõ fuit in ihrusalẽ: ut biberẽt
in eis rex ⁊ optimates eius · vxores q; eiꝰ
et concubine. Tũc allata sũt vasa aurea que
asportauerat de templo qõ fuerat in ihrlim:
et biberũt in eis rex ⁊ optimates eius vxores
et concubine illiꝰ. Bibebãt vinũ: ⁊ laudabãt
deos suos aureos ⁊ argenteos et ereos fer-
reos ligneosq; ⁊ lapideos. In eadẽ hora
apparuerunt digiti quasi manus hominis
scribẽtis contra candelabrũ: in supficie parietis
aule regie. Et rex aspiciebat articulos ma-
nus scribẽtis. Tunc facies regis commutata
est · et cogitacõnes eius conturbabãt eum: et
compages renũ eius soluebãtur: ⁊ genua eiꝰ
ad se inuicẽ collidebãt. Exclamauit itaq;
rex fortiter: ut introducerent magos chal-
deos ⁊ aruspices. Et ploquẽs rex ait sapiẽ-
tibꝰ babiloms. Quicũq; legerit scripturaz
hanc · et interp̃tacõem eius manifestam mi
fecerit purpura vestietur: et torquẽ auream
habebit in collo: ⁊ tercius in regno meo eit.
Tunc ingressi omnes sapiẽtes regis nõ po-
tuerũt nec scripturã legere: nec interp̃tacio-
nem eius indicare regi. Vnde rex baltha-
zar satis conturbatus ẽ: et vultus illius immu-
tatus ẽ. Sed et optimates eius turbabãt.
Regina aũt p re qua acciderat regi ⁊ opti-
matibꝰ eius domũ conuiuij ingressa est: et pro-
loquẽs ait. Rex in eternũ viue. Nõ te con-
turbent cogitacões tue: neq; facies tua immu-
tẽ. Est vir in regno tuo qui spiritũ deorz
sanctorz habet in se: et in diebꝰ pris tui scia
et sapiẽtia muẽte sũt in eo. Nam rex nabu-
chodonosor pater tuus pncipem magorz
incantatorz chaldeorz ⁊ aruspicũ cõstituit
eũ. Pater inquã tuus o rex: q; spũs ãplior
et prudentia mtelligentiaq; ⁊ interp̃tatio
sommiorz ⁊ ostensio secretorz · ac solutio li-
gatorz inuẽte sunt in eo · hoc est in daniele:
cui rex posuit nomẽ balthazar. Nũc itaq;
daniel vocetur: et interp̃tacõnem narrabit.
Igitur introductus est daniel coram rege.
Ad quem p̃fatus rex ait. Tu es daniel de
filijs captiuitatis iude · quã adduxerat pat
meus rex de iudea? Audiui de te quomã spũ
deorz habeas: et scientia intelligẽtiaq; ac sa-
piẽtia ampliores inuente sũt in te. Et nũc in-
tro gressi sũt in ospcũ meo sapientes magi ·
ut scripturã hanc legerẽt et interp̃tacõnem
eius indicarẽt michi: ⁊ nequuerũt sensũ hui?
sermonis edicere. Porro ego audiui de
te · q; possis obscura interp̃tari: ⁊ ligata dis-
principes eorū: a furore lingue sue. Ista sub-
sannatio eorum in terra egipti. **VIII**

IN gutture tuo sit tuba quasi aqla sup domū
domini: p eo q transgressi sūt fedus meū: et
legē meā puaricati sunt. Me inuocabūt de?
me?: ognouimus te israhel. Proiecit israhel
bonū: inimicus persequet eū. Ipi regnauerūt &
nō ex me: principes extiterūt & nō ognoui. Au-
rū suū & argentū suū fecerūt sibi ydola: ut in-
teriret. Proiectus est vitulus tuus samaria.
Iratus est furor meus in eis: Vsqz quo non
poterūt emūdari? Quia ex israhel & ipse est.
Artifex fecit illū: et nō ē de?. Quomā in ara-
neaz telas erit vitulus samarie: quia ventū
seminabūt: et turbinē metēt. Culmus stans.
non est in eo germē: nō faciet farinā. Nō et
si fecerit: alieni comedēt eā. Deuoratus ē israel.
Nūc factus est in nacōibz quasi vas immū-
dū: q ipi ascenderūt ad assur. Onager soli-
tarius sibi ephraim. Munera dederūt ama-
toribz suis: sed & cū mercede ozduxerūt natio-
nes. Nūc ogregabo eos: et quiescent paulis-
per ab onere regis & principū. Quia multi-
plicauit ephraim altaria ad peccādū: facte
sunt ei are in delictū. Scribā ei multiplices
leges meas: q velut aliene computate sunt.
Hostias offerēt: immolabūt carnes & come-
dent: et dominus nō suscipiet eas. Nūc recor-
dabitur iniquitatis eorz: & visitabit peccata
eorz. Ipsi in egiptū conuertētur. Et oblitus ē
israhel factoris sui: & edificauit delubra: & iu-
das multiplicauit vrbes munitas. Et mittā
ignē in ciuitates eius: & deuorabit edes illius.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

Noli letari israhel: noli exultare IX
sicut populi: qꝫ fornicatus es a deo tuo.
Dilexisti mercedē sup omnes areas tritici.
Area ꝛ torcular non pascet eos: et vinū mē=
tietur eis. Non habitabūt in terra dñi. Reū=
sus est ephraim in egiptū: ꝛ in assirijs pol=
lutū ꝯmedit. Nō libabūt domio vinū: ꝛ nō
placebūt ei. Sacrificia eorꝫ quasi pans lu=
gentiū. Omes qui ꝯmedūt eū ꝯtaminabū=
tur: qꝫ pans eorꝫ anime ipōrum: non intra=
bit in domū domini. Quid facietis in die so=
lemni: in die festiuitatis domini? Ecce enim
ꝓfecti sūt a vastitate. Egiptus ꝯgregabit
eos: memphis sepeliet eos. Desiderabile
argentū eorꝫ vrtica hereditabit: lappa in ta=
bernaculis eorꝫ: Venerūt dies visitacōis:
venerūt dies retribucōnis. Scitote israhel
stultū ꝓphetam: insanū virū spiritualē. Pro=
pter multitudinē iniquitatis tue: ꝛ multitu=
do amentie. Speculator ephraim cum deo
meo: ꝓpheta laqueus ruine factus est sup
omes vias eius. Insania in domo dei eius.
Profunde peccauerūt: sicut in diebꝫ gabaa.
Recordabit iniq̄tatis eorꝫ: et visitabit pec=
cata eorꝫ. Quasi vuā in deserto inuenī israhel:
quasi prima poma ficulnee: in cacumine ei⁹
vidi patres eorꝫ. Ipi autem intrauerūt ad
beelphegor: et abalienati sūt ꝯfusionem
et facti sūt abominabiles sicut ea q̄ dilexerūt.
Ephraim quasi auis auolauit. Gloria eorꝫ
a partu: et ab vtero ꝛ a ꝯtemptu. Quod ꝛ si
enutrierint filios suos: absq; liberis eos fa=
ciā hominibꝫ. Sed ꝛ we eis: cū recessero
ab eis. Ephraim ut vidit tyrus erat funda=
ta in pulcritudine. Et ephraim educet ad
interfectionem filios suos. Da eis domine.
Quid dabis eis? Da eis vuluā sine liberis:
et vbera arentia. Omnes nequicie eorum in
galgal: qꝫ ibi exosos habui eos. Propter
malicia adinuentionū eorꝫ: de domo mea
eiciā eos. Nō addam ut diligā eos. Omes
principes eorum recedētes. Percussus est
ephraim: radix eorꝫ exsiccata est. Fructum
nequaq̄ faciēt. Quod ꝛ si genuerint: inter=
ficiam amantissima vteri eorꝫ. Abiciet eos
dominus deus meus quia non audierunt
eum: et erūt vagi in nationibus. X
Vitis frondosa israhel: fructus adequatus
est ei. Secundū multitudinem fructus sui
multiplicauit altaria: iuxta vbertatē tre sue
exulterauit simulacris. Diuisū est cor eorum:
nūc interibūt. Ipe ꝯfringet simulacra eorꝫ:
depopulabit aras eorꝫ. Quia nūc dicent:
non est rex nobis. Non enim timemus deū.
Et rex quid faciet nobis? Loquimini verba
visionis mutilis: et ferienis fedus: et germi=
nabit quasi amaritudo iudicium sup sulcos
agri. Vaccas bethauen colueūt habitatores
samarie. Quia luxit sup eū populus eius: et
editui eius sup eū exultauerūt in gloria eius:
qꝫ migrauit ab eo. Siquidem ꝛ ipe i assiria
delatus ē munus regi vltori. Cōfusio ephra=
im capiet: et ꝯfundet israhel in voluntate sua.
Transire fecit samaria regem suū: q̄si spuma
sup faciem aque. Et dispdent excelsa ydoli:
pecēm israhel. Lappa ꝛ tribulus ascendet sup
aras eorꝫ. Et dicent montibꝫ operite nos: et
collibꝫ cadite sup nos. Ex diebꝫ gabaa pec=
cauit israhel. Ibi steterūt. Nō ꝯprehendet eos
in gabaa: plium sup filijs iniquitatis. Iuxta
desideriū meū corripiā eos. Congregabūt
sup eos populi: cū corripientur ꝓpter duas
iniquitates suas. Ephraim vitula docta dili=
gere trituram: et ego transiui sup pulcritudi=
nem colli eius. Ascendā sup ephraim. Ara=
bit iudas: ꝯfringet sibi sulcos iacob. Semi=
nate vobis in iustitia: et metite in ore miseri=
cordie: innouate vobis nouale. Tempus
autē requirēdi dominū: q̄ venerit cū docebit
vos iustitiā. Arastis impietatē: iniquitatē
messuistis: ꝯmedistis frugē mēdatij. Quia
confisus es in vijs tuis: et in multitudine for=
tiū tuorꝫ. Consurget tumultus in poplo tuo:
ꝛ omes munitiones tue vastabūt sicut vasta=
tus est salmana ꝛ a domo eius qui iudicauit
baal: in die plij mre sup filios allisa. Sic fe=
cit vob bethel: a facie malicie neq̄tiaꝫ vrraꝫ.
Sicut mane transit ꝓtransit rex XI
israhel: qꝫ puer israhel ꝛ dilexi eū: ꝛ ex
egipto vocaui filiū meū. Vocauerūt eos: sic
abierūt a facie eorꝫ. Baalim immolabant:
et simulacris sacrificabāt. Et ego q̄ nutrie⁹
ephraim. Portabam eos in brachijs meis:
et nesciebāt q̄ curare eos. In funiculis adā
trahebam eos: in vinculis caritatis. Et ero eis
quasi exaltans iugū sup maxillas eorum: et

declinaui ad eū ut pascerentur. Nō reuertetur
in terrā egipti: ⁊ assur ipe rex eius: quoniā
noluerūt conuerti. Cepit gladius in ciuitatib⁹
eius: et consumet electos eius: et comedet ca-
pita eorum. Et populus meus pendebit ad
reditū meū. Iugū autē imponet eis simul:
quod non auferetur. Quomodo dabo te
ephraim: protegā te israhel? Quomodo dabo
te? Sicut adama ponā te: ut seboim. Conū-
sum est in me cor meū pariter: conturbata est
penitudo mea. Non faciam furorē ire mee.
Non conuertar ut disperdā ephraim: quia deus
ego ⁊ nō homo. In medio tui sanctus: ⁊ nō
ingrediar ciuitatē. Post dōm ambulabūt.
Quasi leo rugiet: quia ipe rugiet ⁊ formida-
būt filij maris. Et auolabūt quasi auis ex
egipto: ⁊ quasi colūba de terra assiriorū: et
collocabo eos in dom⁹ suis dicit dominus.
Circūdedit me ephraim in negotiacōe: et
in dolo domus israhel. Iudas autē testis de-
scendit cū deo: et cū sanctis fidelib⁹. XII

Ephraim pasciturentū: ⁊ sequit estum.
Tota die mendaciū et vastitatē mul-
tiplicat. Et fedus cū assirijs inijt: et oleū in
egiptū ferebat. Iudiciū ergo dñi cū iuda:
et visitatio sup iacob. Iuxta vias eius ⁊ iuxta
adinuencōes eius reddet ei. In vtero sub-
plantauit fratrē suū: et in fortitudine sua di-
rectus est cū angelo. Et inualuit ad angelū:
et confortatus est. Fleuit: ⁊ rogauit eū. In
bethel inuenit eū: et ibi locutus est nobiscū.
Et dominus deus exercituū: dñs memoriale
eius. Et tu ad dominū deū tuū conuerteris. Mi-
sericordiam ⁊ iudiciū custodi: et spera in deo
tuo semp. Chanaan in manu eius statera do-
losa: calūniā dilexit. Et dixit ephraim: Ve-
runtamen diuites effectus sū: inuenimus dolum
mihi. Omnes labores mei nō inuenient mihi
iniquitatē quam peccauī. Et ego dñs deus
tuus ex terra egipti. Adhuc sedere te faciā
in tabernaculis: sicut in diebus festiuitatis.
Et locutus sū sup ꝓphetas: et ego visionem
multiplicauī: et in manu ꝓphetarū assimulatus
sū. Si galgal vel dolū: tamen frustra erant in
galgal tuo immolātes. Nam ⁊ altaria eorū
quasi acerui sup sulcos agri. Fugit iacob in
regionē syrie: et seruiuit israhel in vxore: et
in vxore seruiuit. In ꝓphēta autē eduxit dñs
israhel de egipto: et in ꝓphēta seruatus ē. Ad
iracūdiā me puocauit ephraim in amaritu-
dinib⁹ suis: et sanguis eius sup eū veniet: et
opprobriū eius restituet ei dñs suus. XIII

Loquente ephraim horror inuasit israel: et
deliquit in baala mortuus est. Et nūc
addiderūt ad peccandū: fecerūtq; sibi oblā-
tile de argento suo quasi similitudinē ydolorū.
Factura artificū totū est. Ipsi ipi dicūt. Im-
molate homines: vitulos adorātes. Idcō
erūt quasi nubes matutina: et sicut ros matu-
tinus pteriens. Sicut puluis turbine raptus
ex area: et sicut fumus de fumario. Ego autē
dominus deus tuus ex terra egipti: et deum
absq; me nescies: ⁊ saluator nō est pter me.
Ego cognouī te in deserto: in terra solitudis.
Iuxta pascua sua adimplen sunt: ⁊ saturati
sunt. Et eleuauerūt cor suū: ⁊ oblīti sunt mei.
Et ego ero eis quasi leena: sicut pardus in
via assirioꝝ. Occurrā eis quasi vrsa raptis
catulis: ⁊ dirumpā interiora iecoris eorū. Et
consumā eos ibi q̄si leo: bestia agri scindet
eos. Perditio tua israhel: tantūmodo in me
auxiliū tuū. Vbi est rex tuus? Maxime nūc
saluet te in ommib⁹ vrbib⁹ tuis. Et iudices
tui de quib⁹ dixisti: da michi regē ⁊ prīci-
pes. Dabo tibi regē in furore meo: et auferā
in indignacōne mea. Colligata ē iniquitas
ephraim: absconditū peccatū eius. Dolores
parturiēntis venient ei. Ipse filius nō sapiens.
Nūc enim non stabit in obstricōne filiorū.
De manu mortis liberabo eos: de morte redi
mā eos. Ero mors tua o mors: morsus tuus
ero inferne. Consolatio abscondita est ab
oculis meis: quia ipe inter fratres diuidet. Ad-
ducet vrentē ventū dominus de deserto ascen-
dentē: et siccabit venas eius. et desolabit fon-
tem eius: et ipse diripiet thesaurum omnis
vasis desiderabilis. XIIII

Pereat samaria: quoniā ad amaritudi
nem ocitauit deū suū. In gladio pereāt. Par-
uuli eorū elidantur: et fete eius scindantur.
Conuertere israhel ad dominū deū tuū: quia
corruisti in iniquitate tua. Tollite vobiscum
verba: et conuertimini ad dominū: et dicite ei.
Omnes auferiniquitatē ⁊ accipe bonū: et red-
demus vitulos labiorū nostrorū. Assur non
saluabit nos. Sup equū non ascendemus:

nec dicemus vltra dij nostri opa manuuz
nrarz: qꝝ eius qui in te est misereberis ꝓpli.
Sanabo ꝛtricões eorz: diligã eos spontanee: qꝝ auersus est furor meus ab eis. Ero
quasi ros. Israhel germinabit sicut liliuz: et
erũpet radix eius ut libani. Ibũt rami eius:
et erit quasi oliua gloria eius: et odor eius
ut libani. Conuertẽt sedẽtes mvmbra eius:
viuẽt tritico. Et germinabũt quasi vinea:
memoriale eius sicut vinũ libani. Ephraim
quid michi vltra ydola? Ego exaudiam ⁊
dirigam eũ: ego ut abietẽ virentem: ex me
fructus tuus inuentus est. Quis sapiens
et intelliget ista: intelligens et sciet hec?
Quia recte vie domini et iusti ambulabũt
in eis: preuaricatores vero corruent in eis.

Explicit osee ꝓpheta Incipit Johel ꝓpheta.

Verbũ domini quod fa-
ctũ est ad Iohel filiuz
Fatuel. Audite hec se-
nes: et auribꝫ ꝓcipite
omes habitatores terre. Si factũ est istud
in diebꝫ vestris: aut in
diebꝫ patrũ vestrorz. Sup hoc filijs vestris
narrate: et filij vestri filijs suis: et filij eorum
gnationi altere. Residuũ eruce comedit locusta: et residuũ locuste comedit brucus: ⁊
residuũ bruci comedit rubigo. Expgiscemi
ebrij: flete et vlulate omes qui bibitis vinũ
in dulcedine: quoniam perijt ab ore vestro.
Gens enim ascendet sup terrã meã: fortis
et innumerabilis. Dentes eius ut dentes le-
onis: et molares eius ut catuli leonis. Po-
suit vineam meam in desertũ: ⁊ ficum meam
decorticauit. Iudãs spoliauit eã ⁊ piecit:
albi facti sũt rami eius. Plãge quasi virgo
accincta sacco: sup virũ pubertatis tue. Pe-
rijt sacrificiũ ⁊ libatio de domo domini: luxe-
rũt sacẽdotes ministri domini. Depopulata
est regio: luxit humus: quoniã deuastatum
est triticũ. Confusũ est vinũ: elanguit oleũ.
Confusi sunt agricole: vlulauerũt vinitores
sup frumẽto vino ⁊ ordeo: qꝝ perijt messis
agri. Vinea confusa est: et ficus elanguit
Malogranatũ ⁊ palma ⁊ malũ ⁊ omia ligna
agri aruerũt: qꝝ confusũ est gaudiũ a filijs
hominũ. Accingite vos ⁊ plãgite sacẽdotes:
vlulate ministri altaris. Ingredimini: cubate
in sacco ministri dei mei: qm interijt de domo
dei vestri sacrificiũ ⁊ libatio. Sanctificate je-
iunũ: vocate cetũ: cõgregate senes oes ha-
bitatores terre in domũ dei vri: ⁊ clamate ad
dnm. A a a diei: qꝝ ꝓpe ẽ dies dni: et qi vasti-
tas a potente venet. Nũquid nõ corã oc-
lis vestris alimẽta perierũt: de domo dei vestri
letitia ⁊ exultatio? Computruerũt iumenta
in stercore suo. Demolita sũt horrea: dissipa-
te sunt apothece: quoniã confusũ est triticum.
Quid ingemuit animal: mugierũt greges
armenti? Quia non est pascua eis. Sed et
greges pecorũ dispierũt. Ad te clamabo do-
mine: qꝝ ignis comedit speciosa deserti: ⁊ flã-
ma succendit omia ligna regionis. Sed et
bestie agri quasi area sitiens ymbrem: suspe-
rerũt ad te. Quoniam exiccati sũt fontes
aquarz: et ignis deuorauit speciosa deserti.

Canite tuba in syon: vlulate in
monte sancto meo. Conturbentur omes
habitatores terre qꝝ venit dies dni: qꝝ ꝓpe
est dies tenebrarz ⁊ caliginis: dies nubis ⁊
turbinis. Quasi mane expansũ super mõtes:
populus multus ⁊ fortis. Similis nõ fuit ei a
principio: et post eũ non erit usqꝝ in annos
generacõnis ⁊ generacõnis. Ante faciẽ eius
ignis vorans: ⁊ post eũ exurẽs flãma. Quasi
ortus voluptatis terra corã eo: et post eũ
solitudo deserti: neqꝝ est qui fugiat eũ. Qua-
si aspectus equorz aspectus eorz: et quasi
eqtes sic currẽt. Sicut sonitus quadrigarz
sup capita montũ exiliẽt: sicut sonitus flãme
ignis deuorãtis stipulam: velut ꝓpls fortis
ꝓparatus ad pliũ. A facie ei? cruciabũt ꝓpli:
oes vultus redigẽt in ollã. Sicut fortes cur-
rẽt: quasi viri bellatores ascẽdẽt murũ. Viri
in vns suis gradiẽt: ⁊ nõ declinabũt a semitis
suis. Vnusquisqꝝ frẽz suũ nõ coartabit: singli
in calle suo ãbulabũt. Sed ⁊ p fenestras ca-
dẽt: ⁊ nõ demoliẽt. Vrbẽ ingrediẽt: in muro
currẽt. Domos oscẽdẽt: p fenestras intrabũt
qi fur. A facie ei? cõtremuit tra: moti sũt celi.
Sol ⁊ luna obtenebrati sũt: ⁊ stelle retraxerũt
splẽdorẽ suũ. Et dns dedit vocẽ suã ãte faciẽ
exẽcitus sui: qꝝ multa sũt nimis castra ei?: qꝝ
fortia ⁊ faciẽtia verbũ ei?. Magnus enim dies
dni: et terribilis valde. Et q̃s sustinebit eũ

Nunc ergo dicit dñs. Conuertimini ad
me in toto corde vestro in ieiunio & fletu & in
planctu: et scindite corda vra & nõ vestimẽ-
ta vestra. Et conuertimini ad dñm deũ vstrũ:
qꝰ benignus & misericors ē: patiẽs & multe
misericordie & pstabilis sup malicia. Quis
scit si conuertat̃ et ignoscat deus: & reliquat
post se benedictiõem. Sacrificiũ & libamẽ
dño deo nostro. Canite tuba in sion: sanctifi-
cate ieiunũ vocate cetũ: congregate poplm
sanctificate ecclam: coadunate senes con-
gregate paruulos & sugentes vbera. Egrediat̃
sponsus de cubili suo: et sponsa de thalamo
suo. Inter vestibulũ & altare plorabũt sacer-
dotes ministri domini & dicẽt. Parce domie
parce populo tuo: et ne des hereditatẽ tuã
in oprobrium: ut dominent̃ eis nationes.
Quare dicũt in populis vbi ē deus eorꝰ?
Zelatus est dñs terrã suam: et pepcit pplo
suo. Et rndit dñs: & dixit populo suo. Ecce
ego mittã vobis frumentũ & vinũ & oleum:
et replebimini in eis: et non dabo vos vltra
oprobriũ in gẽtib̃. Et eũ qui ab aquilõe ē
pcul faciã a vobis: & expellã eum in terram
inuiam & desertã. Faciẽ eius ontra mare orie-
tale: et extremũ eius usqꝫ ad mare nouissi-
mũ: et ascendet fetor eius. Et ascendet pu-
tredo eius: qꝰ superbe egit. Noli timere ter-
ra: exulta & letare: qm magnificauit domin?
ut faceret. Nolite timere aãlia regionis:
qꝰ germinauerũt speciosa deserti. Quia lignũ
attulit fructũ suũ: ficus & vinea dederũt vir-
tutẽ suã. Et filie sion exultate et letamini in
domino deo vestro: qꝰ dedit vobis doctorem
iustitie: & descendere faciet dñs ad vos imbrem
matutinũ & serotinũ sicut in ꝓnꝯpio.
Et implebũt̃ aree frumẽto: et redundabũt
torcularia vino & oleo. Et reddã vob̃ ãnos
q̃s comedit locusta bruc? & rubigo & eruca:
fortitudo mea magna quã misi in vos. Et
comedetis vescentes et saturabimini: et lau-
dabitis nomen domini dei vestri qui fecit mi-
rabilia vobiscũ. Et nõ confundet̃ pplus meus
in sempiternũ: et scietis qꝰ in medio israhel
ego sũ. Et ego dominus deus vester: et nõ
est amplius: et nõ confundet̃ populus meus
in eternũ. Et erit: post hec effundã de spiritu
meo sup oẽm carnẽ: et ꝓphetabũt filij vestri
et filie vestre. Senes vestri somnia somnia-
bũt: & iuuenes vestri visiones videbũt. Sed
et sup seruos meos & ancillas in diebꝫ illis
effundã spiritũ meũ: et dabo ꝓdigia in celo
et in terra sanguinẽ & ignẽ & vaporem fumi.
Sol conuertet̃ in tenebras & luna in sanguinẽ:
anteqũ veniat dies domi magnus & horribi-
lis. Et erit: omis qui inuocauerit nomẽ dñi
saluus erit: quia in monte sion & in iherusalẽ
erit saluatio sicut dixit dominus: et in residu-
is quos dominus vocauerit. III

Ecce in diebꝫ illis & in tempore illo
cũ conuertero captiuitatẽ iuda & iherusalẽ. cõ-
gregabo omnes gentes: et deducam eas in
vallẽ iosaphat & disceptabo cũ eis ibi super
populo meo & hereditate mea israhel quos
dispersũt in nacõibꝫ: et terrã meã diuiserũt
et sup populũ meũ miserũt sortẽ. Et posuerũt
puerũ in pstibulũ: et puellam vendiderunt
ꝓ vino ut biberẽt. Verũ quid michi & vob̃
tyrus & sydon & omis terminus palestinorꝫ?
Nunquid vltionẽ vos reddetis michi? Et si
vlciscemini vos cõtra me: cito velociter red-
dam vicissitudinẽ vobis sup caput vstrum.
Argentũ enim meũ & aurũ tulistis: et deside-
rabilia mea & pulcrima intulistis in delubra
vestra. Et filios iuda & filios ihrlm vendidi-
stis filijs grecorꝫ: ut longe faceretis eos de
finibꝫ suis. Ecce ego suscitabo eos de loco in
quo vendidistis eos: et conuertã retribucõem
vestrã in caput vstrũ. Et vendã filios vros
et filias vstras in manibꝫ filiorꝫ iuda: et ve-
nundabũt eos sabeis genti longinque: qꝰ
dominus locutus est. Clamate hec in gẽtib̃:
sanctificate bellũ: suscitate robustos. Ascen-
dant accedant: omes viri bellatores. Conci-
dite aratra vestra in gladios: et ligones ve-
stros in lanceas. Infirmus dicat: qꝰ ego for-
tis sũ. Erumpite & venite omnes gentes de
circuitu: et congregamini. Ibi occũbere faciet
dominus robustos tuos. Consurgãt & ascẽ-
dant gẽtes in vallẽ iosaphat: qꝰ ibi sedebo
ut iudicem omes gẽtes in circuitu. Mittite
falces: quoniã maturauit messis? Venite et
descendite: qꝰ plenũ est torcular. Exuberãt
torcularia: qꝰ multiplicata est malicia eorũ.
Populi populi in valle consionis: qꝰ iuxta ē
dies domini in valle consionis. Sol et luna

obtenebrati sunt: et stelle retraxerũt splẽdo-
rẽ suũ. Et dominus de spõ rugiet: et de ihrlm
dabit vocem suã. Et mouebũt celi a terra:
et dñs spes populi sui: et fortitudo filiorũ isrl.
Et scietis q̃ ego dominus deus vester: habi-
tans in syon in monte sancto meo. Et erit
ihrusalem sancta: et alienigẽ transibunt p
eam amplius. Et erit: in die illa stillabunt
montes dulcedinẽ: a colles fluẽt lacte. Et p
oẽs riuos iuda ibũt aque: a fons de domo
dñi egredietur: a irrigabit torrentem spina-
rũ. Egiptus in desolacõe erit: et ydumea in
desertũ ꝑditionis: ꝑ eo q̃ inique egerint in
filios iuda a effuderint sanguinẽ innocẽtẽ
in terra sua. Et iudea in eternũ habitabit:
et ihrusalem in generacõem a generacõem.
Et mundabo sanguinem eorum quem non
mundauerã: et dñs commorabitur in syon.

Explicit Johel ꝓpheta Incipit amos ꝓpha.

Verba amos qui fuit in
pastoralibus thecue: q̃
vidit super israhel i die-
bus ozie regis iuda a
in diebus ihroboam filij
ioas regis israhel ãte
duos annos tremoris.
Et dixit. Dñs de syon rugiet: et de ihrusalẽ
dabit vocẽ suã. Et luxerũt speciosa pastorũ:
et exsiccatus ẽ vertex carmeli. Hec dicit dñs.
Super tribus sceleribus damasci a super quatuor
non conuertam eũ: eo q̃ triturauerũt in plau-
stris ferreis galaad. Et mittam ignẽ in do-
mũ azahel: et deuorauit domos benadab.
Et oteram vectẽ damasci. et disperdã habi-
tatorem de campo ydoli: et tenentẽ sceptrũ
de domo voluptatis: et transferetur populus
syrie arenen dicit dominus. Hec dicit dñs.
Super tribus sceleribus gaze a super quatuor nõ
conuertam eũ: eo q̃ transtulerit captiuitatẽ
perfectam ut concluderet eã in ydumea. Et
mittã ignẽ in murũ gaze. et deuorabit edes
eius: et disperdã habitatorẽ de azoto et te-
nentẽ sceptrũ de ascalone: et conuertã manũ
meam super accaron a pibũt reliqui philisti-
norũ dicit dominus. Hec dicit dñs. Super
tribus sceleribus tyri a super quatuor nõ conuertã
eũ: eo q̃ obluserint captiuitatẽ perfectam in
ydumea: et nõ sint recordati federis fratrũ.
Et mittã ignẽ in murũ tyri: a deuorabit edes
eius. Hec dicit dominus. Super tribus scelerib-
us edom a super quatuor nõ conuertam eum:
eo q̃ persecutus sit in gladio frẽm suũ a viola-
uerit misericordiam eius: et tenuerit vltra
furorẽ suũ. et indignacõem suã seruauerit usq̃
in finẽ. Mittã ignẽ in theman: et deuorabit
edes bosre. Hec dicit dñs. Super tribus scele-
ribus filiorũ ammon a super quatuor nõ conuer-
tam eũ: eo q̃ dissecuerit pregnãtes galaad.
ad dilatãdũ terminũ suũ. Et succendã ignẽ
in muro rabba a deuorabit edes eius: in vlu-
latu in die belli a in turbine in die commocõis.
Et ibit melchom in captiuitatẽ: ipse et prima-
tes eius simul dicit dominus. ℣
Hec dicit dñs. Super tribus sceleribus mo-
ab a super quatuor nõ conuertam eũ: eo q̃ incẽ-
derit ossa regis ydumee usq̃ ad cinerẽ. Et
mittam ignẽ in moab a deuorabit edes cari-
oth: et morietur in sonitu moab in clangore
tube: et disperdã iudicẽ de medio eius: a oẽs
principes eius interficiã cũ eo dicẽ dominus.
Hec dicit dñs. Super tribus sceleribus iuda et
super q̃tuor nõ conuertã eũ: eo q̃ abiecerit legẽ
domini: et mandata eius nõ custodierit. De-
ceperũt eum eos ydola sua: post q̃ abierant
patres eorũ. Et mittam ignẽ in iudam: a de-
uorabit edes ihrusalẽ. Hec dicit dominus.
Super tribus sceleribus israhel a super quatuor nõ
conuertam eũ: ꝑ eo q̃ vendiderit ꝑ argẽto
iustũ: a paupere ꝑ calciamẽtis. Qui conterũt
super puluerem terre capita pauperũ a viam
humilium declinãt: et filius ac pater eius ierũt
ad puellam ut violarent nomẽ sanctũ meũ:
et super vestimẽtis pigneratis accubuerũt iuxta
omne altare: et vinũ damnatorũ bibebant in
domo dei sui. Ego autẽ exterminaui amorreũ
a facie eorũ: cuius altitudo cedrorũ altitudo
eius: et fortis ipse quasi quercus. Et contriui
fructum eius desuper: et radices eius subter.
Ego sum qui ascendere vos feci de terra egi-
pti: et eduxi vos in desertũ quadraginta ãnis.
ut possideretis terrã amorrei: et suscitaui de fi-
lijs vestris in ꝓphetas a de iuuenibus vestris
nazareos. Nunquid nõ ita est filij israhel
dicit dominus? Et ꝓpinabitis nazareis vinũ:
et ꝓphetis mandabatis dicẽtes: ne ꝓphetetis.
Ecce ego stridebo subter vos: sicut stridet

plaustrū onustū feno. Et pibit fuga a velo-
ce: et fortis non obtinebit virtutem suā: & ro-
bustus non saluabit ammā suā. Et tenens
arcū non stabit & velox pedibus suis non salu-
abitur: et ascensor equi nō saluabit ammā
suā: et robustus corde inter fortes nudus
A fugiet in illa die dicit dominus. III
Audite verbū qō locutus est dnūs sup
vos filij israhel: sup omēz cognationē quā
eduxi de terra egipti dicēs. Tantummodo
vos ognoui ex ōmibz ognationibz terre:
idcirco visitabo sup vos omēs iniquitates
vestras. Nūquid ambulabūt duo piter:
nisi ouenerit eis? Nūquid rugiet leo in sal-
tu: nisi habuerit pdam? Nunquid dabit
catulus leonis vocē de cubili suo: nisi aliq̄d
apphenderit? Nūquid cadet auis in laqueū
terre absq̄ aucupe? Nunquid auferet la-
queus de terra: anteqū q̄d ceperit? Si clan-
get tuba in ciuitate: et pplis nō expauescet?
Si erit malū in ciuitate: qō dnūs non fecit?
Quia nō faciet dominus deus verbū: nisi re-
uelauerit secretū suū ad seruos suos pphas.
Leo rugiet: quis nō timebit? Dominus de?
locutus est. quis nō pphetabit? Auditū facite
in edibz azoti: et in edibz terre egipti: et
dicite. Congregamini sup mōtes samarie:
et videte insanias in medio eius multas:
et calummiā patientes in penetralibus eius.
Et nesciērūt facere rectum dicit dominus:
thesaurizantes iniquitatē & rapinas i edib
suis. Propterea hec dicit dominus deus.
Tribulabit̄ et circuietur terra: et detrahet̄
ex te fortitudo tua: et diripientur edes tue.
Nec dicit dnūs. Quomodo si eruat pastor
de ore leonis duo crura aut extremū auricu-
le: sic erūt̄ filij israhel qui habitāt in sama-
ria in plaga lectuli et in damasci grabato.
Audite & contestamini in domo iacob dicit
dnūs deus exercituū: q̄ in die cū visitare ce-
pero puaricacōnes israhel sup eum visitabo
et sup altaria bethel: et amputabūt̄ cornua
altaris & cadent in terraz. Et percutiā domū
hyemalē cū domo estiua: et pibūt domus
eburnee: & dissipabūt̄ edes multe dicit dnūs.
Audite vbū hoc vacce pin- IIII
gues q̄ estis in monte samarie: q̄ calū-
miam facitis egenis: et ofringitis paupes.
Que dicitis dnis vestris: afferte & bibemus.
Iurauit dnūs deus in sancto suo: q̄ ecce dies
veniēt sup vos & leuabūt vos in contis: & re-
liquias vestras in ollis feruentibz. Et p aptu-
ras exibitis altera cōtra alterā: et piciemini
in armō dicit dnūs. Venite ad bethel & impie
agite: ad galgalā: et multiplicate puaricati-
onē. Et offerte mane victimas vras: tribz
diebz decimas vras. Et sacrificate de fermē-
to laudē: et vocate volūtarias oblationes &
annūciate. Sic enim voluistis filij israhel di-
cit dominus deus. Unde & ego dedi vobis
stuporem dentiū in cunctis vrbibz vris: et in-
digentiā panū in ōmibz locis vestris: et non
estis reuersi ad me dicit dnūs. Ego q̄q̄ prohibui
a vobis pmbrē cū adhuc tres menses super-
essent usq̄ ad messem: et plui sup vnā ciuita-
tē: et sup alterā ciuitatē non plui. Pars vna
compluta est: et pars sup quā nō plui aruit.
Et venerūt duo & tres ciuitates ad vnā ciui-
tatē ut biberent aquā: et non sūt saciate: et
nō redistis ad me dicit dnūs. Percussi vos
in vento vrente & in aurugine: multitudinez
ortoz vestroz & vinearum vestrarz oliueta
vestra & ficeta vra comedit eruca: et nō redi-
stis ad me dicit dnūs. Misi in vos mortē in
via egipti: percussi in gladio iuuenes vestros
usq̄ ad captiuitatē equoz vestroz & ascen-
dere feci putredinē castroz vestroz in nares
vras: et nō redistis ad me dicit dnūs. Sub-
uerti vos sicut subuertit deus sodomā et go-
morrā: et facti estis quasi turris raptus ab
incendio: & nō redistis ad me dicit dominū.
Quapropter hec faciā tibi israhel. Post q̄
aūt hec fecero tibi: parare in occursū dei tui
israhel. Quia ecce formās montes & creans
ventū & ānunciās homini eloquiū suū: faciēs
matutinā nebulā et gradiēs sup excelsa terre
: dnūs deus exercituū nomen eius. V
Audite verbū istud: qō ego leuo sup
vos planctū. Domus israhel cecidit:
et non adiciet ut resurgat: Virgo israhel pro-
iecta est in terrā suā: non est qui suscitet eā.
Quia hec dicit dominus de? Urbs de qua
egrediebant̄ mille relinquēt̄ in ea centū:
et de qua egrediebantur centū relinquēt̄ in
ea decem in domo israhel: q̄ hec dicit dnūs de?
domui israhel. Querite me et viuetis & nolite

querere bethel. In galgalā nolite intrare et
in bersabee non transibitis: q galgala capti-
ua ducetur: et bethel erit inutilis. Querite
dominū et viuite: ne forte oburatur ut ignis
domus ioseph: et deuorabit et non erit qui
extinguat bethel. Qui conuertitis in absinthium
iudiciū: et iusticiā in terra relinquitis: faciē-
tem arcturū et orionē et conuertētem in mane
tenebras: et die nocte mutantē. Qui uocat
aquas maris et effundit eas sup faciē terre:
dominus nomē est eius. Qui subridet va-
stitatē sup robustū: et depopulacōem super
potentē affert. Odio habuerūt corripiētē
in porta: et loquentē pfecte abominati sūt.
Idcirco p eo q diripiebatis pauperē et pre-
dam electam tollebatis ab eo: domos qua-
dro lapide edificabitis: et non habitabitis
in eis: Vineas plantabitis amantissimas et
non bibetis vinū eaꝝ: q ognouī multa scele-
ra vestra: et forta peccata vra. Hostes iusti
accipiētes munus: et paupes deprimentes
in porta. Ideo prudens in tempore illo tace-
bit: q tempus malū est. Querite bonū et
non malū ut viuatis: et erit dominus deus
exercituū uobiscū sicut dixistis. Odite ma-
lū et diligite bonū: et ostituite in porta iudi-
ciū: si forte misereat dñs deus exercituū reli-
quijs ioseph. Propterea hec die dominus:
deus exercituū dominator. In omibus plateis
planctus: et in cunctis q foris sūt dicet ve
ve. Et uocabūt agricolā ad luctū: et ad plā-
ctū eos qui scūt plangere. Et in ommbus
vijs erit plāctus: q ptransibo in medio tui
dicit dominus: Ve desiderantibus die domini.
Vt quid eā uobis? Dies dñi ista tenebre
et non lux. Quomodo si fugiat vir a facie
leonis et occurrat ei vrsus: et ingrediatur
domū et innitatur manu sua sup parietem: et
mordeat eū coluber. Nūquid nō tenebre
dies domini et nō lux et caligo et nō splendor
in eaꝰ Odi et pieci festiuitates vestras: et nō
capiam odorē cetuū vestroꝝ. Quod si ob-
tuleritis michi holocaustomata et munera ve-
stra non suscipiā: et uota pinguiū vestroꝝ
nō respiciā. Auferte a me tumultū carminū tu-
orū: et cantica lire tue nō audiā. Et reuelabi-
tur quasi aqua iudiciū: et iustitia quasi tor-
rens fortis. Nūquid hostias et sacrificium
obtulistis michi in deserto quadragīta ānis
domus israhel? Et portastis tabernaculū mo-
lech deo vestro: et imaginem ydolorum ve-
strorū. sidus dei vestri rempha: figuras quas
fecistis vobis adorare eas. Et migrare vos
faciam trans damascum dixit dominus: de-
us exercituum nomen eius. VI
Ve vobis qui opulēti estis in sion et fi-
dentes in mōte samarie: optimates capita po-
pulorū: ingredientes pompatice domum isrl.
Transite in chalanno et videte: et ite inde in
emath magnā descendite in geth palesti-
norū et ad optima q̄s regna horū: si latior ter-
minus eorū termino vestro est. Qui separa-
ti estis in diem malū: et appropinquans so-
lio iniquitatis. Qui dormitis in lectis ebur-
neis: et lasciuitis in stratis vestris. Qui come-
ditis agnū de grege et vitulos de medio ar-
menti: qui canitis ad uocē psalterij. Sicut
dauid putauerūt se habere vasa cantici: bi-
bentes in phialis vinū et optimo vngento
delibuti: et nichil patiebātur sup contricōe io-
seph. Quapropter nūc migrabūt i capite
transmigrantiū: et auferetur factio lasciuē-
tium. Iurauit dominus deus in anima sua:
dicit dominus deus exercituū. Detestor ego
superbiam iacob: et domos eius odi: et tra-
dam ciuitatē cū habitatoribus suis. Quod si
reliqui fuerint decem viri in domo vna: et ipsi
morientur. Et tollet eū ppinquus suus et cō-
buret eū ut efferat ossa de domo: et dicet ei q
in penetralibus domus est. Nūquid adhuc
est penes te? Et rndebit. Finis est. Et dicet
ei. Tace: et nō recorderis nominis dñi. Quia
ecce dominus mandauit: et percutiet domum
maiorē ruinis: et domū minorē scissionibus.
Nūquid currere queūt in petris equi: aut
arari potest in bubalis? Quoniā cōuertistis
in amaritudinē iudiciū et fructū iustitiae i ab-
sinthium: qui letamini in nichilo: qui dicitis.
Nūquid nō in fortitudine nra assumpsimus
nobis cornua? Ecce enim suscitabo sup vos
domus israhel dicit dominus deus exercituū
gentem: et conteret vos ab introitu emath
usq ad torrentem deserti. VII
Hec ostendit michi dominus deus. Et
ecce fictor locuste in principio germinantiū
serotinī ybris: et ecce serotinus post tonsorē

gregis. Et factū est cū consumassē comedē
herbā terre dixi. Dñe deus ꝓpicius esto ob-
secro. Quis suscitabit iacob q̃ paruulus
est? Misertus est dominus sup hoc. Non
erit dixit dominus. Hec ostēdit michi dñs
deus. Et ecce vocabat iudiciū ad ignē dñs
deus: et deuorauit abissū multā: et comedit
simul partē. Et dixi. Domine deus quiesce
obsecro. Quis suscitabit iacob q̃ paruul?
est? Misertus est dominus sup hoc. Sed
istud nō erit dixit dominus deus. Hec ostē-
dit michi dominus deus. Et ecce dñs stās
sup murū litū: & in maū eius trulla cemen-
tarij. Et dixit dominus ad me. Quid tu vi-
des amos? Et dixi. Trullam cemētarij. Et
dixit dñs. Ecce ego ponam trullā in medio
populi mei israhel. Non adiciā vltra super
inducere eū: et demolientur excelsa ydolō
sanctificationes israhel desolabūtur: et insur-
gā sup domū ieroboam in gladio. Et misit
amasias sacerdos bethel ad ieroboā regē
israhel dicēs. Rebellauit contra te amos in
medio domus israhel. Non poterit terra sus-
tinere vniuersos sermones eius. Hec enī
dicit amos. In gladio morietur ieroboam:
et israhel captiuus migrabit de terra sua. Et
dixit amasias ad amos. Qui vides grade-
re: fuge in terrā iuda & comede ibi panem
et ꝓphetabis ibi: et in bethel nō adicies vltra
ut ꝓphetes q̃ sanctificatio regis est & dom?
regni ē. Rūdit q̃ amos: & dixit ad amasiam.
Non sū ꝓpheta & non sum filius ꝓphete: sed
armētarius ego sū vellicans sicomoros. Et
tulit me dominus deus cū sequerer gregē:
& dixit dñs ad me: Vade ꝓpheta ad poplm
meū israhel. Et nūc audi verbū domini. Tu
dicis nō ꝓphetabis sup israhel: et nō stillabis
sup domū ydoli. Propter hoc hec dicit dñs.
Vxor tua in ciuitate fornicabitur: et filij tui
et filie tue in gladio cadēt: et humus tua fu-
meculo metiēt. Et tu i terra polluta morieris:
et israel captiuus migrabit de terra sua. VIII
Hec ostēdit michi dominus deus. Et
ecce vncinus pomorū. Et dixit. Quid
tu vides amos? Et dixi: Vncinū pomorū. Et
dixit dñs ad me: Venit finis sup populum
meū israhel. Non adiciā vltra ut pretranseam
eū. Et stridebūt cardines templi in die illa
dicit dñs deus. Multi morientur: in omni loco
proiicietur silentiū. Audite hoc qui conteritis
paupēs: & deficere facitis egenos terre di-
centes. Quādo transibit messis & venūda-
bimus merces: et sabbatum & aperiemus fru-
mētū: ut imminuamus mensurā & augeam?
sidū & supponamus stateras dolosas: ut pos-
sideamus in argēto egenos et pauperes p
calceamentis & quisquilias frumēti vendam?
Iurauit dñs in superbia iacob: si oblitus fuero
usq̃ ad finē omnia opera eorū. Nūquid sup
isto nō commouebitur terra: et lugebit omnis
habitator eius? Et ascendet quasi fluuius
vniuersus: et eiciet et defluet quasi riuus
egipti. Et erit in die illa dicit dñs occidet sol
meridie: et tenebrescere faciā terram in die
luminis. Et conuertā festiuitates vestras in lu-
ctū: & omnia cantica vestra in planctū. Et ind-
cam super omne dorsū vestrū saccū: & super omne
caput calueciū. Et ponam eā quasi luctū vnigeniti: et nouissima eius quasi diem amarū.
Ecce dies venūt dicit dñs & emittam famē
in terrā: nō famē panis neq̃ sitim aque: sed
audiendi verbū domini. Et commouebuntur a
mari usq̃ ad mare: et ab aquilone usq̃ ad
orientē circuibūt querētes verbū dñi: et non
inuenīēt. In die illa deficiēt virgines pulcre
et adolescentes in sitiū qui iurant in delicto sa-
marie & dicūt: Viuit deus tuus dan: et viuit
via bersabee. Et cadēt: & nō resurgent vltra.
IX
Vidi dñm stantem sup altare. Et
dixit. Percute cardinē: et commoueātur
superliminaria. Auaricia enim in capite oīm:
et nouissimū eorū in gladio interficiā. Non
erit fuga eis. Fugient: et nō saluabit ex eis
qui fugerit. Si descenderit usq̃ ad infernū
inde manus mea educet eos: et si ascende-
rint usq̃ in celū inde detraham eos. Et si ab-
scondit fuerint in vertice carmeli inde serutā
auferā eos: et si celauerint se ab oculis meis
in profundū maris: ibi mādabo serpenti & mor-
debit eos. Et si abierint in captiuitatē coram
inimicis suis ibi mandabo gladio & occidet
eos: et ponam oculos meos sup eos i malū
et nō in bonū. Et dñs deus exercituū qui tan-
git terrā & tabescet: & lugebūt omnes habitā-
tes in ea. Et ascendet sicut riuus omnis: et
defluet sicut fluuius egipti. Qui edificat in

celo ascensionē suā: et fasciculū suū sup terram fundabit. Qui vocat aquas maris: et effundit eas sup faciez terre. Dns nomen eius. Nunquid nō ut filij ethiopum vos estis mihi filij israhel ait dns? Nunq'd non israhel ascendere feci de terra egipti: et palestinos de cappadocia: et syros de cyrene? Ecce oculi domini dei sup regnū peccans: et conteram illud a facie terre. Veruntamen conterens nō oteraz domū iacob dicit dns. Ecce enim mādabo ego: et concutiā in omnibus gētib domū israhel sicut ocutit triticū in cribro: et non cadet lapillus super terrā. In gladio moriētur omes pccores populi mei: qui dicunt nō appropinquabit: et non veniet sup nos malum. In die illa suscitabo tabernaculū dauid quod cecidit: et reedificabo aperturas muroz eius: et ea q̄ coruerant instaurabo. Et reedificabo eum sicut in diebz antiquis: ut possideāt reliquias idumee et omes nacōes: eo q̄ inuocatū sit nomē meū sup eos dic dns faciēs hec. Ecce dies veniet dic dns: et oprehendet arator messorē: et calcator vue mittentē semē. Et stillabunt montes dulcedinē: et omes colles culti erūt. Et conuertā captiuitatē populi mei israhel: et edificabūt ciuitates desertas et inhabitabūt: et plantabūt vineas et bibēt vinū eaz: et facient ortus et comedēt fructus eorū. Et plātabo eos sup humū suā: et nō euellā eos vltra de terra sua quā dedi eis dic dns deus tuus.

Explicit amos pha. Incipit abdias pha.

Visio abdie. Hec dicit domin? deus ad edom. Auditū audiuimus a domino: et legatuz ad gētes misit. Surgite: et osurgamus adūsus eū in prelū. Ecce parvulū dedi te in gentib. Contēptibilis tu es valde. Supbia cordis tui extulit te habitantē in scissuris petraz: exaltantē solū tuū. Qui dicis in corde tuo. Quis detrahet me in terrā? Si exaltatus fueris ut aquila: et si inter sidera posueris nidū tuū: inde detrahā te dicit domin?. Si fures introissent ad te si latrones p nocte: quō cōticuisses? Nōne furati essent sufficiētia sibi? Si vindemiatores introissent ad te. nūquid saltē racemos reliquissent tibi? Quō scrutati sūt esau? Inuestigauerunt abscondita eius. Usq̄z ad terminum emiserunt te: omnes viri federis tui illuserūt tibi. Inualuerūt aduersū te viri pacis tue. Qui comedūt tecū: ponēt insidias subter te. Non est prudētia in eo. Nūq'd nō in die illa dicit dns perdam sapientes de idumea: et prudentiā de monte esau? Et timebunt fortes tui a meridie: ut intereat vir de mōte esau: pter interfectionem et pter iniquitatē in fratrem tuū iacob. Operiet te cōfusio: et peribis in eternū. In die cū stares aduersus eum quando capiebant alienī exercitum eius et extranei ingrediebāt portas eius et sup ihrusalē mittebāt sortē: tu quoq̄z eras quasi vnus ex eis. Et non despicies in die fratris tui: in die peregrinacōis eius. Et non letaberis sup filios iuda in die pdicōis eorz: et nō magnificabis os tuū in die angustie. Neqz ingredieris portā pli mei in die ruine eorz: neqz despicies et tu i malis eius in die vastitatis illi?. Et nō emitteris ad ūsus exēcitū eius i die vastitatis illi?: neqz stabis in exitibus ut interficias eos q̄ fugerint. Et nō oludes reliquos eius in die tribulacōis: quoniā iuxta est dies domini sup omes gentes. Sicut fecisti fiet tibi: retribucōem tuam conuertam in caput tuū. Quomodo enim bibistis sup montē sanctū meū. bibent omes gentes iugiter: et bibent et absorbent: et erit quasi nō sint. Et in monte spō erit saluatio: et erit sanctus. Et possidebit domus iacob eos qui possederant. Et erit domus iacob ignis: et domus ioseph flamma: et domus esau stipula. Et succendētur in eis et deuorabūt eos: et nō erūt reliquie domus esau: q̄ dominus locutus ē. Et hereditabūt hij qui ad austrū sunt montē esau: et qui in cāpestribus philistijm: et possidebūt regionē ephraim et regionē samarie. Et beniamin possidebit galaad: et transmigratio exercitus huius filioz israhel omnia loca chananeoz usq̄z ad sareptam: et transmigratio ihrusalē que in bosforo ē possidebit ciuitates austri. Et ascendēt saluatores in montē spō iudicare montē esau: et erit dno regnū. Expl. abdias pha.

Incipit Ionas pheta. Capitulū primū.

Et factū est verbū dñi ad ionā filiū amathi dicēs. Surge: & vade in niniuen ciuitatem grandem. et predica in ea: q̃ ascendit malicia eius coram me. Et surrexit ionas: ut fugeret in tharsis a facie domini. Et descēdit ioppen: et inuenit nauē euntē in tharsis. Et dedit naulū eius: et descendit in eā ut iret cū eis in tharsis a facie domini. Dñs autē misit ventū magnū in mare: et facta est tempestas magna in mari: & nauis pclitabat̃ cōteri. Et timuerūt naute: et clamauerūt viri ad deū suū: et miserūt vasa que erant in naui in mare. ut alleuiarent̃ ab eis. Et ionas descēdit ad interiora nauis: et dormiebat sopore ḡui. Et accessit ad eū gubernator: et dixit ei. Quid tu sopore dp̃meris? Surge inuoca deū tuū: si forte recogitet deus de nobis & nō pereamus. Et dixit vir ad collegam suū: Venite et mittamus sortes: et sciamus quare hoc malū sit nobis. Et miserūt sortes: et cecidit sors sup ionam. Et dixerūt ad eū. Indica nobis cuius causa malū istud sit nobis. Quod est opus tuū que terra tua: et quo vadis vel ex quo ppl̃o es tu? Et dixit ad eos. Hebreus ego sum: et dominū deū celi ego timeo qui fecit mare et aridam. Et timuerūt viri timore magno: et dixerūt ad eū. Quid hoc fecisti? Cognouerūt enim viri q̃ a facie domini fugeret: q̃ indicauerat eis ionas. Et dixerunt ad eum. Quid faciemus tibi: et cessabit mare a nobis? Quia mare ibat et intumescebat. Et dixit ad eos. Tollite me & mittite in mare: et cessabit mare a vobis. Scio enim ego: q̃m ꝓpter me tempestas hec grandis venit sup vos. Et remigabāt viri ut reuerterent̃ ad aridam & nō valebāt: q̃ mare ibat et intumescebat sup eos. Et clamauerūt ad dñm: et dixerūt. Quesumus domine ne pereamus in aia viri istius: et ne des sup nos sanḡnem innocentem: quia tu domine sicut voluisti fecisti. Et tulerunt ionā & miserunt in mare: et stetit mare a feruore suo. Et timuerunt viri timore magno dominū: et immolauerunt hostias domino: et vouerūt vota. II

Et ꝓparauit dominus piscem grandē: ut deglutiret ionam. Et erat ionas in ventre piscis tribus diebus & tribus noctibus. Et orauit ionas ad dominū deum suū de ventre piscis. Et dixit. Clamaui de tribulacōe mea ad dominū: et exaudiuit me. De vētre inferi clamaui: et exaudisti vocem meā. Et ꝓiecisti me in pfundū in corde maris: et flumen circūdedit me. Omnes gurgites tui & fluctus tui sup me transierūt. Et ego dixi. Abiectus sum a ospectu oculorum tuorum. Veruntamen rursus videbo tēplū sanctū tuū. Circūdederūt me aque usq̃ ad aiam: abissus vallauit me: pelagus opuit caput meū. Ad extrema montiū descendi: terre vectes concluserunt me in eternū: et subleuabis de corruptione vitam meam domine deus meus. Cū angustiaret̃ in me anima mea dñi recordatus sū: ut veniat ad te oratio mea ad tēplū sanctū tuū. Qui custodiūt vanitates: frustra misericordiam suā derelinquūt. Ego aūt in voce laudis immolabo tibi: quecūq̃ voui reddā pro salute mea domino. Et dixit dñs pisci: Et euomuit ionam in aridam. III

Et factum est verbū domini ad ionam secundo dicēs. Surge: et vade ad niniuen ciuitatē magnā: et p̃dica in ea p̃dicationem quā ego loquor ad te. Et surrexit ionas: et abiit in niniuen iuxta ꝗbū domini. Et niniue erat ciuitas magna itinere dierum triū. Et cepit ionas introire ciuitatē itinē diei vnius: & clamauit & dixit. Adhuc quadragīta dies: et niniue subūtet̃. Et crediderūt viri niniuite in domino: et p̃dicauerūt ieiunīū: & vestiti sūt saccis a maiore usq̃ ad minorē. Et peruenit verbū ad regem niniue. Et surrexit de solio suo: et abiecit vestimentū suū a se et indutus est sacco & sedit in cinere: et clamauit & dixit in niniue ex ore regis & principū eius dicēs. Homines & iumēta & boues et pecora nō gustent quicq̃ nec pascant̃ et aquā nō bibāt: et operiāt̃ saccis homines & iumēta clamēt ad dominum in fortitudine: et conuertatur vir a via sua mala & ab iniquitate que ē in manibus eorum. Quis scit si cōuertat̃ et ignoscat deus & reuertatur a furore ire sue: & nō peribimus? Et vidit deus opera eorum q̃ conuersi sunt de via sua mala: et misitus est deus

sup malicia quā locutus fuerat ut facēt eis:
ET afflictus ē io- et nō fecit. IIII
nas afflictōe magna: & iratus ē & ora-
uit ad dnm: et dixit. Obsecro dne: nūquid
non hoc est verbuz meū cū adhuc essem in
terra mea? Propter hoc preoccupaui ut fu-
gerem in tharsis. Scio enim q̄ tu deus cle-
mens & misericors es: patiēs & multe mise-
racōis & ignoscens sup malicia. Et nunc
domine tolle quesō ammā meā a me: quia
melior est michi mors q̄ vita. Et dixit dns.
Putasne bene irascaris tu? Et egressus est
ionas de ciuitate: et sedit contra orientem
ciuitatis. Et fecit sibimet vmbraculum ibi: &
sedebat subter illud in vmbra: donec vide-
ret quid accideret ciuitati. Et ꝓparauit do-
minus deus ederam: et ascendit sup caput
ione ut essz vmbra sup caput eius: et ptege-
ret eū. Laborauerat enim. Et letatus est io-
nas super edera letitia magna. Et parauit
deus vermem ascensu diluculi in crastinuz:
et percussit ederam & exaruit. Et cū ortus fuis-
set sol p̄cepit dominus vento calido & vrēti:
et p̄cussit sol sup caput ione: et estuabat. Et
petiuit anime sue ut moreret. Et dixit. Me-
lius est michi mori q̄ viuere. Et dixit dns
ad ionam. Putasne bene irascaris tu super
ederaz? Et dixit. Bene irascor ego usq ad
mortē. Et dixit dominus. Tu doles sup ede-
ra in qua nō laborasti neqz fecisti ut crescc-
ret. que sub vna nocte nata ē et sub vna no-
cte perijt: et ego nō parcam ninue ciuitati
magne. in qua sunt plus q̄ centumuig mili-
milia hominum. qui nesciunt quid sit inter
dexteram et sinistraz suam & iumēta multa?

Expl. Ionas ꝓpha Incipit micheas ꝓpha.

VERbū domini qd factū
est ad micheam mora-
siten in dieby ioathā
achaz ezechie regum
iuda: quod vidit sup
samariam & ihrusalē.
Audite populi omes.
et attendat terra & plenitudo eius: et sit do-
minus deus vobis in testem: dns de tēplo
sancto suo. Quia ecce dominus egredie-
de loco suo: et descendet & calcabit sup excel-
sa terre. Et obsumentur montes subtus eum:
et valles scandentur sicut cera a facie ignis:
sicut aque que decurrūt in p̄ceps. In scelē
iacob omē istd: et in peccatis domus israhel.
Quod scelus iacob? Nōne samaria? Et
que excelsa iuda? Nōne ihrusalē? Et ponā
samariaz quasi aceruū lapidū in agro cum
plantatur vinea: et detrahā in vallē lapides
eius. Et fundamēta eius reuelabo: et omnia
sculptilia eius obridētur. Et omes mercedes
eius igne oburētur: et omia idola eius po-
nam in pditionē q̄ de mercedib meretrix
obgregata sūt: & usq ad mercedē meretrix
reuertentur. Sup hoc plangā et vlulabo:
vadam spoliatus & nudus. Faciā planctum
velut draconum: et luctum quasi strutionū.
Quia desperata est plaga eius: quia venit
usq ad iudam: tetigit portā populi mei usq
ad ihrusalē. In geth nolite annunciare: la-
crimis ne ploretis. In domo pulueris pul-
uere vos conspgite: et transite: vobis habi-
tatio pulcra: confusa ignominia. Non est
egressa que habitat in exitu. Plāctū domus
vicine accipiet ex vobis q̄ stetit sibimet: q̄
infirmata est in domū que habitat in amari-
tudinib. Quia descendit malū a domino
in portam ihrusalē: tumultus quadrige stu-
pons habitanti lachis. Principū peccati ē
filie syon: q̄ in te inuēta sūt scelera israhel. Pro-
pter ea dabit emissarios sup hēditatē geth:
domus mendacij in deceptōnem regibus
israhel. Adhuc heredem adducā tibi q̄ habi-
tas in maresa: usq odollā venet gloria israhel.
Decaluare & tondere super filios deliciarum
tuarum: dilata calueium tuum sicut aquila:
Ue quoniā captiui ducti sunt ex te. II
Ue qui cogitatis inutile: et operamini
malum in cubilib vestris. In luce matutina
facūt illud: quoniā contra dnm est manus
eorz. Et ocupierūt agros & violēter tulerūt
et rapuerūt domos: et calumniabant virū
et domū eius: virū & hereditatē eius. Idcir-
co hec dicit dominus. Ecce ego cogito sup
familiā istam malū vnde nō auferetis colla
vestra: et non ambulabitis supbi: quoniam
tempus pessimū est. In die illa sumetur sup
vos parabola: et cantabitur canticū cū suauī-
tate dicentiū. De populacōne vastati sum?.
Pars populi mei omutata est. Quomodo

recedet a me. cū reuertat' q̄ regiones nr̄as
diuidat? Propter hoc non erit tibi mittēs
funiculū sortis in cetu domini israhel. Ne lo-
quamini loquētes. Nō stillabit sup istos:
non oprehendet confusio dicit domus iacob.
Nūquid abreuiatus ē spūs domini: aut
tales sūt cogitacōes eius? Nōne verba
mea bona sunt cum eo qui recte graditur?
Et ecōtrario populus meus in aduersariū
consurrexit. De sup tunicā palliū sustulistis:
et eos qui transiebāt simpliciter oueruistis
in bellū. Mulieres populi mei eiecistis de do-
mo delicias suas: a paruulis eas tulistis
laudem meā in ꝓpetuū. Surgite. a ite: qua
non habetis hic requiē. Propter immundi-
ciam eius corrūpet' putredine pessima. Di-
nam nō essem vir habens spm̄: a mēdacū
potius loquerer. Stillabo tibi in vinū et in
ebrietate: et erit sup quē stillatur ꝓpl's iste.
Congregacōne ogregabo iacob totū te: in
vnū conducā reliquias israhel. Pariter po-
nam illū quasi gregē in ouili: quasi pecus in
medio caulas. Tumultuabūtur a multi tu-
dine hominū. Ascendet enim pandēs iter
ante eos. Diuidet. a transibūt portā: a egre-
dient' p eam. Et transibit rex eorum coram
eis: a dominus in capite eorū. III
Et dixi. Audite principes iacob: a du-
ces domus israhel. Nunquid non vestrum
est scire iudiciū. qui odio habetis bonum a
diligitis malū: qui violenter tollitis pelles
eorū de sup eis. et carnē eorū de sup ossibus
eorū? Qui omederūt carnē ꝓpli mei. a pellē
eorū de sup excoriauerūt: a ossa eorū confre-
gerūt: et ociderūt sicut in lebete. a quasi car-
nem in medio olle. Tūc clamabūt ad dōm
et non exaudiet eos: a abscondet faciē suā
ab eis in tempore illo: sicut nequiter egerūt
in adinuentionib̄ suis. Hec dicit dominus.
sup ꝓphetas qui seducūt populū meū: qui
mordent dentib̄ suis. a p̄dicant pacem. Et
si quis non dederit in ore eorū quippiā: san-
ctificant sup eū plū. Propterea nox vobis
ꝓ visione erit: et tenebre vobis ꝓ diuinati-
one. Et occūbet sol sup ꝓphas: a obtenebra-
bitur sup eos dies. Et ofundētur q̄ vident
visiones: et ofundent' diuini. Et operient
vultus suos omnes: q̄ non est responsū dei.
Veruntamen ego repletus sū fortitudine
spūs domini. iudicio et virtute: ut annūciem
iacob scelus suū: et israhel peccatū suū. Audi-
te hoc principes domus iacob. a iudices do-
mus israhel: qui abominamini iudiciū. et oīa
recta peruertitis. Qui edificatis syon in san-
guinib̄: et ihrusalē in iniquitate. Principes
eius in muneribus iudicabant: et sacēdotes
eius in mercede docebant. Et ꝓphete eius
in pecunia diuinabant: et super dominū
requiescebant dicētes. Nunq̄d nō dōs in
medio nostrum? Nō ueniet sup nos mala.
Propter hoc causa vestri. syon quasi ager
arabitur: et ihrlm quasi aceruus lapidū erit:
Et mōs tēpli in excelsa siluas. IIII
Et in nouissimo diebus erit mōs domus
dōmi p̄paratus in vertice montiū: et sublimis
sup colles. Et fluet ad eū popli: et ꝓperabūt
gentes multe. a dicēt. Venite ascendamus
ad montē domini: et ad domum dei iacob.
Et docebit nos de vijs suis: a ibimus in semi-
tis eius. Quia de syon egredie' lex: et ver-
bū domini de ihrusalē. Et iudicabit inter po-
pulos multos: et corripiet gentes fortes us-
q̄ in longinquū. Et conflabit gladios suos
in vomeres: et hastas suas in ligones. Nō
sumet gens aduersū gentē gladiū: et non
discent vltra belligerare. Et sedebit vir sub-
tus vineā suā. a subtus ficū suā: et non erit q̄
deterreat: q̄ os dominī exercituū locutū est.
Quia omnes populi ambulabūt vnusquisq̄
in noīe dei sui: nos autem ambulabimus in
nomine domini dei nostri in eternū et vltra.
In die illa dicit dōs. ogregabo claudicātē: et
eā quā eiecerā colligā: et quā afflixerā. o sola-
bor. Et ponā claudicantē in reliquias: et eā q̄
laborauerat in gentē robustā. Et regnabit
dominus sup eos in mōte syon: ex hoc nunc
a usq̄ in eternū. Et tu turris gregis nebulo-
sa filia syon usq̄ ad te veniet: et venet p̄tās
prima regnū filie ihrusalē. Nunc quare
merore cōtrahetis? Nūquid rex nō est tibi.
aut consiliarius tuus perijt: q̄ comp̄hendit
te dolor sicut parturiētē? Dole. a satage filia
syon quasi parturiēs: q̄ nūc egredieris de
ūtate: a habitabis in regione: a venies usq̄
ad babilonē. Ibi liberaberis: ibi redimet te
dominus de manu inimicorū tuorū. Et nunc

congregate sũt sup te gentes multe: que
dicũt lapidetur: et aspiciat in syon oculus
noster. Ipsi autẽ nõ cognouerũt cogitacõ-
nes dñi: et nõ intellexerũt consiliũ eius: q̃
congregauit eos quasi fenũ aree. Surge
et triturа filia syõ: q̃ cornu tuũ ponã ferreũ:
et vngulas tuas ponam ereas. Et omnues
populos multos et interficies dño rapinas
eorũ et fortitudinem eorũ dño vmise terre.
NVnc vastaberis filia latronis. V
Obsidionẽ posuerũt sup nos: in virga
percutẽt maxillã iudicis israhel. Et tu bethleẽ
effrata: paruulus es in milibus iuda. Ex te mi-
chi egredietur qui sit dominator in israhel:
et egressus eius ab initio a diebus eternitatis.
Propter hoc dabit eos usq̃ ad tempus:
in quo parturiẽs pariet. Reliquie fratrũ eius
conuertẽtur ad filios israhel. Et stabit et pa-
scet in fortitudine domini: in sublimitate no-
minis domini dei sui. Et conuertẽt̃: q̃ nunc
magnificabitur usq̃ ad terminos terre. Et
erit iste pax assiriũs cũ venerit in terrã no-
stram: et quãdo calcauerit in domibus nostris.
Et suscitabimus sup eũ septẽ pastores: et
octo primates homines. Et pascent terrã
assur in gladio: et terrã nemrod in lanceis
eius. Et liberabit ab assur cũ venerit in terrã
nrã: et cũ calcauerit in finibus nostris. Et erit
reliquie iacob in medio populorũ multorũ
quasi ros a domino: et quasi stille sup herbã
que non exspectat virũ: et non prestolatur
filios hominũ. Et erũt reliquie iacob in gẽ-
tibus in medio populorũ multorũ quasi leo
in iumentis siluarũ et quasi catulus leonis in
gregibus pecorũ. Qui cũ transierit et conculca-
uerit et cepit: non ẽ qui eruat. Et exaltabit̃
manus tua sup hostes tuos: et oẽs inimici
tui interibũt. Et erit in die illa dicit dñs: au-
feram equos tuos de medio tui: et disperdã
quadrigas tuas. Et perdã ciuitates terre
tue: et destruam omnes munitiones tuas. Et
auferã maleficia de manu tua: et diuinationes
non erũt in te. Et pire faciam sculptilia tua:
et statuas tuas de medio tui. Et nõ adorabis
vltra opera manuũ tuarũ: et euellam lucos
tuos de medio tui. Et cõterã ciuitates tuas:
et faciã in furore et indignacõne vlcõem in
gentibus omnibus que nõ audierunt. VI

AVdite que dñs loquit̃. Surge con-
tende iudicio aduersũ mõtes: et audi-
ant colles vocẽ tuã. Audiãt mõtes iudiciũ
domini et fortia fundamẽta terre: q̃ iudiciũ
domini cũ populo suo: et cũ israhel diiudicabi-
tur. Populus meus quid feci tibi: aut quid
molestus fui tibi? Rñde mihi. Quia eduxi
te de terra egiptia de domo seruientũ libera-
ui te: et misi ante faciem tuã moysen et aarõ
et mariã. Populus meus memẽto queso q̃d
cogitauerit cõtra te balach rex moab: et q̃d
responderit ei balaam filius beor de setim
usq̃ ad galgalã ut cognoscerẽs iusticias
domini. Quid dignũ offerã dño? Curuabo
genu deo excelso? Nũquid offerã ei holocau-
stomata et vitulos annículos? Nũquid pla-
cari potest dñs in milibus arietũ: aut in multis mi-
libus hircorũ pinguiũ? Nũq̃d dabo primogeni-
tũ meũ p scelẽ meo: fructũ ventris mei p
peccato anime mee? Indicabo tibi o homo
quid sit bonũ: et quid dñs requirat a te. Vti-
q̃ facere iudiciũ et diligere misericordiam:
et sollicitũ ambulare cũ deo tuo. Vox domi
ad ciuitatẽ clamat: et salus erit timẽtibus no-
men eius. Audite tribus. Et quis approba-
bit illud? Adhuc ignis in domo impij: the-
sauri iniquitatis: et mensura minoris ire plena.
Nũquid iustificabo stateram impiã: et sacceli
pondera dolosa? In quibus diuites eius re-
pleti sunt iniquitate: et habitantes in ea lo-
quebãtur mendaciũ: et lingua eorũ fraudu-
lenta in ore eorũ. Et ego ergo cepi percutere
te pdicõne: sup peccatis tuis. Tu comedes
et nõ saturaberis: et humiliatio tua in medio
tui. Et apprehendes et nõ saluabis: et quos sal-
uaueris in gladiũ dabo. Tu seminabis et nõ
metes: tu calcabis oliuã et nõ vngeris oleo:
et mustũ et nõ bibes vinũ. Et custodisti pce-
pta amri et omne opus domus achab: et am-
bulasti in voluptatibus eorũ ut darem te in
pditionem: et habitantes in ea in sibilũ: et
opprobrium populi mei portabitis. VII
VE michi: q̃ factus sũ sicut qui colligit
in autũno racemos vindemie. Non
est botrus ad comedendũ: pcoquas ficus
desiderauit aia mea. Perijt scũs de terra: et
rectus in hominibus nõ est. Omnes in sanguine
insidiãtur: vir fratrem suũ ad mortẽ venat̃.

Malũ manuũ suaꝝ dicũt bonũ. Princeps postulat: et iudex in reddendo est. Et magnus locutus est desiderium anime sue: et conturbauerunt eã. Qui optimus in eis ẽ quasi paliurus: et qui rectus quasi spina de sepe. Dies speculacõnis tue: visitatio tua venit. Nũc erit vastitas eoꝝ. Nolite credẽ amico: et nolite ꝛfidere in duce. Ab ea que dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui: qꝛ filius ꝛtumeliã facit pr̃i: et filia ꝛsurget adũsus mr̃ez suã: nurus adũsus socrũ suã: et inimici hoĩs domestici eiꝰ. Ego autẽ ad dominũ aspiciã: exspectabo deũ saluatorem meũ. Audiet me deus meus. Ne leteris inimica mea sup me: quia cecidi. Consurgam. Cũ sedero in tenebris: dñs lux mea ẽ. Irã dñi portabo quoniã peccaui ei: donec causaꝝ meã iudicet: et faciat iudiciũ mecũ. Et educet me in lucẽ: videbo iusticiã eius. Et aspiciet inimica mea: et operiet̃ confusione: q̃ dicit ad me: Vbi est dñs deus tuus? Oculi mei videbũt in eã. Nũc erit in ꝛculcationẽ: ut lutũ platearꝝ. Dies: ut edificent̃ macerie tue. In die illa longe fiet lex. In die illa et usqꝝ ad te vemet assur: et usqꝝ ad ciuitates munitas: et a ciuitatib̃ munitis usqꝝ ad flumen: et ad mare de mari: et ad montem de monte. Et terra erit in desolacõnem ꝓpter habitatores suos: et ꝓpter fructũ cogitationũ eoꝝ. Pasce populum tuũ in virga tua: gregem hereditatis tue: habitantes solos in saltu. In medio carmeli pascent̃ basan et galaad iuxta dies antiquos: secundũ dies egressionis tue de terra egipti. Ostendã ei mirabilia: Videbũt gentes: et ꝛfundẽtur sup omni fortitudine sua. Ponet manũ sup os: aures eorum surde erunt. Lingent pulueres sicut serpentes: velut reptilia terre ꝓturbabũtur de edibus suis. Dominũ deum nostrũ desiderabũt: et timebũt te. Quis deꝰ similis tui qui aufers iniquitatẽ: et transis peccatũ reliquiaꝝ hereditatis tue? Non immittet vltra furorẽ suũ: quoniã volẽs misericordiam est. Reuertet̃ et miserebit̃ nr̃i. Deponet iniquitates nr̃as: et piciet in ꝓfundũ maris omnia peccata nostra. Dabis veritatẽ iacob: misericordiaꝝ abrahã: q̃ iurasti pr̃ibus nr̃is a diebus antiquis. Expl̃ michea ꝓpha.

Incipit naum ꝓphta

Liber visionis naum helchesei. Deꝰ emulator et vlciscẽs dñs: vlciscẽs dñs et habẽs furorẽ: vlciscẽs dñs in hostes suos: et irascẽs ipse inimicis suis. Dñs patiens et magnus fortitudine: et mundãs nõ faciet innocentẽ. Dominus in tempestate et turbine vie eius: et nebule puluis pedũ eius. Increpãs mare et exsiccãs illud: et omnia flumina ad desertũ deducens. Infirmatus ẽ basan et carmelus: et flos libani elanguit. Mõtes ꝛmoti sunt ab eo: et colles desolati sunt. Et contremuit terra a facie eius: et orbis et oes habitãtes in eo. Ante faciem indignacõnis eius quis stabit: et quis resistet in ira furoris eius? Indignatio eius effusa est ut ignis: et petre dissolute sũt ab eo. Bonus dominus et fortãs in die tribulationis: et sciens sperantes in se. Et in diluuio ꝓtereũte consumationẽ faciet loci eius: et inimicos eius ꝓsequent̃ tenebre. Quid cogitatis contra dominũ? Consummationẽ ipse faciet. Non ꝛsurget duplex tribulatio: qꝛ sicut spine semiuicẽ ꝛplectũt̃: sic ꝛuiuũ eoꝝ pariter potantũ. Consumẽt̃ quasi stipula ariditate plena. Ex te enĩ exibit cogitãs contra dominũ malicia: mente ꝓtractãs ꝓuaricationẽ. Hec dicit dominus. Si ꝓfecti fuerint et ita plures: sic q̃q̃ attondẽtur et ꝓtransibit. Afflixi te: et nõ affligam te vltra. Et nũc conterã virgam eius de dorso tuo: et vincula tua dirumpã. Et ꝓcipiet sup te dominus. Non seminabit̃ ex nomine tuo amplius. De domo dei tui interficiã. Sculptilem et ꝛflatile ponam sepulcrũ tuũ: qꝛ imbonoratus es. Ecce sup montes pedes euangelizantis: et annunciãtis pacẽ. Celebra iuda festiuitates tuas et redde vota tua: qꝛ nõ adiciet vltra ut ꝓtrãseat i te belial: vmũ̃is interiit.

Ascendit qui dispgat coram te: Et qui custodiat obsidionẽ. Contẽplare viam: confortã lũbos: roborã virtutẽ valde. Quia reddidit dominus supbiam iacob: sicut supbiam israhel. Quia vastatores dissipauerũt eos: et ꝓpagines eoꝝ corruperũt. Clipeus fortiũ eius igneus: viri exercitus

in cocineis. Ignee habene currus in die p̄
paracōis eius: et agitatores ꝯsopiti sunt.
In itineribꝫ cōturbati sūt: quadrige collise
sūt in plateis. Aspectus eorꝫ quasi lāpades:
quasi fulgura discurrēta. Recordabit̄ fortitu
dinis suorꝫ: ruent in itineribꝫ suis: Velociter
ascendēt muros eius: et ꝓparabitur vmbra
culū. Portē fluuiorꝫ aperte sunt: et templum
ad solū dirutū. Et miles captiuus adductꝰ
est: et ancille eius minabantur gemētes ut
colūbe: murmurantes in cordibꝫ suis. Et ni
nive quasi piscina aquarꝫ aque eius: ipi ve
ro fugerūt. State state: et non est q̄ reuer
tatur. Diripite argentū diripite aurū: et nō
est finis diuitiarꝫ ex omnibꝫ vasis desidera
bilibꝫ. Dissipata et scissa et dilacerata: et cor
tabescens et dissolutio genuiculorꝫ et defectō
in cūctis renibꝫ: et facies omnīū sicut ingre
do olle: Vbi ē habitaculū leonū: et pascua
catulorꝫ leonū? Ad quam iuit leo ut ingre
deretur illuc: catulus leonis: et non est q̄ ex
terreat. Leo cepit sufficiēter catulis suis: et
necauit leenis suis. Et impleuit preda spe
luncas suas: et cubile suū rapina. Ecce ego
ad te dicit dominus exercituū: et succendā
usq̄ ad fumū quadrigas tuas: et leūculos
tuos comedet gladius. Et exterminabo de
terra predam tuam: et non audietur vltra
vox nūciorꝫ tuorꝫ. III
Ve ciuitas sanguinū: vniuersa mendacij: dilace
ratione plena. Non recedet a te rapina.
Vox flagelli. et vox impetus rote. et equi
frementis. et quadrige feruentis. et equitis
ascendentis. et micantis gladij. et fulguran
tis haste. et multitudinis interfecte. et gra
uis ruine: nec est finis cadauerū. Et corruet
in corporibꝫ suis ꝓpter multitudinē fornica
tionū meretricis speciose et gratae habētis
maleficia: que vendidit gētes in fornicacōi
bus suis: et familias in maleficijs suis. Ecce
ego ad te dicit dñs exercituū: et reuelabo
pudenda tua in facie tua: et ostendā in gē
tibꝫ nuditatē tuā et regnis ignominiā tuam.
Et piciā sup te abominacōnes tuas: et ꝯtu
meliis te afficiā: et ponā te in exemplū. Et
erit omis qui viderit te resilit a te: et dicet.
Vastata est ninive. Quis ꝯmouebit sup te
caput? Vnde querā ꝯsolatorē tibi? Nūq̄d
melior es ab allexandria populorꝫ: que ha
bitat in fluminibꝫ? Aque in circuitu eius: cu
ius diuitie mare: aque muri eius. Ethiopia
fortitudo eius et egiptus: et non est finis. Af
frica et libies fuerūt in auxilio tuo: sed et ipa
in transmigratione ducta est in captiuitatē.
Paruuli eius elisi sūt in capite omnīū viarꝫ:
et sup inclitos eius miserūt sortē: et omnes
optimates eius confixi sūt in pedibꝫ. Et tu
ergo inebriaberis et eris despecta: et queres
tu auxiliū ab inimico. Omes municōnes tue
sicut ficus cū grossis suis: si concusse fuerint
cadēt in os comedētis. Ecce populus tuus:
mulieres in medio tui. Inimicis tuis ad ap
tionē pandentur portē terre tue: deuorabit
ignis vectes tuos. Aquā ꝓpter obsidionē
hauri tibi: extrue municōnes tuas. Intra in
lucum et calca: subigens tene laterē. Ibi co
medet te ignis: peribis gladio: deuorabit te
ut bruc?. Cōgregare ergo ut brucus: mul
tiplicare ut locusta. Plures fecisti negotian
tiones tuas: q̄ stelle sunt celi. Brucus expā
sus est: et auolauit. Custodes tui quasi locu
sta: et paruuli tui q̄si locuste locustarꝫ: q̄ osi
dēt in sepibꝫ in die frigoris. Sol ortus est
auolauerūt: et nō ē ꝯgnitus locus earꝫ vbi
fuerit. Dormitauerūt pastores tui rex assur:
sepelietur pncipes tui. Lanitauit pl's tuus in
mōtibꝫ: et nō est qui ꝯgreget. Nō est obscu
ra contritio tua: pessima ē plaga tua. Oēs q̄
audierūt audicōem tuā: ꝯplauserūt manū tuā sup
te. Quia sup quem nō trāsiit malicia tua sp?

Vsq̄quo dñe clamabo: et nō ex
audies? Vociferabor
ad te vim patiēs: et nō
saluabis? Quare ostē
disti michi iniquitatē
et laborē: videre p̄dam et iniustitiā ꝯtra me?
Et factū est iudiciū: et ꝯtradictō potentior.
Propter hoc lacerata ē lex: et nō pueit usq̄
ad finē iudiciū. Quia impi? p̄ualet adūsus
iustum: propterea egreditur iudicium per
uersum. Aspicite in gentibus et videte et am
miramini et obstupescite: q̄ opus factuꝫ est
in dieb̄ vestris: q̄ nemo credet cū narrabit̄.

Habacuc

Quia ecce ego suscitabo chaldeos gentē
amaram ⁊ velocē ambulantē sup latitudinē
terre: ut possideat tabnacula non sua. Hor-
ribilis ⁊ terribilis est: ex semetipsa iudiciū
et onus eius egredietur. Leuiores pardis
equi eius: et velociores lupis vespertinis: et
diffundent equites eius. Equites namq;
eius delonge venient: volabūt quasi aquila
festinās ad comedendū. Omnes ad pdam
venient: facies eorū ventus vrēs. Et ꝯgrega-
bit quasi arenā captiuitatē: et ipe de regib
triūphabit. et tyranni ridiculi eius erūt. Ipe
sup omēz munitōēz ridebit: et comportabit
aggerem. ⁊ capiet eā. Tunc mutabit spūs:
et ptransibit ⁊ corruet. Hec ē fortitudo eius
dei sui. Nūquid non tu a principio domine
deus meus sancte meus: et non moriemur?
Domine in iudiciū posuisti eū: ⁊ fortē ut cor-
riperes fundasti eū. Mundi sūt oculi tui ne
videas malū: et respicē ad iniquitatē nō po-
teris. Quare non respicis sup inique agē-
tes: et taces deuorāte impio iustiorē se? Et
facies homines quasi pisces maris: ⁊ quasi
reptile non habēs principē. Totū in hamo
sublevauit: traxit illud in sagena sua: ⁊ cō-
gregauit in rete suū. Sup hoc letabitur et
exultabit: ꝓterea immolabit sagene sue:
et sacrificabit reti suo. Quia in ipis incrassa-
ta est pars eius: et cibus eius electus. Pro-
pter hoc ergo expandit sagenam suam: et
semp interficē gētes nō parcet. HE
Super custodiā meam stabo: et figam
gradū sup munitōem. Et contemplabo: ut
videā quid dicat michi: et quid rndeam
ad arguentē me. Et rndit michi dominus.
et dixit. Scribe visū ⁊ explana eū sup tabu-
las: ut pcurrat qui legerit eū. Quia adhuc
visus ptel: ⁊ apparebit in finē ⁊ nō mentiet.
Si morā fecerit exspecta illū: quia venens
veniet ⁊ nō tardabit. Ecce qui incredulus
est: non erit recta anima eius in semetipso.
Justus autē in fide sua viuet. Et quomodo
vinū potantē decipit: sic erit vir supbus ⁊ nō
decorabitur. Qui dilatauit quasi infernus
animā suā: et ipse quasi mors: et non adim-
plet. Et ꝯgregauit ad se omnes gentes: et
et coaceruauit ad se oēs ppl̄os. Nunquid
non omnes isti sup eū parabolam sument: et
loquelā enigmatū eius? Et dicetur: De ei:
q̄ multiplicat nō sua. Vsq; quo ⁊ aggrauat
contra se densū lutū? Nūquid nō repente
consurgēt qui mordeāt te? Et suscitabunt
lacerātes te: et eris in rapinā eis. Quia tu spo-
liasti gentes multas. spoliabūt te omnes q̄
reliqui fuerint de ppl̄is: ꝓpter sanguinē hoīs
⁊ iniquitatē terre ciuitatis. ⁊ omnū habitā-
tiū in ea. Ve qui congregat auaricā malā
domui sue: ut sit in excelso nidus eius: ⁊ libe-
rari se putat de manu mali. Cogitasti confu-
sionē domui tue: consecisti populos multos:
et peccauit anima tua. Quia lapis de pariete
clamabit ⁊ lignū quod inter iuncturas edi-
ficioꝝ est respondebit. Ve qui edificat ciui-
tatē in sanguinibus: ⁊ ꝓparat vrbē in iniq̄tate.
Nūquid non hec sūt a domino exercituū?
laborabūt enim ppl̄i in multo igni: ⁊ gētes
in vacuū deficiēt. Quia replebit terra ut
cognoscant gloriā domini: quasi aque opiē-
tes mare. Ve qui potū dat amico suo. mit-
tens fel suū: et inebriās ut aspiciat nuditatē
eius. Repletus ē ignominia ꝑ gloria. Bibe
tu q̄q̄: et consopire. Circūdabit te calix dextre
domini: et vomitus ignominie sup gloriā
tuā. Quia iniquitas libani opiet te: et vasti-
tas animaliū deterrebit eos: de sanguinibus
hominis ⁊ iniquitate terre ⁊ ciuitatis: ⁊ omī
habitantiū in ea. Quid pdest sculptile q̄
sculpsit illud fictor suus oflatile ⁊ imaginē
falsam: q̄ speraut in figmēto fictor eius ut
faceret simulacra muta? Ve q̄ dicit ligno
expgisce: surge lapidi tacēti. Nunquid
ipse docere poterit? Ecce iste cooptus ē au-
ro ⁊ argento: et omnis spiritus non est in vi-
sceribus eius. Dominus autem in templo
sancto suo: fileat a facie eius omnis terra.

Oratio abbacuc ꝓphete pro ignorantiis.

Domine audiui auditionem tuam:
et timui. Dñe opus tuum: in medio
annoꝝ viuifica illud. In medio an-
noꝝ notū facies: cū iratus fueris misericordie
recordaberis. Deus ab austro veniet: ⁊ scūs
de mōte pharan. Semp. Opuit celos gloria
eius: ⁊ laudis eius plena est terra. Splen-
dor eius ut lux erit: cornua in manibus eius.
Ibi abscondita est fortitudo eius: ante faciē
eius ibit mors. Egredietur diabolus ante

pedes eius: stetit ⁊ mensus est terrã. Aspexit ⁊ dissoluit gẽtes: et contriti sunt montes
secli. Incuruati sũt colles mũdi: ab itineribꝫ
eternitatis eius. Pro iniquitate vidi tentoria ethiopie: turbabũtur pelles terre madiã.
Nũquid in fluminibꝫ iratus es dñe: aut
in fluminibꝫ furor tuus: vel in mari indignatio
tua? Qui ascendes sup equos tuos: ⁊ quadrige tue saluatio. Suscitãs suscitabis arcũ tuũ: iuramenta tribubus que locutus es.
Semp. Fluuios scindẽs terã: viderũt te et
doluerũt mõtes: gurges aquarꝫ transiit. Dedit abissus vocẽ suã: altitudo manus suas
leuauit. Sol ⁊ luna steterũt in habitaculo
suo: in luce sagittarꝫ tuarꝫ ibũt: in splẽdore
fulgurãtis haste tue. In fremitu conculcabis
terram: et in furore obstupefacies gentes.
Egressus ẽ in salutẽ populi tui: in salutẽ cũ
cristo tuo. Percussisti caput de domo impij:
denudasti fundamentũ usqꝫ ad collũ. Sẽper. Maledixisti sceptris eius: capiti bellatorꝫ eius: venientibꝫ ut turbo ad dispgẽdũ
me. Exultatio eorꝫ: sicut eius qui deuorat
panpem in abscondito: Viã fecisti in mari
equis tuis: in luto aquarꝫ multarꝫ. Audiui
et conturbatus est venter meus: a voce contremuerũt labia mea. Ingrediat putredo
in ossibꝫ meis: et subter me scateat: Vt requiescam in die tribulacõis: ut ascendam ad
populũ accinctũ nrm. Ficus enim non florebit: et non erit germẽ in vineis. Mentietur
opus oliue: et arua non afferẽt cibũ. Abscedetur de ouili pecus: et non erit armentũ in ꝓsepibꝫ. Ego aũt in dño gaudebo: ⁊ exultabo in deo ihũ meo. Deus dñs fortitudo mea:
⁊ ponet pedes meos q̃i ĉuorꝫ. Et sup excelsa mea deducet me victor: ĩ psalmis canẽtẽ.

Expl: abbacuc ꝓpha Incip: sophonias ꝓpha

Verbũ dñi qõ factum
est ad sophoniã filiꝫ
chusi filij godolie filij
amasie filij ezechie: in
diebꝫ iosie filij ãmon
regis iuda. Congregãs congregabo oia
a facie terre dicit dñs: cõgregans hominẽ
et pecus: congregans volatilia celi ⁊ pisces
maris. Et ruine impiorꝫ erũt: et disperdã homines
a facie terre dicit dñs. Et extendam manũ
meã sup iudam ⁊ sup omes habitãtes iherusalẽ: et disperdam de loco hoc reliq̃as baal
et nomina edituorꝫ cũ sacerdotibꝫ: et eos q̃
adorant sup tecta militiã celi: et adorant et
iurant in domino ⁊ iurant in melchon: et qui
auertunt de post tergum domini: et qui non
quesierũt dominũ: nec inuestigauerunt eum.
Silete a facie domini dei: qꝫ iuxta ẽ dies dñi.
Quia ꝓparauit dominus hostiã: sanctificauit
vocatos suos. Et erit: in die hostie domini
visitabo sup pr̃ncipes ⁊ sup filios regum et
sup omes qui induti sũt veste peregrina. Et visitabo sup omes qui arroganter ingrediũtur
sup limẽ in die illa: qui complent domũ dñi
dei sui iniquitate ⁊ dolo. Et erit in die illa dicit
dominus vox clamoris a porta piscũ et vlulatus a secũda: et contritio magna a collibꝫ.
Vlulate habitatores pile. Conticuit omis
populus chanaan: disperierũt omes inuoluti
argento. Et erit: in tẽpore illo scrutabor iherusalẽ in lucernis ⁊ visitabo sup viros defixos
in fecibus suis: q̃ dicũt in cordibꝫ suis. Non
faciet bene dñs: et non faciet male. Et erit fortitudo eorꝫ in direptõem: et domus eorꝫ in
desertũ. Et edificabũt domos ⁊ nõ habitabũt:
⁊ plantabũt vineas ⁊ non bibent vinũ earꝫ.
Iuxta est dies domini magnus: iuxta est et
velox nimis. Vox diei domini amara: tribulabit ibi fortis. Dies ire dies illa. dies tribulationis ⁊ angustie: dies calamitatis ⁊ miseie.
dies tenebrarꝫ ⁊ caliginis. dies nebule et
turbinis: dies tube ⁊ clangoris sup ciuitates
munitas ⁊ sup angulos excelsos. Et tribulabo homines: et ambulabũt ut ceci: qꝫ dño
peccauerũt. Et effundet sanguis eorꝫ sicut
humus: et corpora eorꝫ sicut stercora. Sed
et argentũ eorꝫ et aurũ eorꝫ non poterit liberare eos: in die ire domini. In igne zeli eius
deuorabit omis terra: q̃ consumationẽ cũ festinacõe faciet cũctis habitãtibꝫ terrã. ¶ F

Conuenite congregamini gẽs non amabilis: priusq̃ pariat iussio quasi puluerẽ transeuntẽ die: anteqũ veniat sup vos
ira furoris domini. Queritte dominũ omes
mansueti terre: qꝫ iudicũ eius estis operati.
Queritte iustũ queritte mansuetũ: si quo mõ
abscondamini in die furoris domini. Quia

gaza destructa erit: et ascalon in desertum.
Azotũ in meridie eicient: et accaron eradica-
bitur. Ve q̃ habitatis funiculũ maris: gẽs
pditon. Verbũ dñi sup vos chanaan terra
philistinorũ: et dispdam te ita ut nõ sit in-
habitator. Et erit funiculus maris requies
pastorũ: et caule pecorũ. Et erit funiculus
eius q̃ remãserit de domo iuda. Ibi pascẽt
in domibus ascalonis: ad vespm requiescent.
Quia visitabit eos dominus deus eorum:
et auẽtet captiuitatẽ eorũ. Audiui oppropriũ
moab et blasphemias filiorũ amon que ex-
pbrauerũt populo meo: et magnificati sunt
sup termios eorũ. Propter ea viuo ego dicit
dominus exercituũ: deus israhel. Quia moab
ut sodoma erit et filij amon quasi gomorra:
sicitas spinarũ et cũi salis: et desertũ usq;
in eternũ. Reliquie popli mei diripiẽt illos:
residui gentis mee possidebunt illos. Hoc
enim eis euenet pro supbia sua: qua blas-
phemauerũt et magnificati sũt sup populum
domini exercituũ. Horribilis dñs sup eos:
et attenuabit oẽs deos terre. Et adorabũt
eũ viri de loco suo: oẽs insule gentiũ. Sed
et vos ethiopes: interfecti gladio meo eris-
tis. Et extendet manũ suã sup aquilonem:
et perdet assur. Et ponẽt speciosam in solitu-
dinẽ et in inuiũ: et quasi desertũ. Et accubabũt
in medio eius greges omnes bestie gentiũ:
et onocrotalus et hericius in limiribus eius
morabũtur. Vox cantantis in fenestra: cor-
uus in suplimiari: qm̃ attenuabo robur eius.
Hec est ciuitas gloriosa habitãs in ofidẽ-
tia: q̃ dicebat in corde suo. Ego sũ: et extra
me non est alia amplius. Quõ facta est in
desertũ: cubile bestiẽ Omnis qui transit p eã
sibilabit: et mouebit manũ suã. III
Ve puocatrix et redempta ciuitas columba.
Non audiuit vocẽ: et nõ suscepit disci-
plinã. In domino non ẽ confisa: ad deũ suũ
nõ appropinquauit. Principes eius in me-
dio eius: quasi leones rugientes. Iudices
eius lupi vespe: non relinquebant in mane.
Prophete eius vesani: viri infideles. Sacer-
dotes eius polluerũt sanctũ: iniuste egerũt
contra legẽ. Dominus iustus in medio eius:
non faciet iniquitatẽ. Mane mane iudiciũ
suũ dabit in luce: et nõ abscõdet. Nesciuit
autẽ iniquus confusionẽ. Disperdidi gentes:
et dissipati sũt anguli earũ. Desertas feci vias
eorũ: dũ non est qui transeat. Desolate sũt
ciuitates eorũ: non remanẽte viro neq; vllo
habitatore. Dixi. Attamen timebis me: susci-
pies disciplinã. Et non pibit habitaculum
eius: pter omnia in quibus visitaui eã. Verũ-
tamẽ diluculo surgẽtes corrupẽrũt omnes co-
gitacõnes suas. Quapropter expecta me
dicit dñs in die resurrectõis mee in futurũ:
qr iudiciũ meũ ut congregem gẽtes et colligã
regna. Et effundã sup eos indignationem
meã: omnem iram furoris mei. In igne enim zeli
mei deuorabitur oẽs terra. Quia tũc reddãt
populis labiũ electũ: ut invocẽt oẽs nomẽ
domini: et seruant ei humero vno. Vltra flu-
mina ethiopie inde supplices mei: filij dispe-
rsorũ meorũ deferent munus michi. In die il-
la non confunderis sup cũctis adinuẽtionib
bus tuis: quibus puaricata es in me. Quia tũc
auferam de medio tui magniloquos supbie
tue: et non adicies exaltari amplius in mon-
te sancto meo. Et derelinquã in medio tui
populũ pauperẽ et egenũ: et sperabũt in no-
mine domini. Reliquie israhel non facient ini-
quitatẽ nec loquentur mendaciũ: et nõ inue-
nietur in ore eorũ lingua dolosa. Quoniam
ipi pascentur et accubabũt: et non erit qui ex-
terreat. Lauda filia syõ: iubilato israhel. Le-
tare et exulta in omni corde filia ihrusalẽ. Ab-
stulit dominus iudiciũ tuũ: auertit inimicos
tuos. Rex israhel dominus in medio tui: non
timebis malũ vltra. In die illa dicetur ihrlm.
Noli timere syon: non dissoluantur manus
tue. Dominus deus tuus in medio tui fortis:
ipse saluabit. Gaudebit sup te in leticia: file-
bit in dilectione tua: et exultabit sup te i lau-
de. Vlugas qui a lege recesserãt congregabo
quia ex te erãt: ut non vltra habeas sup eis
opprobriũ. Ecce ego interficiã omnes q̃ affli-
xerũt te in tempore illo: et saluabo claudicã-
tem: et eam q̃ eiecta fuerat congregabo. Et
ponam eos in laudẽ et in nomẽ in omni terra
confusionis eorũ: in tempore illo quo adduc-
am vos: et in tempore quo congregabo vos.
Dabo enim vos in nomẽ et in laudẽ omnib ꝑplis
terre: cũ conuertero captiuitatẽ vrã coram o cu-
lis vestris dicit dñs. Expl. sophonias ꝑphã

Incipit aggeus ꝓpheta. Capitulũ primũ.

In anno secõdo darij regis ĩ mense sexto ĩ die vna mensis factũ est ꝟbũ dñi ĩ manũ aggei ꝓphete ad zorobabel filium salathiel ducẽ iuda: et ad ihesũ filiũ iosedech sacẽdotem magnũ dicẽs. Hec ait dñs exercituũ dicens. Populus iste dicit. Nondũ venit tempus domus dñi edificande. Et factuꝫ ẽ ꝟbũ domini ĩ manu aggei ꝓphete dicens. Nũquid tempus vobis est ut habitetis ĩ domibꝰ laqueatis: et domus ista deserta? Et nũc hec dicit dñs exercituũ. Ponite cor da vra sup vias vras. Seminastis multũ: et intulistis parũ. Comedistis: et nõ estis saciati. Bibistis: et non estis inebriati. Opiuistis vos: et nõ estis calefacti. Et qui mercedes ogregauit: misit eas in sacculũ pertusũ. Hec dicit dñs exercituũ. Ponite corda vra sup vias vras. Ascendite ĩ montẽ portate lignũ: et edificate domũ: et acceptabilis mihi eit: et glorificabor dicit dñs. Respexistis ad amplius: et ecce fcm est minus. Et intulistis in domũ: et exsufflaui illud. Quam ob causam dicit dñs exercituũ? Quia domus mea deserta est: et vos festinastis vnusquisq; ĩ domũ suã. Propter hoc sup vos ꝓhibiti sũt celi: ne daret rorem: et terra ꝓhibita est ne daret germẽ suũ. Et vocaui ficcitatẽ sup terrã et sup montes et sup triticũ et sup vinũ et sup oleũ et quecũq; profert humus: et sup homines et sup iumenta et sup omẽz labore manuũ. Et audiuit zorobabel filius salathiel et ihesus filius iosedech sacerdos magnus et omẽs reliqui populi vocẽ dei sui et ꝟba aggei ꝓphete sicut misit eũ dñs deus eorꝫ ad eos: et timuit omis populus a facie dñi. Et dixit aggeus nuncius dñi de nũcijs domini populo dicẽs. Ego vobiscũ dicit dominus. Et suscitauit deus spiritũ zorobabel filij salathiel ducis iuda et spm ihesu filij iosedech sacerdotis magni et spm reliquorꝫ de omi populo: et ingressi sunt et faciebant opus ĩ domo domini exercituũ dei sui.

In die vicesima et quarta mensis ĩ sexto mense ĩ ano secũdo darij regis ĩ septimo mense vicesima et prima mensis: factum est ꝟbũ domini ĩ manu aggei ꝓphete dicens. Loquẽ ad zorobabel filiũ salathiel ducem iuda et ad ihesũ filiũ iosedech sacerdotem magnũ: et ad reliquos populi dicẽs. Quis ĩ vobis est derelictus qui vidit domũ istam ĩ gloria sua prima? Et q'd vos videtis hãc nunc? Nunquid non ita ẽ quasi non sit ĩ oculis vris? Et nũc oforte zorobabel dicit dñs: et confortare ihesu filij iosedech sacẽdos magne: et confortare omnis populus terre dicit dominus exercituũ et facite: quoma ego vobiscũ sũ: dicit dñs exercituũ. Verbũ quod placuit vobiscũ cũ egrederemini de terra egipti: et spus meus erit ĩ medio vrm. Nolite timere: qꝰ hec dicit dñs exercituũ. Adhuc vnũ modicum ẽ: et ego omouebo celũ et terram et maẽ et aridã. Et mouebo omẽs gẽtes: et veniet desideratus cũctis gentibus. Et implebo domũ istã gloria: dicit dñs exercituũ. Meũ est argentũ et meũ est aurũ: dicit dñs exercituũ. Magna erit glia domus istius nouissime plusq; prime: dicit dñs exercituũ. Et ĩ loco isto dabo pacem: dicit dñs exercituũ. In vicesima et quarta nomi mensis ĩ ano secũdo darij regis: factũ est ꝟbũ domini ad aggeũ ꝓphetam dicẽs. Hec dicit dominus exercituũ. Interroga sacerdotes legẽ dicẽs. Si tulerit homo carnẽ sanctificatã ĩ ora vestimẽti sui et tetigerit de summitate eius panẽ aut pulmentũ aut vinũ aut oleũ aut omẽz cibũ: nunquid sanctificabitur? Respondẽtes autẽ sacerdotes dixerũt. Non. Et dixit aggeus. Si tetigeit pollutus ĩ anima ex omibus hijs nũquid oraminabitur? Et rndẽrũt sacerdotes: et dixerũt. Contaminabitur. Et rndit aggeus et dixit. Sic populus iste et sic gẽs ista ante faciem meã dicit dñs: et sic ome opus manuũ eorꝫ: et omia q̃ obtulerũt michi oraminata erũt. Et nũc ponite corda vestra a die hac et sup antecꝫ ponere lapis sup lapidẽ ĩ templo domini: cũ accederitis ad aceruũ viginti modiorꝫ et fierẽt decem: et intraretis ad torcular ut expmeretis quinquaginta lagenas et fiebãt viginti. Percussi vos vento vrẽte: et aurugine et grandine omia opera manuũ vrarꝫ: et non fuit ĩ vobꝭ qui reuerteret ad me dicit dominus. Ponite corda vra ex die ista et ĩ futurũ a die vicesima et quarta nomi mensis: a die q̃ fundamẽta iacta sũt templi domini ponite sup cor vestrũ.

Nūquid iā semen in germine est? Et adhuc vinea ⁊ ficus ⁊ malogranatū ⁊ lignum olive nō floruit. Ex die ista benedicam. Et factū est verbū dñi secō ad aggeū in vicesima ⁊ quarta mens dicēs. Loqué ad zorobabel ducē iuda dicēs. Ego moueo celum pariter et terrā: et subuertā solium regnorū: et conterā fortitudinē regni gentiū. Et subuertā quadrigā ⁊ ascensorē eius: et descendent equi ⁊ ascensores eorū: vir in gladio fratris sui. In die illo dicit dñs exercituū assumā te zorobabel fili salathiel serue meus dicit dominus: et ponam te quasi signaculū: quia te elegi dicit dominus exercituum.

Expl. aggeus ꝓpha Incip. zacharias ꝓpha.

In mense octauo in āno secō dariy regis: factū est verbū domini ad zachariam filium barachie filij addo ꝓphetam. Iratus ē dñs sup pres vestros iracūdia. Et dices ad eos. Hec dicit dñs exercituū. Conuertimini ad me ait dominus exercituū. Et conuertar ad vos dicit dñs exercituū. Ne fiatis sicut pres vestri ad quos clamabant ꝓphete priores dicentes hec dicit dñs exercituū. Conuertimini de vijs vestris malis ⁊ cogitacōibus vestris pessimis: et nō audierūt neq; attenderunt ad me dicit dñs. Patres vestri vbi sunt et ꝓphete? Nunquid in sempiternū viuent? Veruntamē verba mea ⁊ legitima mea que mandaui seruis meis ꝓphetis: nunquid nō comprehenderūt patres vros? Et conuersi sūt et dixerūt. Sicut cogitauit dñs exercituū facere nobis secōm vias nostras ⁊ secundū adinuencōnes nostras: fecit nobis. In die vicesima ⁊ quarta vndecimi mēs sabbath in anno secundo dariy: factū est verbum dñi ad zachariā filiū barachie filij addo ꝓphetam dicens. Vidi p noctē: et ecce vir ascendens sup equū rufum. et ipse stabat inter mirteta que erant in pfundo: et post eū equi rufi varij ⁊ albi. Et dixi. Qui sūt isti domine mi? Et dixit ad me angelus dominī qui loquebat in me. Ego ostendā tibi quid sint hec. Et rndit vir qui stabat inter mirteta et dixit. Isti sūt quos misit dominus: ut pambulēt terrā. Et responderūt angelo dñi qui stabat inter mirteta: ⁊ dixerūt. Perambulauimus terrā: et ecce omis terra habitat et quiesat. Et rndit angelus dominī et dixit. Domine exercituū usq; quo tu nō misereberis ihrusalē ⁊ vrbiū iuda quibus iratus es? Iste iā septuagesimus annus est. Et rndit dñs angelo q̄ loquebat in me verba bona: verba ꝛsolatoria. Et dixit ad me angelus qui loquebat in me. Clama dicens. Hec dicit dominus exercituū. Zelatus sum ihrusalē et syon zelo magno. Et ira magna ego irascor sup gētes opulētas: q̄ ego iratus sū parū: ipsi vero adiuuauerunt in malū. Propterea hec dicit dominus. Reuertar ad ihrusalē in misericordijs: et domus mea edificabitur in ea ait dñs exercituū: et ꝓpendiculū extēdet sup ihrusalē. Adhuc clama dicens. Hec dicit dñs exercituū. Adhuc affluēt ciuitates mee bonis: et ꝛsolabit adhuc dñs syon: et eliget adhuc ihrlm. Et leuaui oculos meos et vidi: et ecce quatuor cornua. Et dixi ad angelū qui loquebat in me. Quid sūt hec? Et dixit ad me. Hec sūt cornua: que ventilauerūt iudā ⁊ israhel et ihrusalē. Et ostendit mi dominus quatuor fabros. Et dixi. Quid isti veniunt facere? Qui ait dicens. Hec sunt cornua q̄ ventilauerūt iudam p singulos viros: et nemo illorū leuauit caput suū. Et venerūt isti detrere ea: ut dicant cornua gētiū que leuauerūt cornua super terram iuda: ut

II

Et leuaui oculos meos ⁊ vidi: et ecce vir ⁊ in manu eius funiculus mensorū. Et dixi. Quo tu vadis? Et dixit ad me: Vt metiar iuideam et ihrlm quāta sit latitudo eius: et quanta lōgitudo eius. Et ecce angelus q̄ loquebatur in me egrediebatur: ⁊ alius angelus egrediebatur in occursū eius: et dixit ad eū. Curre: loquere ad puerū istū dicēs. Absq; muro habitabit ihrusalē pre multitudine hominū ⁊ iumentorū in medio eius. Et ego ero ei ait dominus murus ignis in circuitu: et i gloria ero in medio eius. O o fugite de terra aquilonis dicit dominus: quoniā in quatuor ventos celi dispersi vos dicit dñs. O syon fuge q̄ habitas apud filiā babilonis: q̄ hec dicit dominus exercituū. Post gloriam misit me ad gentes: que spoliauerūt vos. Qui enim tetigerit vos: tangit pupillā oculi mei. Quia ecce ego leuo manū meam sup eos: et erūt

prede hijs qui fuiebāt sibi: et cognoscetis
q̃ dñs exēcituū misit me. Laudaꝫ letare fi-
lia syō: q̃ ecce ego venio ⁊ habitabo in me-
dio tui ait dñs. Et applicabūt gētes multe
ad dominū in die illa: et erūt michi in ꝓplm.
Et habitabo in medio tui: ⁊ scies quia dñs
exercituū misit me ad te. Et possidebit dñs
iudā et partē suā in terra sanctificata: ⁊ eli-
get ihrusalē. Sileat omis caro a facie dñi:
q̃ ꝯsurrexit de habitaculo scō suo. III

Et ostendit m̄ dñs ihsū sacdotē ma-
gnū stantē coꝝ angelo dñi: ⁊ satban
stabat a dextris eius ut aduersaret ei. Et
dixit dñs ad satban. Increpet dñs in te sa-
than: et increpet dñs in te qui elegit ihrlm.
Nūquid nō iste torris ē erutus de ignes?
Et ihsus erat induitus vestibus sordidis: ⁊
stabat ante faciē angeli. Qui rndit: et ait
ad eos qui stabāt coram se dicēs. Auferte
vestimēta sordida ab eo. Et dixit ad eū. Ec-
ce abstuli a te iniquitatē tuā: ⁊ indui te mu-
tatoryis. Et dixit. Ponite cidarim mundaz
sup caput eius. Et posuerūt cidarim super ca-
put eius mundā: ⁊ induerūt eum vestib̄. Et
angelus domini stabat: et ꝯtestabat angelus
dñi ihsū dicēs. Hec dicit dñs exēcituū.
Si in vijs meis ambulaueris ⁊ custodiam
meā custodieris: tu q̃q̃ iudicabis domū meā
et custodies atria mea: ⁊ dabo tibi ambulā-
tes de hijs qui nūc hic assistūt. Audi ihsus
sacdos magne: tu ⁊ amici tui q̃ habitāt coꝝ
te: q̃ viri portendentes sūt. Ecce enī ego
adducā puū meū orientē: q̃ ecce lapis quē
dedi coꝝ ihsu: sup lapidē vnū septem oculi
sūt. Et ecce ego celabo sculpturam eius ait
dñs exēcituū: et auferā iniquitatē terre illi?
in die vna. In die illa dicit dñs exēcituū: vo-
cabit vir amicū suū subt vineā ⁊ sbter ficū.

Et reuisus ē angelus q̃ loque- IIII
bat in me: ⁊ suscitauit me quasi virū
qui suscitatur de somno suo. Et dixit ad me.
Quid tu vides? Et dixi. Vidi: et ecce cande-
labrū aureū totū. ⁊ lampas eius sup caput
ipius: et septē lucēne eius sup illud: et septē
infusoria lucēnis que erant sup caput eius:
et due oliue sup illud: vna a dextris lampa-
dis. et vna a sinistris ei?. Et rndi: et aio ad
angelū qui loquebat in me dicēs. Quid
sūt hec domine mi? Et rndit angelus qui lo-
quebat in me: ⁊ dixit ad me. Nūq̃d nescis
quid sūt hec? Et dixi. Nō domine mi. Et rn-
dit: et ait ad me dicēs. Hoc est verbum dñi
ad zorobabel dicēs. Non in exēcitu nec in
robore: sed in spū meo dicit dñs exercituū.
Quis tu mons magne coram zorobabel in
planū? Et educet lapidē p̄mariū: et exequa-
bit gratiā gratie eius. Et factū est ꝟbū dñi
ad me dicēs. Manus zorobabel fundauerūt
domū istā: et manus eius pficiēt eā: ⁊ scies
q̃ dñs exēcituū misit me ad vos. Quis enī
despexit dies paruos? Et letabūtur: ⁊ vide-
būt lapidē stagneū in manu zorobabel. Se-
ptem sūt isti oculi domini: q̃ discurrūt in vni-
uersam terrā. Et rndi: et dixi ad eū. Quid
sunt due oliue iste ad dexterā candelabri et
ad sinistrā eius? Et rndi secūdo: ⁊ dixi ad eū.
Quid sūt due spice oliuaꝝ que sunt iuxta
duo rostra aurea: in quib̄ sūt suffusoria ex
auro? Et ait ad me dicēs. Nūquid nescis
quid sunt hec? Et dixi. Non domine mi. Et
dixit. Isti sūt duo filij olei splendoris: qui
assistunt dñatori vniuerse terre. V

Et conuisus sū: et leuaui oculos meos
et vidi: ⁊ ecce volumē volās. Et dixit ad me.
Quid tu vides? Et dixi. Ecce ego video vo-
lumē volās: longitudo eius viginti cubito-
rū: ⁊ latitudo eius decē cubitoꝝ. Et dixit ad
me. Hec est maledictō que egredietur super
faciē omis terre: q̃ omis fur sicut ibi scptū
est iudicabitur: et omis iurans ex hoc simi-
liter iudicabitur. Educā illud dicit dominus
exēcituū: et veniet ad domū furis ⁊ ad domū
iurantis in nomine meo mēdaciter. et ꝯmo-
rabit in medio domus eius: ⁊ ꝯsumet eū et
ligna eius ⁊ lapides eius. Et egressus ē an-
gelus q̃ loquebat in me: ⁊ dixit ad me. Le-
ua oculos tuos ⁊ vide. Quid est hoc quod
egreditur? Et dixi. Quidnā est? Et ait. Hec
est amfora egrediēs. Et dixit. Hec ē oculus
coꝝ in vniuersa terra. Et ecce talentum plumbi
portabatur: ⁊ ecce mulier vna sedēs in me-
dio amfore. Et dixit. Hec ē impietas. Et pie-
cit eam in medio amfore: ⁊ misit massam plū-
beam in os eius. Et leuaui oculos meos et
vidi: et ecce mulieres egredientes: ⁊ spiritus
in alis earum. Et habebant alas quasi alas

milui: et leuauerũt anforã inter terrã & celũ.
Et dixi ad ãgelũ qui loquebat in me. Quo
iste deferũt anforas? Et dixit ad me. Vt edi-
ficetur ei dom? in terra sennaar: et stabilia-
tur & ponat ibi sup basem suã. VI
Et conuersus sũ: et leuaui oculos meos
et vidi: et ecce quatuor quadrige egrediẽ-
tes de medio duorũ montiũ: et montes mõ-
tes erei. In quadriga pma equi rufi: in qua-
driga secunda equi nigri: in quadriga tcia
equi albi: & in quadriga quarta equi varij
et fortes. Et respondi: et dixi ad angelũ qui
loquebat in me. Quid sũt hec domine mi?
Et rndit angelus: & ait ad me. Isti sũt qua-
tuor venti celi: q egrediũtur ut stẽt cora dominatore omis terre. In qua erãt equi nigri
egrediebãtur in terrã aqlonis: & albi egres-
si sunt post eos: et varij egressi sũt ad terrã
austri. Qui autẽ erant robustissimi exierũt
et querebãt ire & discurrẽ p omnẽ terrã. Et
dixit. Ite: & pambulate terrã. Et pambula-
uerũt terrã. Et vocauit me: & locutus ẽ ad
me dicẽs. Ecce q egrediũtur in terrã aquilo-
nis: requiescere fecerũt spm meũ in terra aq-
lonis. Et factũ est ⁊bũ domini ad me dicẽs.
Sume a transmigraco ne ab oldai & a tho-
bia & ab idaia qui venies tu in die illa & intra-
bis domũ iosie filij sophonie q venerunt de
babilone: et sumes aurũ & argẽtũ & facies
coronas & pones in capite iesu filij iosedech
sacerdotis magni: et loqueris ad eũ dicẽs.
Hec ait dns exercituũ dicẽs. Ecce vir: ori-
ens nomẽ eius. Et subter eũ orietur: et edi-
ficabit templũ domino: et ipse extruet tem-
plũ dno. Et ipe portabit gloriã: et sedebit
et dominabit sup solio suo. Et erit sacerdos
sup solio suo: et cõsiliũ pacis erit inter illos
duos. Et coronee erũt helem & thobie & idaie
et hen filio sophonie: memoriale in templo
domini. Et qui pcul sũt venẽt & edificabunt
in templo dni: et facietis q dns exercituum
misit me ad vos. Erit autem hoc: si auditu
audieritis vocem domini dei vestri. VII
Et factus ẽ in ano quarto darij regis:
factũ est ⁊bũ dni ad zachariã in qrta
mensis nomi q est casleu. Et misserũt ad
domũ dei sarasar & rogomelech & viri q erãt
cũ eis ad depcandam faciẽ dni: ut dicerẽt
sacerdotibus domus dni exercituũ et ꝓphetis
loquentes. Nunquid flendum est michi
in quinto mense: vel sanctificare me debeo si-
cut feci iam multis annis? Et factũ est ⁊bũ
domini exercituũ ad me dicens. Loquere ad
omnẽ populũ terre: et ad sacerdotes dicens.
Cũ ieunaretis & plangẽs in quinto & septi-
mo p hos septuaginta annos: nũq d ieunũ
ieunastis michi? Et cũ comedistis & bibistis:
nũq d nõ vobis comedistis & vobismetipsis
bibistis? Nunquid non hec sũt verba que
locutus est dns in manu ꝓphetarũ prioru cũ
adhuc ihrusalẽ habitaret et esset opulenta: ipa et vrbes in circuitu eius. et ad austrum
et in cãpestribus habitaretur? Et factus ẽ ver-
bum domini ad zachariam dicens. Hec ait
dominus exercituũ dicens. Iudiciũ verum
iudicate: et misericordiã & miseracõnes facite
vnusquisq cũ fratre suo. Et viduã & pu-
pillũ & aduenam et pauperẽ nolite calũniari:
et malũ vir fratri suo nõ cogitet in corde suo
Et noluerũt attendere & auerterũt scapulã
recedẽtes: et aures suas aggrauauerũt ne
audirẽt: et cor suũ posuerũt ut adamantem
ne audirẽt legẽ et ⁊ba q misit dns exercituũ
in spũ suo sancto p manũ ꝓpharũ prioru. Et
facta ẽ indignatio magna a dno exercituũ.
Et factũ est: sicut locutus sũ & non audierũt:
sic clamabũt & nõ exaudiã dicit dns exerci-
tuũ. Et dispsi eos p omnia regna q nescũt:
et terra desolata est ab eis eo q non essi trã-
siens et reuertẽs: & posuerũt terrã desiderabilẽ
Et factũ est ⁊bũ in desertũ. VIII
domini exercituum dicens. Hec dicit
dominus exercituũ. Zelatus sum syon zelo
magno: et indignatione magna zelatus sũ
eã. Hec dicit dns exercituũ: reuisus sum ad
syon: et habitabo in medio ihrusalẽ. Et vo-
cabit ihrusalẽ ciuitas veritatis: et mõs dni
exercituũ mons sanctificatus. Hec dicit dns
exercituũ. Adhuc habitabũt senes & anus
in plateis ihrusalẽ: et viri baculus in manu
eius pre multitudine dierũ. Et platee ciuita-
tis oplebũtur infantibus & puellis ludentibus in
plateis eius. Hec dicit dns exercituum. Si
videbitur difficile in oculis reliquiarũ ꝓpli
huius in diebus illis: nunquid in oculis meis
difficile erit dicit dominus exercituũ? Hec

dicit dñs exercituũ. Ecce ego saluabo ꝑplm
meũ de terra orientis & de terra occasus solis:
& adducã eos & habitabũt ĩ medio ihrlm:
et erũt michi in populũ & ego ero eis in deũ
in veritate & in iustitia. Hec dicit dñs exerci-
tuũ. Confortentur manus vestre q̃ auditis
in hijs diebꝫ sermones istos p os ꝓphar:
in die qua fundata ē domus dñi exercituũ
ut templũ edificaret̃. Siquidẽ ante dies
illos merces hominũ non erat nec merces
iumẽtorꝫ erat: neq̃ introeunti et exeũti erat
pax p̃ tribulacõe: et dimisi omẽs homines
vnũquẽq̃ contra ꝓximũ suũ. Nũc autem
nõ iuxta dies priores ego faciam reliquijs
populi huius dicit dñs exercituũ: sed semẽ
pacis erit. Vinea dabit fructũ suũ: & terra
dabit germẽ suũ. Et celi dabũt roꝛem suũ:
et possidere faciam reliquias populi huius
vniuersa hec. Et erit: sicut eratis maledictõ
in gentibꝫ domus iuda & domus israhel: sic
saluabo vos & eritis benedictio. Nolite ti-
mere. Confortentẽ manus vestre: quia hec
dicit dñs exercituũ. Sicut cogitaui ut af-
fligerẽ vos cũ ad iracundiam ꝓuocassent
patres vestri me dicit dominus & non sũ mi-
sertus: sic conũsus cogitaui in diebus istis
ut benefaciã domui iuda & iherusalem. Nolite
timere. Hec sũt ergo ꝟba que facietis.
Loquimini veritatẽ vnusquisq̃ cũ ꝓximo
suo: Veritatẽ et iudiciũ pacis iudicate in
portis vestris: et vnusquisq̃ malũ cõtra ami-
cũ suũ ne cogitetis in cordibꝫ vestris: et iura-
mentũ mendax ne diligatis. Omnia enim
hec sũt que odi dicit dñs. Et factũ est ꝟbũ
domini exercituũ ad me dicens. Hec dicit
dñs exercituum. Ieiuniũ quarti & ieiuniũ
quinti & ieiuniũ septimi et ieiuniũ decimi erit
domui iude in gaudiũ & leticiã: et in solẽni-
tates p̃clares: Veritatẽ tantũ & pacem dili-
gite. Hec dicit dñs exercituũ: Vsq̃quo ve-
niant populi & habitẽt in ciuitatibꝫ multis:
et vadãt habitatores vnus ad alterum di-
centes. Eamus & deꝓcemur faciẽ domini: &
queramus dñm exercituũ: Vadam etiam
ego. Et venient populi multi & gentes ro-bu-
sti ad querendũ dominũ exercituũ in iheru-
salem: et deꝓcandam faciem dñi. Hec dicit
dñs exercituũ. In diebꝫ illis in quibꝫ appre-
hendent decem homines ex ommbꝫ linguis
gentiũ: et apꝓhendẽt fimbriã viri iudei dicẽ-
tes: ibimus vobiscum. Audiuimus enim
quoniam deus vobiscum est. IX 9
Onus ꝟbi domini in terra adrach et
damasci requiei eius: q̃ dñs est oculus ho-
minis & omnũ tribuũ israhel. Emath quoq̃
in terminis eius: & tyrus & sydon. Assumpse-
rũt quippe sibi sapientiã valde. Et edificauit
tyrus munitionem suã: et congeruauit argen-
tum quasi humũ: et aurũ ut lutum platearꝫ.
Et ecce dñs possidebit eã: et percutiet in mari
fortitudinẽ eius: et hec igni deuorabitur. Vi-
debit ascalon & timebit: et gaza & dolebit ni-
mis: et accaron quoniã cõfusa est spes eius.
Et peribit rex de gaza: et ascalon nõ habita-
bitur. Et sedebit separator in azoto: et disp-
dam superbiam philistinorꝫ. Et auferam san-
guinẽ eius de ore eius: et abominacões eius
de medio dentiũ eius. Et relinquet̃ etiã ipse
deo nostro: et erit quasi dux in iuda: et acca-
ron quasi iebuseus. Et circũdabo domũ me-
am exhijs q̃ militant michi eũtes & reuertẽ-
tes: et nõ transibit super eos vltra exactor: q̃
nũc vidi in oculis meis. Exulta satis filia sy-
on: iubila filia ihrlm. Ecce rex tuus veniet ti-
bi iustus & saluator: ipse pauper & ascendens
super asinã: & super pullũ filiũ asine. Et dispdã
quadrigã ex ephraim: et equũ de iherusalẽ:
& dissipabitur arcus belli. Et loquetur pacẽ
gentibꝫ: et potestas eius a mari usq̃ ad ma-
re: et a fluminibꝫ usq̃ ad fines terre. Tu q̃q̃
in sanguine testamẽti tui emisisti vinctos tu-
os de lacu: in quo non est aqua. Cõuertimi
ad munitionem vincti spei. Hodie q̃q̃ annũcia-
ns duplicia reddam tibi: quoniã extendi
michi iudã quasi arcũ: impleui terrã ephra-
im. Et suscitabo filios tuos syõ super filios tu-
os grecia: et ponã te quasi gladiũ fortiũ. Et
dominus deus super eos videbitur: et exibit
ut fulgur iaculum eius. Et dñs deus in tuba
canet: et vadet in turbine austri. Dñs exerci-
tuũ ꝓtiget eos: et deuorabũt & subiicẽt lapi-
dibꝫ funde. Et bibentes inebriabunt̃ q̃ si vi-
no: et replebũtur ut phiale: & quasi cornua
altaris. Et saluabit eos dominus deus eorꝫ
in die illa ut gregez populi sui: quia lapides
sancti eleuabuntur super terrã eius. Quid

enim bonũ eius est. ⁊ quid pulcrũ eius: nisi
frumẽtũ electorũ ⁊ vinũ germinãs vrgines.

PEte pluuiã a dño in tempore X
serotino: et dñs faciet nubes ⁊ pluuiã
imbris: et dabit eis singulis herbã in agro.
Quia simulacra locuta sũt inutile: et diuini
derũt mendacũ: et somniatores locuti sũt
frustra ⁊ vane cõsolabãtur. Idcirco adduc-
ti sũt quasi grex: affligent' quia nõ est pa-
stor eis. Super pastores iratus ẽ furor meus:
et super hircos visitabo. Quia visitauit dñs
exercituũ gregem suũ domũ iuda: et posuit
eos quasi equũ gloriẽ sue in bello. Ex ipso
angulus. et ex ipso paxillus: ex ipso arcus
prelij: et ex ipo egredietur omis exactor si-
mul. Et erũt quasi fortes: cõculcantes lutũ
viarũ in prelio. Et bellabũt q̃ dñs cũ eis: et
confundẽtur ascensores equorũ. Et confor-
tabo domũ iuda: et domũ ioseph saluabo.
Et conũtam eos q̃ miserebor eorũ: et erũt
sicut fuerũt quando non pieceram eos. Ego
enim dñs deus eorũ: et exaudiã eos. Et erit
quasi fortes ephraim: et letabitur cor eorũ
quasi a vino. Et filij eorũ videbũt ⁊ letabũ-
tur: et exultabit cor eorũ in dño. Sibilabo
eis et congregabo illos: q̃ redemi eos. Et
multiplicabo eos sicut ante fuerant multipli-
cati: et seminabo eos in ꝑplis. Et de longe re-
cordabũtur mei: et viuent cũ filijs suis et re-
uertentur. Et reducã eos de terra egipti: et
de assirijs congregabo eos. Et ad terram
galaad ⁊ libam adducã eos: et nõ inueniẽ-
tur eis locus. Et transiet in maris freto: et p-
cutiet in mari fluctus: et profundentur omnia
profunda fluminis. Et humiliabit' superbia
assur: et sceptrũ egipti recedet. Confortabo
eos in dño et in nomine eius ambulabunt
dicit dñs. XI

APeri libane portas tuas: et comedat ignis cedros tu-
as: Vlula abies q̃ cecidit cedrus: q̃m ma-
gnifice vastati sũt: Vlulate querceus basan:
q̃m succisus est saltus munitus: Vox vlula-
tus pastorũ: q̃ vastata est magnificentia
eorũ: Vox rugitus leonũ: q̃m vastata ẽ super-
bia iordanis. Hec dicit domin⁹ deus meus.
Pasce pecora occisionis: q̃ qui possederant
occidebãt ⁊ non dolebãt: et vendebãt ea di-
centes. Bñdictus dñs: diuites facti sum⁹.
Et pastores eorũ non parcebãt eis: et ego
non parcam vltra super habitantes terram di-
cit dñs. Ecce ego tradam homines. vnum-
quẽq̃ in manu proximi sui. et in manu regis
sui: ⁊ conterent terrã ⁊ nõ eruã de manu eorũ:
et pascam pecus occisionis ꝓpter hoc o pau-
peres gregis. Et assumpsi michi duas vir-
gas: vnã vocaui decorẽ ⁊ alterã vocaui fun-
culũ: ⁊ paui gregẽ. Et succidi tres pastores
in mense vno: ⁊ contracta est anima mea in
eis. Siquidẽ ⁊ anima eorũ variauit in me.
Et dixi. Non pascam vos. Quod moritur
moriatur: et quod succidit' succidatur: ⁊ re-
liqui deuorẽt vnusquisq̃ carnẽ proximi sui. Et
tuli virgã meã que vocabat' decus ⁊ abscõ-
di eam: ut irritũ facerẽ fedus meũ q̃ pcussi
cũ omibus ꝓplis: et in irritũ deductũ est in die
illa. Et cognouerũt sic paupes gregis qui
custodiũt michi: quia verbũ dñi est. Et dixi
ad eos. Si bonũ est in oculis vris afferte
mercedem meam: et si non. quiescite. Et ap-
penderũt mercedem meam: triginta argen-
teos. Et dixit dñs ad me. Proice illud ad
statuariũ. Decorũ precii: quo appciatus sũ
ab eis. Et tuli triginta argenteos: et pieci
illos in domo dñi ad statuariũ. Et pscidi vir-
gam meã secũdam que appellabatur funicu-
lus: ut dissoluerẽ germanitatẽ inter iudam
et israhel. Et dixit dñs ad me. Adhuc sume
tibi vasa pastoris stulti. Quia ecce ego su-
scitabo pastorẽ in terra qui derelicta nõ visi-
tabit. dispsum nõ queret: et contritũ nõ sana-
bit et id q̃ stat non enutriet: et carnes pin-
lūt fortiter facere: dū sine consilio exeūt in
preliū. Et declinauit iudas in azotū in terrā
alienigenarū: et diruit aras eorū et spolia
deorū suorū succendit ignī: et cepit spolia ci-
uitatū ą reuersus est in terram iuda. VI

ET rex antiochus pambulauit supio-
res regiones. Et audiuit esse ciuita-
tem elimaidem in pside nobilissimā ą copi-
osam in argento ą auro: templūq; in ea lo-
cuplex valde. Et illic vlamina aurea ą lori-
cea ą scuta: que reliquit alexander philippi
rex macedo qui regnauit primus in grecia.
Et venit ą querebat capere ciuitatē ą depre-
dari eā: et nō potuit qm innotuit sermo his
qui erant in ciuitate. Et insurrexerūt in pre-
liū et fugit inde: et abijt cū tristicia magna:
et reuersus est babilonā. Et venit qui nūci-
aret ei in pside: quia fugata sūt castra que
erāt in terra iuda: et quia abijt lysias cum
virtute forti in primis ą fugatus est a facie
iudeorū: et inualuerūt armis ą viribus ą spo-
ijs multis que ceperūt de castris que exci-
derūt: et quia diruerūt abominationē quā
edificauerāt sup altare quod erat in ihrlim.
et sanctificacōnem sicut prius circū dederūt
muris excelsis: sed ą bethsuram ciuitatē suā.
Et factū est ut audiuit rex sermones istos
expauit et cōmotus est valde: et decidit in
lectū ą incidit in languorē pre tristicia: quia
non est factum sicut cogitabat. Et erat illic
dies multos: quia renouata ē in eo tristicia
magna: et arbitratus est se mori. Et vocauit
omnes amicos suos: et dixit illis. Recessit so-
mnus ab oculis meis: et concidit ą cortui cor-
de pre sollicitudine. Et dixi in corde meo. In
quantam tribulationē deuenī: et in quos flu-
ctus tristicie in qua nūc sū: qui iocūdus erā
et dilectus in potestate mea. Nūc vero re-
miniscor malorū que feci in ihrusalem: vnde
et abstuli omnia spolia aurea ą argentea que
erant in ea: et misi auferre habitātes iudeā
sine causa. Cognoui ergo quia ꝓpterea inue-
nerūt me mala ista: et ecce pereo tristicia ma-
gna in terra aliena. Et vocauit philippum
vnū de amicis suis: et ꝓposuit eū sup vniuer-
sum regnū suū. Et dedit ei diadema. et stolā
suā et annulū: ut adduceret antiochū filiū
suū et nutriret eū et regnaret. Et mortuus ē
illic antiochus rex anno centesimo quadra-
gesimonono. Et cognouit lysias qm mortu-
us est rex: et ostituit regnare antiochū filiū
eius quē nutriuit adolescentē: et vocauit no-
men eius eupatorē. Et his qui erant in arce
cōclusērāt israhel in circuitu sanctorū: et que-
rebāt eis mala semp ad firmamentū gentiū.
Et cogitauit iudas disperdere eos: et vo-
cauit vniuersū populū ut obsiderent eos. Et
conuenerūt simul: et obsederunt eos anno
centesimo quinquagesimo: et fecerūt balistas
et machinas. Et exierūt quidam ex eis qui
obsidebant: et adiūxerūt se illis aliqui im-
pijs ex israhel: et abierūt ad regem et dixe-
rūt. Quousq; nō facis iudiciū: et vindicas
fratres nostros? Nos decreuimus seruire
patri tuo et ambulare in ꝓceptis eius et ob-
sequi edictis eius: et filij populi nostri ꝓpter
hec alienabant se a nob. Et quicūq; inuenie-
mebant ex nobis interficiebātur: et hereditates nostre diripiebantur. Et non ad nos

tantū extenderūt manū: sed ⁊ in omnes fines
nostros. Et ecce applicuerūt hodie ad arcē
in ihꝛusalē occupare eā: et munitionem in
bethsuram munierunt. Et nisi preueneris
eos velocius maiora q̄ hꝛc facient: et nō po-
teris obtinere eos. Et iratus est rex ut hꝛc
audiuit: et conuocauit omnes amicos suos.
et principes exercitus sui: ⁊ eos qui sup eq̄-
tes erant. Sed ⁊ de regnis alijs ⁊ de insulis
maritimis venerūt ad eū: exercitus oꝑ ducticī-
us. Et erat numerus exercitus eius centum
milia peditū ⁊ viginti milia equitū: ⁊ elephā-
tī triginta duo. doctī ad preliū. Et venerūt
p idumeā ⁊ applicuerunt ad bethsuram: et
pugnauerūt dies multos: ⁊ fecerūt machinas.
Et exierūt ⁊ succenderūt eas ignī: et pugna-
uerūt viriliter. Et recessit iudas ab arce: et
mouit castra ad bethzacharam contra castra
regis. Et surrexit rex ante lucē: et cōcitauit
exercitus impetuꝫ contra viā bethzacharam.
Et oꝑ ruerūt se exercitus in preliū: ⁊ tubis
cecinerūt. Et elephātis ostenderūt sangui-
nem vuē ⁊ mori: ad acuēdos eos in plium.
Et diuiserūt bestias p legiones: ⁊ astiterūt
singulis elephantis mille viri. in loricis cō-
cathenatis ⁊ galee eree in capitibꝫ eorꝫ: et
quingenti equites ordinati vnicuiq̄ bestie
electi erant. Hij ante tempus vbicūq̄ erat
bestia ibi erant: ⁊ quocūq̄ ibat ibāt: ⁊ non
discedebant ab ea. Sed ⁊ turres lignee su-
per eos firme pretegentes. sup singlas besti-
as: ⁊ sup eas machine. Et sup singulas vi-
ri virtutis triginta duo qui pugnabāt desu-
per: et intus magister bestie. Et residuū eq̄-
tatū hinc ⁊ inde statuit in duas partes: tu-
bis exercitū oꝑ mouere: ⁊ p urgere constipa-
tos in legionibꝫ eius. Et ut refulsit sol in cli-
peos aureos ⁊ ereos resplēduerūt montes
ab eis: et resplēduerūt sicut lāpades ignis.
Et distenta ē pars exercitus regis p mōtes
excelsos: et alij p loca humilia: ⁊ ibāt caute
et ordinate. Et oꝑ mouebāt omnes inhabitā-
tes terraꝫ a voce multitudinis eorꝫ: ⁊ incessu
turbe ⁊ collisione armorꝫ. Erat enim exer-
citus magnus valde ⁊ fortis. Et apꝛoꝑiauit
iudas ⁊ exercitus eius in preliū: ⁊ ceciderūt
de exercitu regis sexcenti viri. Et vidit
eleazar filius saura vnā de bestijs loricatam
loricis regis: et erat eminēs sup ceteras besti-
as. Et visū est ei q̄ in ea esset rex: et dedit se ut
liberaret pplm suū: ⁊ acquireret sibi nomē
eternū. Et cucurrit ad eam audacter in me-
dio legiōis interficiēs a dextris ⁊ a sinistris:
et cadebant ab eo huc atq̄ illuc. Et iuit sub
pedes elephantis ⁊ suppositus se ei: ⁊ occidit
eum ⁊ cecidit in terram sup ipsū: ⁊ mortuus
est illic. Et videntes virtutem regis ⁊ impetuꝫ
exercitus eius: diuerterūt se ab eis. Castra
autem regis ascenderūt contra eos. in ihꝛu-
salē: et applicuerūt castra regis ad iudeam ⁊
montē syon. Et fecit pacem cū his qui erāt
in bethsura. et exierūt de ciuitate q̄ non erāt
eis ibi alimenta conclusis: q̄ sabbata erant
terre. Et complexedit rex bethsurā ⁊ ostituit
ibi custodiam seruare eam: et conuīt castra
ad locū sanctificationis dies multos. Et sta-
tuit illic balistas ⁊ machinas. et ignis iacu-
la ⁊ tormēta ad lapides iaciendos: ⁊ spicu-
la. et scorpios. ad mittendas sagittas. ⁊ fun-
dibula. Fecerūt autem ⁊ ipsi machinas adū-
sus machinas eorꝫ: et pugnauerūt dies mul-
tos. Esce autē nō erāt in ciuitate eo q̄ sep ti-
mus annus esset: ⁊ qui remanserant in iudea
de gentibꝫ cōsumpserāt reliquias eorꝫ que
reposite fuerant. Et remanserunt in sanctis
viri pauci quoniā obtinuerat eos fames: ⁊
dispsi sūt vnusquisq̄ in locū suū. Et audiuit
lysias q̄ philippus quē ostituerat rex anio-
chus cū adhuc viueret ut nutriret āiochū
filiū suū ⁊ regnāret. reuersus est a perside ⁊
media. ⁊ exercitus qui abierat cū ipso: et q̄
querit suscipere regni negocia. Et festinauit
ire: et dicere ad regē ⁊ duces exercitus. De-
ficimus quotidie ⁊ esca nobis modica est: ⁊
locus quē obsidemus ē munitus: ⁊ incūbit
nobis ordinare de regno. Nunc itaq̄ dem⁹
dextras hominibus istis: et faciamus cū illis
pacē ⁊ cū omni gente eorꝫ: ⁊ ostituamus illis
ut ābulēt in legitimis suis sicut prius. Propt
legitima enim ipꝫ q̄ despeximus irati sūt: ⁊
fecerūt omnia hꝛc. Et placuit ꝗmo in ospectu
regis ⁊ pncipū: et misit ad eos pacē facere
et ceperunt illam: ⁊ iurauit illis rex ⁊ prin-
cipes et exierunt de munitione. Et intrauit rex
montem syon et vidit munitionem loci: et
rupit iuramentum quod iurauit: et

mãdauit destruere murũ in giro. Et discessit festinanter ⁊ reuersus est antiochiam: et inuenit philippũ dominantem ciuitati: et pugnauit adusus eũ ⁊ occupauit ciuitatẽ.

Anno centesimo quinquagesimo et primo exiuit demetrius seleuci filius ab vrbe roma: et ascendit cum paucis viris in ciuitatem maritimam: et regnauit illic. Et factum est ut ingressus est domũ regni patrũ suoꝝ comphendit exercitus antiochũ ⁊ ipsiam ut adducerẽt eos ad eũ: et res ei innotuit: et ait. Nolite mihi ostendere faciem eoꝝ. Et occidit eos exercitus. Et sedit demetrius super sedem regni sui: et venerũt ad eũ viri iniqui ⁊ impij ex israhel. et alchimus dux eoꝝ: q̃ volebat fieri sacerdos. Et accusauerũt ꝓplm apud regem dicentes. Perdidit iudas ⁊ fratres eius amicos tuos ⁊ nos dispdidit de terra nostra. Nũc ergo mitte virũ cui credis ut eat et videat exterminiũ omne quod fecit nobis in regionib̃ regis: et punijt omnes amicos eius et adiutores eorum. Et elegit rex ex amicis suis bachidem qui dñabatur trans flumẽ magnũ in regno ⁊ fidelẽ regi: et misit eũ ut videret exterminiũ quod fecit iudas. Sed ⁊ alchimũ impiũ constituit in sacerdotiũ: et mãdauit ei facere vltionẽ in filios israhel. Et surrexerũt ⁊ venerũt cũ exercitu magno in terrã iuda: et miserũt nũcios et locuti sũt ad iudã et ad frẽs eius verbis pacificis in dolo: et nõ intẽderũt sermonib̃ eoꝝ. Viderũt enim quia venerũt cũ exercitu magno: et conuenerũt ad alchimũ et bachidem ogregatio scribarꝝ requirere que iusta sũt. Et primi assidei qui erant in filijs israhel: et exquirebãt ab eis pacem. Dixerũt enim. Homo sacerdos de semine aaron venit: non decipiet nos. Et locutus est cũ eis verba pacifica: et iurauit illis dicens. Non inferemus vobis malũ: neq; amicis vestris. Et crediderũt ei. Et comp̃hendit ex eis sexagintaviros: et occidit eos in vna die secũdum verbum quod scriptũ est. Carnes sanctoꝝ tuoꝝ et sanguinẽ ipsoꝝ effuderũt in circuitu ihrlm: et nõ erat qui sepeliret. Et incubuit timor ⁊ tremor in omnẽ populũ: q̃ dixerũt. Non est veritas ⁊ iudicium in eis. Transgressi sũt enim cõstitutũ: et iusiurãdũ quod iurauerũt. Et mouit bachides castra ab ihrlm et applicuit in bethzecha: et misit et comp̃hendit multos ex eis q̃ a se refugerãt: et quosdam de populo mactauit: et in putrũ magnũ ꝓiecit. Et cõmisit regionẽ alchimo: et reliquit cũ eo auxiliũ in adiutoriũ ipsi. Et abijt bachides ad regem. Et satis agebat alchimus pro principatu sacerdotij sui. Et conuenerũt ad eum omnes qui pturbabant populũ suũ: et obtinuerũt terrã iuda: et fecerũt plagã magnã in israhel. Et vidit iudas omnia mala que fecit alchimus et qui cũ eo erãt filijs israhel plus multo q̃ gẽtes: et exijt in omnes fines iudee in circuitu et fecit vindictam in viros desertores: et cessauerũt vltra exire in regione. Vidit autem alchimus q̃ preualuit iudas ⁊ qui cũ eo erãt ⁊ cognouit quia nõ potest sustinere eos: et regressus ẽ ad regẽ: et accusauit eos multis crimib̃. Et misit rex nichanorem vnũ ex principib̃ suis nobilioribꝰ q̃ erat inimicicias exercẽs contra israhel: et mandauit ei euertere ꝓplm. Et venit nichanor in ihrlm cum exercitu magno: et misit ad iudam ⁊ ad fratres eius cũ dolo verbis pacificis dicẽs. Non sit pugna inter me ⁊ vos. Veniam cũ viris paucis: ut videam facies vestras cũ pace. Et venit ad iudam et salutauerũt se inuicem pacifice: et hostes parati erãt rapere iudã. Et innotuit sermo iude q̃m cũ dolo venerat ad eũ: et conterritus est ab eo: et amplius noluit videre faciẽ eius. Et cognouit nichanor q̃m denudatũ est consiliũ eius: et exiuit obuiã iude in pugnã iuxta capharsalama. Et ceciderũt de nichanoris exercitu fere quãq; milia viri: et fugerũt in ciuitatẽ dauid. Et post hec verba ascendit nichanor in montẽ sion: et exierunt de sacerdotib̃ populi salutare eum in pace: et demõstrare ei holocaustomata que offerebantur pro rege. Et irridens sp̃euit eos ⁊ polluit: et locutus est sup̃be: et iurauit cũ ira dicens. Nisi traditus fuerit iudas et exercitus eius in manus meas: continuo cũ regressus fuero in pace succẽdaꝝ domũ istã. Et exijt cũ ira magna. Et intrauerũt sacerdotes et steterũt ante faciẽ altaris ⁊ templi: et flentes dixerũt. Tu dñe elegisti domũ istã

ad inuocandū nomē tuū ī ea: ut essĩ dom?
orationis ⁊ obsecrationis populo tuo. Fac
vindictam ī homine isto. et exercitu eius:
et cadant ī gladio. Memēto blasphemiaꝝ
eorū: et ne deseras eis ut pmaneāt. Et exiit
mchanor ab ihrusalē ⁊ castra applicuit ad
bethoron: ⁊ occurrit illi exercitus sirie. Et iu-
das applicuit ī adarsa cū tribusmilibꝫ viris.
Et orauit iudas ⁊ dixit. Qui missi erant a
rege sennacharib dñe q blasphemauerūt
te. exiit angelus ⁊ percussit ex eis centū octo-
gintaquinq; milia: sic contere exercitū istū
ī conspectu nostro hodie ⁊ sciant ceteri q
male locutus ē sup sancta tua: ⁊ iudica illū
secundū malicia illius. Et ꝛmiserūt exercit?
preliū tertia decima die menſ adar: ⁊ ꝛtrita
sunt castra mchanoris: et cecidit ipe pmus
ī plio. Vt autē vidit exercitus eius quia
cecidisset mchanor piecerūt arma sua et fu-
gerūt: et pscuti sūt eos viaz vnius diei ab
adazer usq; quo veniatur ī gazara: ⁊ tubis
cecinerūt post eos cū significationibꝫ. Et ex-
ierūt de omnibꝫ castellis iudee ī circuitu: et
venilabāt eos cornibꝫ: et conuertebantur
iterū ad eos. Et ceciderūt omnes gladio: et
non est relictus ex eis nec vnus. Et acceperūt
spolia eorū ī predā: et caput mchanoris
amputauerūt ⁊ dexterā eius quā extēderat
supbe: et attulerūt ⁊ suspēderūt contra ihrlm.
Et letatus est populus valde: et egerūt diē
illā ī leticia magna. Et ꝛstituit agi omnibꝫ
ānis diē istā tertia decima die menſ adar:
et fuit terra iuda dies paucos.

VIII

Et audiuit iudas nomē romanorū q
sunt potentes viribꝫ ⁊ acquiescūt ad
omnia q postulant ab eis: et quicūq; accesse-
rūt ad eos statuerūt cū eis amicicias: et q
sunt potentes viribꝫ. Et audierūt plia eorū
et virtutes bonas quas faciunt ī galacia:
q obtinuerūt eos ⁊ duxerūt sub tributum.
Et quanta fecerūt ī regione hispanie: ⁊ q
ī potestatē redegerunt metalla argenti ⁊
auri que illic sunt: ⁊ possederūt omnez locū
consilio suo ⁊ pacienia: loca que longe erāt
valde ab eis et reges qui supuenerant eis
ab extremis terre contriuerūt: ⁊ percusserūt
eos plaga magna. Ceteri aūt dant eis tri-
butū omnibꝫ annis. Et philippū pseniciorū
regem ⁊ ceteros qui aduersus eos arma tu-
lerant contriuerūt ī bello: et obtinuerūt eos.
Et antiochū magnū regē asye q eis pugnā
intulerat habens centūuigintū elephantes ⁊
equitatum ⁊ currus ⁊ exercitū magnū valde.
contritū ab eis: et q ceperunt eū viuū et sta-
tuerūt ei ut daret ipe ⁊ qui regnauerūt post
ipm tributū magnū: et daret obsides ⁊ ꝛstitu-
tum. Et regionē medorū ⁊ medos et lydos
de optimis regionibꝫ eorū: ⁊ acceptas eas
ab eis dederūt eumenī regi. Et q qui erant
apud elladam voluerūt ire ⁊ tollere eos: et
innotuit sermo hijs ⁊ miserūt ad eos ducē
vnū ⁊ pugnauerūt contra illos ⁊ ceciderūt
ex eis multi: et captiuas duxerūt vxores eorū
et filios ⁊ diripuerūt eos ⁊ terrā eorū possede-
runt: et destruxerūt muros eorū: et ī seruitutē
illos redegerūt usq; ī hūc diē. Et residua
regna et insulas que aliquando restiterant
illis exterminauerūt: ⁊ ī potestatē redege-
runt. Cum amicis autē suis ⁊ qui ī ipsis re-
quiē habebāt conseruauerūt amicicia: et ob-
tinuerunt regna que erant proxima ⁊ que
erant longe: q quicūq; audiebant nomen
eorū timebant eos. Quibꝫ vero vellēt auxilio
esse ut regnarēt regnabāt. Quos aūt vellēt
regno deturbabāt: et exaltati sūt valde. Et
ī omnibꝫ istis nemo portabat diadema: nec
induebat purpura: ut magnificaretur ī ea.
Et quia curiam fecerūt sibi: ⁊ quotidie con-
sulebant trecentosuigintū consiliū agentes
semp de multitudine: ut q digna sūt gerant.
Et ꝛmittunt vni homini magistratū suū per
singlos annos dominari vniuerse terre sue:
et omnes obediūt vni: ⁊ non est invidia neq;
zelus inter eos. Et elegit iudas eupolemū fi-
liū iohannis filij iacob ⁊ iasonem filiū elea-
zari ⁊ misit eos romā constituere cū illis ami-
ciam ⁊ societatē: et ut auferrēt ab eis iugū
grecorū: q viderūt q ī seruitutē pmerent
regnū israhel. Et abierūt romam viā multā
valde: et introierūt curiā ⁊ dixerunt. Iudas
machabeus et fratres eius ⁊ ꝓplus iudeorū
miserūt nos ad vos statuere vobiscū socie-
tatem et pacem: et conscribere nos socios et
amicos vestros. Et placuit fmo ī cōspectu
eorū. Et hoc rescriptū quod rescripserūt ī
tabulis ereis: et miserūt ī ihrusalē ut esset

apud eos ibi memoriale pacis ⁊ societatis.
Bene sit romanis ⁊ genti iudeorum in mari
et in terra in eternũ: gladiusq; ⁊ hostis pcul
sit ab eis. Quod si insteterit bellũ romanis
prius aut omnibꝫ socijs eorꝫ in omni dñatio-
ne eorꝫ: auxiliũ feret gens iudeorꝫ put tẽ-
pus dictauerit cordē pleno. Et preliantibꝫ
nõ dabũt neq; subministrabũt triticum ar-
ma pecuniam naues sicut placuit romanis:
et custodient mandata eorꝫ nichil ab eis
accipientes. Similiter autẽ ⁊ si gẽti iudeorꝫ
prius acciderit bellum adiuuabũt romani
ex animo put eis tempus pmiserit: ⁊ adiu-
uantibꝫ non dabitur triticũ arma pecunia na-
ues sicut placuit romanis: et custodiẽt mã-
data eorꝫ absq; dolo. Secundũ hec verba
constituerũt romani populo iudeorꝫ. Quõ
si post hec vba hij aut illi addẽ aut demẽ
ad hec aliquid voluerint faciẽt ex ꝓposito
sito: et quecũq; addiderint vel dempserint
rata erũt. Sed ⁊ de malis q̃ demetrius rex
fecit in eos scripsimus ei dicẽtes. Quare
grauasti iugum tuũ sup amicos nostros ⁊
socios iudeos? Si ergo iterum adierint
nos aduersum te faciemus illis iudicium:
et pugnabimus tecũ mari terraq;. IX

Interea ut audiuit demetrius q̃ cecidit
mchanor ⁊ exercitus eius in plio: apposuit
bachidem ⁊ alchimũ rursũ intrare in iudeã:
et dexterũ cornu cũ illis. Et abierunt viam
que ducit in galgalã: et castra posuerũt in
masaloth que est in arbellis ⁊ occupauerũt
eam: et peremerũt animas hominũ multas.
In mense primo anni centesimi ⁊ quinqua-
gesimi ⁊ secundi applicuerũt exercitum ad
ihersalem: et surrexerũt ⁊ abierũt in berea
viginti milia virorꝫ ⁊ duo milia equitũ. Et
iudas posuerat castra in laisa: et tria milia
viri electi cũ eo. Et viderũt multitudinẽ ex-
ercitus q̃ multi sunt ⁊ timuerunt valde: et
multi subtraxerũt se de castris: et nõ reman-
serũt ex eis nisi octingenti viri. Et vidit iu-
das q̃ defluxit exercitus suus ⁊ bellũ perur-
gebat eũ: et confractus est cordē quia non
habebat tempus congregandi eos: ⁊ dis-
solutus est. Et dixit his qui residui erant.
Surgamus ⁊ eamus ad adũsarios nros:
si poterimus pugnare aduersus eos. Et
auertebant eũ dicentes. Non poterimus:
si liberemus animas nras modo ⁊ reuertam̃
ad fratres nostros: ⁊ tũc pugnabimus ad-
uersus eos. Nos autem pauci sumus. Et
ait iudas. Absit istã rem facere: ut fugiam?
ab eis. Et si appropiauit tempus nostrum
moriamur in virtute ꝓpter fratres nros: ⁊ nõ
inferamus crimẽ glorie nostre. Et mouit ex-
ercitus de castris: et steterũt illis obuiam. Et
diuisi sunt equites in duas partes: et fundi-
bularij ⁊ sagittarij pibant exercitũ: et primi
certaminis omnes potẽtes. Bachides autem
erat in dextro cornu: et proximauit legio ex
duabꝫ partibꝫ: et clamabãt tubis. Exclama-
uerũt autẽ ⁊ hij qui erant ex parte iude etiã
ipsi: et commota est terra a voce exercituũ:
et omissum est pliũ a mane usq; ad vspam.
Et vidit iudas q̃ firmior est pars exercitus
bachidis in dextris: ⁊ ouenerũt cũ ipo omes
constantes cordē: et contrita est dextra pars
ab eis: et pscutus est eos usq; ad montem
azoti. Et qui in sinistro cornu erãt viderunt
q̃ contritũ est dextrũ cornu: et secuti sũt post
iudam et eos qui cum ipo erãt a tergo. Et
ingrauatũ est prelium: et ceciderũt vulnerati
multi ex his ⁊ ex illis. Et iudas cecidit: et
ceteri fugerunt. Et ionathas ⁊ symon tulerũt
iudam fratrem suũ: et sepelierũt eũ in sepul-
cro patrũ suorꝫ in ciuitate modin. Et fleue-
runt eũ omis poplus israhel plãctu magno.
et lugebant dies multos: ⁊ dixerũt. Quomõ
cecidit potens qui saluũ faciebat ꝓplm israhel?
Et cetera vba bellorꝫ iude ⁊ virtutũ quas fe-
cit et magnitudinis eius non sunt descripta.
Multa enim erant valde. Factũ est post
obitũ iude emerserũt iniqui in omnibꝫ finib
israhel: et exorti sunt omes qui operabantur
iniquitatẽ. In diebꝫ illis facta ẽ fames ma-
gna valde: et tradidit se bachidi ois regio
eorꝫ cum ipis. Et elegit bachides viros im-
pios ⁊ ostituit eos dños regionis: et exqui-
rebant ⁊ pscutabãtur amicos iude et adduc-
ebant eos ad bachidem: et vindicabat in
illos ⁊ illudebat. Et facta est tribulacõ ma-
gna in israhel: qualis non fuit ex die qua nõ
est visus ꝓpheta in israhel. Et ogregati sunt
omes amici iude: ⁊ dixerũt ionathe. Ex quo
frater tuus iudas defunctus est: vir similis

ei non est qui exeat contra inimicos bachi=
dem et eos qui inimici sunt gentis nostre.
Nunc itaq; te hodie eligimus esse p eo
nobis in principem et ducē: ad bellandū bel=
lum nostrū. Et suscepit ionathas tpe illo
principatū: et surrexit loco iude fratris sui.
Et ognouit bachides: et querebat eū occi=
dere. Et cognouit ionathas et simon frater
eius et omes qui cū eo erant: et fugerunt in
desertū thecue: et osederūt ad aquam lacus
asphar. Et cognouit bachides: et die sab=
bato venit ipe et omis exercitus eius trās=
iordanen. Et ionathas misit frēm suū ducē
populi: et rogauit nabuthēos amicos suos
ut comodarent illis apparatū suū: qui erat
copiosus. Et exeūt filij iambri ex madaba
et comphenderūt iohannē et omia q̄ habe=
bat: et abierūt habentes ea. Post hec vba
renunciatū est ionathe et simom fratri eius:
q̄ filij iambri facūt nupias magnas et du=
cunt sponsam ex madaba filiā vnius de ma=
gnis principib⁹ chanaan cū ambicōne ma=
gna. Et recordati sunt sanguinis iohannis
fratris sui: et ascenderūt et absconderūt se
sub tegimento montis. Et eleuauerūt oculos
suos et viderūt: et ecce tumultus et apparat⁹
multus. et sponsus pcessit et amici eius: et
fratres eius obuiaz illis cū tympanis et mu=
sicis et armis multis. Et surrexerunt ad eos
ex insidijs et occiderūt eos: et ceciderunt
vulnerati multi: et residui fugerūt in mōtes.
Et acceperūt omnia spolia eorz: et ouerse
sunt nupie in luctū: et vox musicorz ipsorz
in lamentū. Et vindicauerunt vindictā san=
guinis fratris sui: et reuersi sunt ad ripā ior=
danis. Et audiuit bachides: et venit die sab=
batorz usq; ad oram iordanis in virtute ma=
gna. Et dixit ad suos ionathas. Surga=
mus: et pugnemus contra inimicos nros.
Non est enim hodie sicut heri et nudiustertia=
us. Ecce enim bellū ex aduerso: aqua vero
iordanis hinc et inde ripe et paludes et sal=
tus: et non est locus diuertendi. Nunc er=
go clamate in celū: ut liberemini de manu ini=
micorz vestrorz. Et omissum est bellum. Et
extendit ionathas manū suam pcutere ba=
chidem: et diuertit ab eo retro. Et dissilit
ionathas et qui cū eo erant in iordanen: et
transnatauerūt ad eos iordanen. Et ceciderūt
de parte bachidis die illa mille viri: et re=
uersi sunt in ihrusalē. Et edificauerūt ciuta=
tes munitas in iudea: munitionē que erat in
ihericho. et in ammaum. et in bethoron. et be=
thel et thamnatha et phara et thopo muris ex=
celsis et portis et seris. Et posuit custodiā in
eis: ut inimicitias exercerent in israhel. Et
munuit ciuitatē bethsuram et gazaram. et ar=
cem et posuit in eis auxilia et apparatū escarz:
et accepit filios principū regionis obsides:
et posuit eos in arce in ihrlim in custodiā. Et
anno centesimo quinquagesimo tertio men=
se secundo pcepit alchimus destrui muros
domus sancte interioris: et destrui opa pphe=
tarz. Et cepit destruere. In tempore illo per=
cussus est alchimus et impedita sunt opera
illius: et occlusū est os eius et dissolutus est
paralisi: nec vltra potuit loqui verbū et man=
dare de domo sua. Et mortuus est alchimus
in tempore illo cū tormēto magno. Et vidit
bachides quoniā mortuus est alchimus: et
reuersus ē ad regē: et siluit terra āis duobus.
Et cogitauerūt omes iniqui dicentes. Ecce
ionathas et qui cum eo sūt in silētio habitāt
confidēter. Nūc ergo adducamus bachidē:
et comphendet eos omes vna nocte. Et ab=
ierūt: et consiliū ei dederūt. Et surrexit ut ve=
niret cū exercitu multo. Et misit occulte epi=
stolas socijs suis qui erant in iudea ut com=
phenderent ionathan et eos qui cū eo erāt:
sed non potuerūt q̄ innotuit eis osiliū eorz.
Et apphendit de viris regionis qui pncipes
erāt militiae quinquagitos viros: et occidit
eos. Et secessit ionathas et simon et qui cū eo
erāt in bethbesem que ē in deserto: et extruxit
diruta eius: et firmauerūt eā. Et cognouit
bachides et ogregauit vniuersam multitudi=
nem suā: et hijs qui de iudea erant denūciaui=
uit. Et venit et castra posuit desup bethbesse:
et oppugnauit eam dies multos: et fecit ma=
chinas. Et reliquit ionathas simonē fratrē
suū in ciuitate et exiuit in regionē: et venit cū
numero et pcussit odaren et fratres eius et fi=
lios phaseron in tabnaculis iporz: et cepit
cedē et crescē in virtuib⁹. Simon vero et q̄ cū
ipso erant exierūt de ciuitate et succenderūt
machinas: et pugnauerūt otra bachidem:

et contritus est ab eis. Et afflixerūt eū valde:
quomā consiliū eius et ogressus eius erat
mams. Et iratus contra viros iniquos q̄ ei
consiliū dederant ut venret in regionē ipso-
rū· multos ex eis occidit. Ipe autē cogita-
uit cū reliquis abire in regionē suā. Et co-
gnouit ionathas ⁊ misit ad eū legatos· cō-
ponere pacem cū ipo: et reddere ei captiui-
tatē. Et libenter accepit: et fecit secōm ba
eius: et iurauit se inchil facturū ei mali omi-
bus diebꝫ vite eius. Et reddidit ei captiui-
tatē quā prius erat p̄datus de terra iuda.
Et conuersus abijt in terram suā: ⁊ non ap-
posuit amplius venire in fines eius. Et cessa-
uit gladius ex israel. Et habitauit ionathas
in magmas: ⁊ cepit ionathas ibi iudicare
pop lm: et exterminauit impios ex israel.

X

Et Tano centesimo sexagesimo ascēdit
alexander antiochi filius qui ognomi-
natus est nobilis ⁊ occupauit ptolomai-
dā: et receperūt eū: ⁊ regnauit illic. Et audi-
uit demetrius rex ⁊ ogregauit exercitū copi-
osū valde: et exiuit obuā illi ī plū. Et misit
demetrius epistolā ad ionathan· bis pa-
cificis: ut magnificaret eū. Dixit enī. Anticipemus facere pacem cū eo: priusq̄ faciat
cū alexandro aduersū nos. Recordabitur
enim omnū malorꝫ fecimus in eū· et in frēm
eius: et in gentem eius. Et dedit ei ptātem
congregādi exercitū· et fabricare arma: et
esse ipsum sociū eius: et obsides qui erāt
in arce iussit tradi ei. Et venit ionathas in
iherusalē: ⁊ legit epistolas in auditu omis
populi· et eorꝫ qui in arce erant. Et timuerūt
timore magno: quomā audierūt q̄ dedit
ei rex potestatē congregādi exercitū. Et tra-
diti sunt ionathe obsides: ⁊ reddidit eos
parentibus suis. Et habitauit ionathas in
iherusalē: et cepit edificare· ⁊ innouare ciui-
tatē. Et dixit facentibꝫ opera ut extruerent
muros ⁊ montem syon in circuitu lapidibꝫ
quadratis ad munitionē: et ita fecerunt. Et
fugerūt alienigene qui erāt in munitionibꝫ
quas bachides edificauerat: et reliq̄t vnus-
quisq̄ locū ⁊ abijt in terrā suā: tantū in beth-
sura remanserūt aliqui ex hijs qui reliquerant legem ⁊ p̄ceptra dei. Erat enim hec eis
ad refugiū. Et audiuit alexāder rex p̄missa
que p̄misit demetrius ionathe: et narrauerūt
ei prelia ⁊ virtutes quas ipse fecit et fratres
eius et labores quos laborauerunt. Et ait.
Nūquid inuenemus aliquē virū talem?
Et nūc faciemus eū amicū ⁊ sociū nostrum.
Et scripsit epistolā: et misit ei secundū hec
verba dicens. Rex alexander· fratri ionathe
salutē. Audiuimus de te q̄ vir potens fis vi-
ribꝫ: et aptus es ut sis amicus nr̄. Et nūc cō-
stituimus te hodie sūmū sacēdotē gēis tue:
et ut amicus vocaris regis. Et misit ei pur-
puram ⁊ coronam aureā: ut que nostra sunt
sentias nobiscū: ⁊ obsecs amicicias ad nos.
Et induit se ionathas stola sancta septimo
mense· anno centesimo sexagesimo in die so-
lēm scenophegie. Et congregauit exercitū:
et fecit arma copiosa. Et audiuit demetrius
verba ista: et contristatus est nimis. Et ait.
Quid hoc fecim?: q̄ p̄occupauit nos alexā-
der ap̄hendē amicciā iudeorꝫ ad munimē
suis. Scribam ⁊ ego illi ba dep̄cator ⁊ di-
gnitates et dona: ut sit mecū in adiutorium.
Et sep̄sit ei in hec verba. Rex demetrius· gēti
iudeorꝫ salutem. Quomā seruastis ad nos
pactū ⁊ mansistis in amicicia nostra: et non
accessistis ad inimicos nostros: audiuim?
et gauisi sumus. Et nūc pseuerate adhuc cō-
seruare ad nos fidem: ⁊ retribuemus vobis
bona p hijs que fecistis nobiscū: et remitte-
mus vobis p̄stacōnes multas ⁊ dabimus
vobis donationes. Et nunc absoluo vos et
omnes iudeos a tributis: ⁊ p̄cia salis in dul-
geo: et coronas remitto. Et tertias seminis
et dimidiam partē fructus ligni quod est
portionis mee relinquo vobis ex hodierno
die ⁊ deinceps: ne accipiatur a terra iuda· et
a tribꝫ ciuitatibus que addite sunt illi ex
samaria et galilea: ex hodierna die et in to-
tum tempus. Et iherusalem sit sancta et li-
bera cū finibꝫ suis: et decime ⁊ tributa ipsius
sint. Remitto etiā potestatē arcis que est in
iherusalē ⁊ do eam summo sacerdoti: ut con-
stituat in ea viros quoscunq̄ ipe elegerit q̄
custodiant eam. Et omnem animā iudeorꝫ
que captiua est a terra iuda in omni regno
meo relinquo liberā gratis: ut omnes a tribu-
tis soluantur etiā pecorꝫ suorꝫ. Et oēs dies
solēnes ⁊ sabbta· et neomeme ⁊ dies decreti.

et tres dies ante diem solēnem. et tres dies
post diem solēnem sint omnes immunitatis
et remissiōis omib⁹ iudeis qui sūt in regno
meo. Et nemo habebit potestatē agere ali-
quid: et mouere negocia aduersus aliquē
illoꝝ in omni causa. Et ut ascribant ex iu-
deis in exercitu regis ad triginta milia viro-
rū. Et dabūtur illis copie ut opo: tet omib⁹
exercitib⁹ regis: et ex eis ordinabūtur qui
sint in munitiōib⁹ regis magni. Et ex his
constituentur sup negocia regni que agūt
ex fide: et principes sint ex eis q ambulent
legib⁹ suis: sicut precepit rex in terra iuda.
Et tres ciuitates que addite sunt iudee ex
regione samarie cū iudea reputētur ut sint
sub vno: q nō obediant aliene potestati nisi
summo sacerdoti: ptolomaida et confines
eius quas dedi donū sanctis qui sūt in ihe-
rusalez ad necessarios sumptus sanctoꝝ.
Et ego dabo singulis annis quindecim mi-
lia siclorꝝ argenti de rationib⁹ regis q̄ me
contingūt: et ōne quod reliquū fuerit qō
non reddiderant qui sup negocia erāt an-
nis prioribus: ex hoc dabūt in opera domus.
Et sup hec quinq; milia siclorꝝ argēti que
accipiebant de sanctoꝝ ratione p singlos
annos: et hec ad sacerdotes pertinēt qui mi-
nisterio fungūtur. Et quicūq; confugerint
in templū qō est iherosolimis et in omnib⁹
finib⁹ eius obnoxii regi in oīni negocio di-
mittantur: et vniuersa q̄ sūt in eis in regno
meo libera habēt. Et ad edificanda vel re-
stauranda opera sanctoꝝ sumptus dabūt
de ratione regis: q ad extruēdos muros in
iherusalē. et ominuēdos in circuitu sūptus
dabūtur de ratione regis: et ad ostruēdos
muros in iudea. Vt audiuit aūt ionathas
et populus sermones istos. nō crediderūt
eis nec receperūt eos: q̄ recor dati sūt mali-
tie magne quā fecerat in israhel: q tribula-
uerat eos valde. Et oplacuit eis in alexan-
drū: q̄ ipse fuerat eis princeps sermonū pa-
cis: et ipsi auxiliū ferebant omnib⁹ diebus.
Et ogregauit rex alexāder exēcitū magnū:
et admouit castra contra demetriū. Et omi-
serūt pliū reges q fugit exercitus demetrij:
et insecutus est eū alexāder: et incubuit sup
eos. Et inualuit preliū mimis. donec occidit
sol: et cecidit demetrius in die illa. Et misit
alexāder ad ptolomeū regē egipti legatos.
secōm hec verba dicēs. Quoniā regressus sū
in regnū meū et sedi in sede patrū meoꝝ et
obtinui principatū q otriui demetriū. et pos-
sedi regionē nostrā. et omisi pugnam cū eo
et contritus est ipse et castra eius a nobis et
sedemus in sede regni eius: et nūc statuam?
admicē amicicia q da mihi filiā tuā vxo-
rem: et ero gener tuus: et dabo tibi dona et
ipi digna tatē. Et rndit rex ptolomeus dicēs.
Felix dies in qua reuisus es ad terrā patrū
tuoꝝ: et sedisti in sede regni eoꝝ. Et nunc
faciam tibi qō scripsisti: sed occurre mihi
ptolomaidam ut videamus inuicē nos: et
spondeam tibi sicut dixisti. Et exiuit ptolo-
meus de egipto ipe q deopatra filia eius: et
venit ptolomaidam āno centesimo sexagesi-
mo secōdo. Et occurrit ei alexander rex. Et de-
dit ei cleopatram filiam suā: et fecit nupias
eius ptolomaide. sicut reges in magna glo-
ria. Et scripsit alexander rex ionathe: ut ve-
niret obuiam sibi. Et abijt cū gloria ptolo-
maidā et occurrit ibi duob⁹ regib⁹: q dedit
illis argentū multū q aurū q dona: et inuenit
gratiā in ospectu eoꝝ. Et conuenerūt aduer-
sus eū viri pestilētes ex israhel viri iniqui im-
pellantes aduersus eū: et non intendit ad
eos rex. Et iussit spoliari ionathan vestib⁹
suis: et induī eū purpura. Et ita fecerūt. Et
collocauit eū rex sedere secū: dixitq; pīcipi-
bus suis. Exite cū eo in mediū ciuitatis: et p-
dicate ut nemo aduersus eū interpellet de vl-
lo negotio: nec quisq̄ ei molestus sit de vlla
ratione. Et factū est ut viderūt qui interpel-
labant gloriā eius que p dicabatur. et optū
eū purpura: fugerūt omnes. Et magnificauit
eū rex: et scripsit eū inter primos amicos: q
posuit eum ducem q participem pīcipatus.
Et reuisus est ionathas in iherusalē: cū pace
et letitia. In āno centesimo sexagesimo quīto
venit demetrius filius demetrij a creta in ter-
ram patrū suoꝝ. Et audiuit alexāder rex q
contristatus ē valde: et reuisus est antiochiā.
Et constituit demetrius rex appollonium
ducem qui erat celesyrie: et congregauit
exercitum magnum et accessit ad iamniam:
et misit ad ionathan sūmū sacerdotē dicēs.

Tu solus resistis nobis. Ego autē factus
sum in derisū et in opprobriū: ꝓpterea quia
tu potestatē aduersū nos exerces in montī-
bus. Nūc ergo si confidis in virtutib⁹ tuis
descende ad nos in campū et comparemus
illic inuicē: quia mecū est virtus bellorū. In-
terroga et disce quis sum ego et ceteri qui
auxilio sunt michi: qui et dicūt quia non po-
test stare pes vester. ante faciem nostram:
quia bis in fugam conūsi sūt patres tui in
terram suam. Et nūc quō poteris sustinere
equitatū et exercitū tantū in campo vbi non
est lapis neq⁹ saxum: neq⁹ locus fugiendi?
Vt audiuit aūt ionathas sermones appol-
lonij: motus est animo. Et elegit decem mi-
lia virorū: et exiit ab ierusalē: et occurrit
ei symon frater eius in adiutoriū. Et appli-
cuerūt castra in ioppen. Et exclusit eū a ciui-
tate: quia custodia appolonij ioppe erat: et
oppugnauit eam. Et exterriti qui erant in
ciuitate aperuerūt ei: et obtinuit ionathas
ioppen. Et audiuit appollonius: et admo-
uit tria milia equitū. et exercitum multū. Et
abijt in azotum tanq̄ iter faciens: et statim
exiit in campū: eo quod haberet multitudi-
nem equitū. et confideret in eis. Et insecutus
est eū ionathas in azotū: et cōmiserūt plū.
Et reliquit appollonius in castris mille eq̄tes
post eos occulte. Et cognouit ionathas
q̄m insidie sunt post se: et circuierunt castra
eius: et iecerūt iacula in ꝓplm a mane usq⁹
ad vesperam. Populus aūt stabat sicut pce-
pit ionathas: et laborauerūt equi eorū. Et
eiecit symon exercitū suū: et cōmisit contra
legionem. Equites enim fatigati erant. Et
contriti sunt ab eo: et fugerūt. Et q̄ dispersi
sunt per campū fugerūt in azotū: et intrauē-
runt in bethagon idolū suū: ut ibi se libera-
rent. Et succendit ionathas azotum et ciui-
tates que erant in circuitu eius: et accepit
spolia eorū: et templū dagon et omnes qui
fugerūt in illud succendit igni. Et fuerūt q̄
ceciderūt gladio cū his qui succensi sunt:
fere octo milia virorū. Et mouit inde iona-
thas castra: et applicuit ea ascalonam et
exierunt de ciuitate obuiam illi in magna
gloria. Et reuersus est ionathas in ierusa-
lem cū suis habentib⁹ spolia multa. Et factū
est ut audiuit alexander rex sermones istos:
addidit adhuc glorificare ionathan. Et
misit ei fibulam auream: sicut consuetudo ē
dari cognatis regū. Et dedit ei accharon
et omnes fines eius in possessionem. XI

Et rex egipti congregauit exercitū sicē
arenam que ē circa oram maris. et na-
ues multas: et querebat obtinere regnum
alexandri dolo: et addere illud regno suo.
Et exijt in syriam verbis pacificis: et aperie-
bantur ei ciuitates. et occurrebant ei: quia
mandauerat alexander rex exire ei obuiam.
eo q̄ socer suus esset. Cū autē introiret ciui-
tatem ptolomeus: ponebat custodias mili-
tum in singulis ciuitatib⁹. Et ut appropiauit
azoto ostenderūt ei templū dagon succensū
igni: et azotum et cetera eius demolita. et cor-
pora proiecta: et eorū qui cesi erāt in bello tu-
mulos. quos fecerant secus viam. Et narra-
uerūt regi quia hæc fecit ionathas: ut mudi-
am facerent ei. Et tacuit rex. Et occurrit io-
nathas regi in ioppen cū gloria: et inuicem
se salutauerūt: et dormierūt illic. Et abijt io-
nathas cū rege usq⁹ ad fluuiū qui vocabat
eleutherus et reuersus est in ihrlm. Rex autē
ptolomeus obtinuit dūm ciuitatū usq⁹ seleu-
tiam maritimam: et cogitabat in alexandrū
consilia mala. Et misit legatos ad demetriū
dicens: Dem componamus inter nos pa-
ctum et dabo tibi filiā meā quā habet alexā-
der: et regnabis in regno patris tui. Pemitet
enim me: q̄ dederim illi filiam meam. Nue-
runt enim me occidere. Et vituperauit eum:
ꝓpterea q̄ concupierat regnū eius. Et abs-
tulit filiam suā et dedit eam demetrio: et alie-
nauit se ab alexandro: et manifestate sunt
inimicicie eius. Et intrauit ptolomeus antio-
chiam: et imposuit duo diademata capiti suo.
egipti et asie. Alexander autē rex erat in ci-
licia illis temporib⁹: q̄ rebellabant qui erāt
in locis illis. Et audiuit alexander: et venit
ad eū in bellū. Et produxit ptolomeus rex
exercitū: et occurrit ei in manu valida: et fu-
gauit eū. Et fugit alexander in arabiam: ut
ibi protegeretur. Rex autē ptolomeus exal-
tatus est: et abstulit zabdiel arabs caput
alexādri: et misit ptolomeo. Et rex ptolome-
us mortuus est in die tercia: et qui erant in

munitiombꝫ pierũt ab hijs qui erant intra
castra. Et regnauit demetrius anno centesimo septuagesimo septimo. In diebus illis congregauit ionathas eos qui erant in iudea ut expugnarent arcẽ que est in ihrsln: et fecerunt contra eã machinas multas. Et abierũt quidã qui oderãt gentẽ suam viri iniqui ad regẽ demetriũ: et renũciauerũt ei q̃ ionathas obsideret arcẽ. Et ut audiuit iratus est. et statim venit ptolomaidam: et scripsit ionathe ne obsideret arcem: sed occurreret sibi ad colloquium festinato. Vt audiuit autẽ ionathas iussit obsideri. Et elegit de seniorib̃ israhel. et sacerdotib̃: et dedit se periculo. Et accepit aurũ. et argẽtũ et vestẽ. et alia xenia multa: et abiit ad regẽ ptolomaidã: et inuenit gratiã in ospcũ eius. Et interpellabant adũsus eũ quidã iniqui ex gente sua. Et fecit ei rex: sicut fecerant ei qui ante eum fuerant. Et exaltauit eũ in cõspectu omniũ amicorꝫ suorꝫ: et statuit ei pn̄cipatũ sacerdotij. et quecunq̃ alia habuit prius p̃ciosa: et fecit eũ principem amicorꝫ. Et postulauit ionathas a rege ut immunẽ faceret iudeã. tres toparchias id ẽ samariam. et ofines eius: et pmisit ei talẽta trecenta. Et consensit rex: et scripsit ionathe epl'as de hijs omnib̃ hũc modũ oinẽtes. Rex demetrius fratri ionathe salutẽ. et gẽti iudeorꝫ. Exemplũ epistole quã scripsimus lasthem parenti nostro de nobis misimus ad vos: ut scietis. Rex demetrius lasthem parenti salutẽ. Genti iudeorꝫ amicis nr̃is. et oseruantib̃ que iusta sunt apud nos decreuimus benefacere ꝓpter bemgnitatẽ iporꝫ quam erga nos habẽt. Statuimus ergo illis oes fines iudee. et tres ciuitates lydã. et ramathe que addite sũt iudee. et samariã. et omes cõfines eaꝝ sequestrari omnib̃ sacrificãtib̃ in ihrosolimis: pro hijs que ab eis prius rex accipiebat p̃ singulos annos: et p̃ fructib̃ terre. et pomorꝫ. Et alia que ad nos pertinebant decimaꝝ. et tributorꝫ. ex hoc tpe remittimus eis. et areas salinaꝝ. et coronas que nobis deferebãt omia ipis ꝓcedimus: et nihil horꝫ irritũ erit ex hoc. et in ome tps. Nunc ergo curate facere horꝫ exemplũ: et detur ionathe. et ponatur in mõte sancto. et in loco celebri. Et videns demetrius rex q̃ siluit terra in conspectu suo. et nihil ei resistit dimisit totũ exercitũ suũ vnũ quẽq̃ in locũ suum. excepto peregrino exẽcitu quẽ traxit ab insulis gentiũ: et inimici erant ei omes exercitus patrũ eius. Triphon aũt erat quidã partiũ alexãdri prius: et vidit quoniã omis exercitus murmurauit contra demetriũ: et iuit ad emalchuel arabũ qui nutriebat antiochum filiũ alexãdri: et assidebat ei ut traderet eum ipi: ut regnaret in loco patris sui. Et enũciauit ei quanta fecit demetrius: et inimicicias exercitũ eius adũsus illũ. Et mansit ibi diebus multis. Et misit ionathas ad demetriũ regem ut eiceret eos qui in arce erãt in iherusalẽ. et qui in p̃sidijs erant: q̃ impugnabant israhel. Et misit demetrius ad ionathã dicens. Nõ hoc tantũ faciã tibi. et genti tue: sed gloria illustrabo te. et gentẽ tuã cũ fuerit opportunũ. Nũc ergo recte feceris si miseris in auxilũ michi viros: q̃ discessit omis exẽcitus meus. Et misit ei ionathas tria milia virorꝫ fortiũ antiochiam. Et venerunt ad regem: et delectatus est rex in aduentu eorꝫ. Et ouenerũt qui erant in ciuitate. centumiligintamilia virorꝫ: et volebant interficere regem. Et fugit rex in aulam: et occupauerũt qui erant de ciuitate interiora ciuitatis: et ceperũt pugnare. Et vocauit rex iudeos in auxilũ: et ouenerũt omes simul ad eũ. Et dispersi sunt omes p̃ ciuitatẽ: et occiderũt in illa die centũmilia hominũ. Et succendert ciuitatẽ: et ceperũt spolia multa in illa die: et liberauerũt regem. Et vidert qui erant de ciuitate q̃ obtinuissent iudei ciuitatẽ sicut volebãt: et infirmati sũt mente sua: et clamauert ad regẽ cum p̃cib̃ dicentes. Da nobis dextras: et cessent iudei oppugnare nos. et ciuitatẽ. Et p̃iecerũt arma sua. et fecerũt pacem. Et glorificati sũt iudei in conspectu regis. et in ospectu omniũ qui erant in regno eius: et nominati sunt in regno. Et regressi sunt in iherusalẽ: habentes spolia multa. Et sedit demetrius rex in sede regni sui: et siluit terra in ospcũ eius. Et mẽtitus est oia quecũq̃ dixit: et abalienauit se a ionatha et nõ retribuit ei secundum beneficia que sibi tribuerat: et vexabat eũ valde. Post hec autẽ reuersus est triphon

et antiochus cū eo puer adolescens: et regnauit et imposuit sibi diadema. Et ogregati sūt ad eū omnes exercitus quos dispserat demetrius: et pugnauerūt contra eū: et fugit et terga verūt. Et accepit triphon bestias: et obtinuit antiochiam. Et scripsit antiochus adolescens ionathe dicēs. Constituo tibi sacerdotiū: et ostituo te sup quatuor ciuitates: ut sis de amicis regis. Et misit illi vasa aurea in ministerū et dedit ei potestatē bibendi in auro ⁊ esse in purpura: et habere fibulā aureā. Et simonē fratrē eius cōstituit ducē a terminis tyri usq ad fines egipti. Et exijt ionathas et pambulabat trās flumē ciuitates: et ogregatus ē ad eū omis exercitus sirie in auxiliū. Et venit ascalonē: et occurrerūt ei honorifice de ciuitate. Et abijt inde gazam ⁊ concluserūt se q̄ erāt gaze. et obsedit eam: et succendit que erāt in circuitu ciuitatis: et p̄datus est eam. Et rogauerūt gasenses ionathan ⁊ dedit illis dextram: et accepit filios eorū obsides. et misit illos in ihrlm: et pambulauit regionem usq damascū. Et audiuit ionathas q̄ preuaricati sūt principes demetrij in cades que est in galilea cū exercitu multo volentes eū remouere a negocio regni: et occurrit illis: fratrem autē suū simonē reliquit intra pinciam. Et applicuit simon ad bethsuram: et expugnabat eam diebus multis: et conclusit eos. Et postulauerūt ab eo dextras accipe: et dedit illis. Et eiecit eos inde et cepit ciuitatē: et posuit in ea presidiū. Et ionathas et castra eius applicuerūt ad aquam genesar: et ante lucem vigilauerūt in campo asor. Et ecce castra alienigenarū occurrebāt in campo: et tendebant ei insidias in montibus: ipe autem occurrit ex aduerso. Insidie vero exsurrexerūt de locis suis: et cōiserūt preliū. Et fugerūt q̄ erant ex parte ionathe omes: et nemo relictus est ex eis nisi mathatias filius absolomi: et iudas filius calphi: princeps militie exercitus. Et scidit ionathas vestimēta sua: et posuit terrā in capite suo: et oauit. Et reuersus est ionathas ad eos in preliū: et conuīt eos in fugam: et pugnauerūt. Et viderūt qui fugiebant partis illius. et reuersi sūt ad eū: et insequebantur cū eo omes usq cades ad castra sua: et peuenerunt usq illuc. Et ceciderūt de alienigenis in die illa tria milia virorū: et reuersus est io-

ET vidit nathas in ihrlm. XII

ionathas quia tempus eum iuuat: et elegit viros: et misit eos romā statuere et renouare cū eis amiciciā. Et ad spartiatas et ad alia loca misit epistolas secūdū eandem formam. Et abierūt romam: et intrauerūt curiam et dixerūt. Ionathas siūmus sacerdos et gens iudeorū miserūt nos: ut renouem? amiciciā et societatē secundū pristinū. Et dederūt illis epistolas ad ipos per loca: ut deducerent eos in terrā iuda cū pace. Et hoc est exemplum epistolarū quas scripsit ionathas spartiatis. Ionathas siūmus sacerdos. et seniores gentis. et sacerdotes. et reliquus populus iudeorū. spartiatis fratribus salutē. Iam pridem misse erant epistole ad oniam summū sacerdotem a dario qui regnabat apud vos: qm estis fratres nostri: sicut scriptum continet qō subiectum est. Et suscepit onias virum qui missus fuerat cū honore: et accepit epistolas in quibus significabatur de societate et de amiciciā. Nos enim cū nullo horū indigeremus. habētes solatio sanctos libros qui sūt in manibus nostris: maluimus mittere ad vos renouare fraternitatē ⁊ amiciciā: ne forte alieni efficiamur a vobis. Multa enim tempora transierunt exquo misistis ad nos. Nos ergo in omi tempore sine intermissione. in diebus solemnibus et ceteris quibus oportet. memores sumus vri in sacrificijs que offerimus. et in obseruationibus: sicut phas est et decet. meminisse fratrū. Letamur itaq de gloria vestra. Nos autē circūdederunt multe tribulationes. et multa prelia: et impugnauerūt nos reges qui sūt in circuitu nostro. Noluimus ergo vobis molesti esse: neq ceteris socijs et amicis nostris in bijs plijs. Habuimus enim de celo auxiliū: et liberati sumus nos: et humiliati sūt inimici nostri. Elegimus itaq neumemū antiochi filiū et antipatrē iasonis filiū: et misimus ad romanos renouare cū eis amiciciā et societatem pristinā. Mandauimus itaq eis ut veniant etiam ad vos: et salutent vos: et reddant vobis epistolas nras de innouatione

fratermitatis nostre. Et nunc benefacietis:
respondetes nobis ad hec. Et hoc rescriptū
epistolarū: qō misit omas. Rex spartiatarū
omas. ionathe sacerdoti magno salutem.
Inuentū est in scriptura de spartiatis & iude
is quomā sunt fratres: & q̄ sūt de genere a
brahā. Et nūc exquo hec cognouimus: bñ
facatis scribētes nobis de pace vestra. Sed
et nos rescripsimus vobis. Pecora nostra
& possessiōes nostre vestre sūt: & vīe nostre.
Mandauimus itaq̄ hec nūciari vobis. Et
audiuit ionathas quomā egressi sūt prin
cipes demetrij cum exercitu multo supra q̄
prius pugnare aduersus eū: & exiit ab ihe
rusalem: et occurrit eis in amathite regio
ne. Non enim dederat eis spacū ut ingre
derētur regionē eius. Et misit speculatores
in castra eorū: et reuersi renunciauerunt q̄
constituerūt supuenire illic nocte. Cū occi
disset autē sol. p̄cepit ionathas suis vigila
re: et esse in armis paratos ad pugnā tota
nocte. Et posuit custodes p circuitū castro
rū. Et audierunt aduersarij q̄ paratus est
ionathas cū suis in bello: et timuerūt et for
midauerūt in corde suo: et accendēt focos
in castris suis. Ionathas autē & qui cū eo
erāt non cognouerūt usq̄ mane. Viderūt
autē lumina ardentia: et secutus ē eos ion
athas: et nō oppēdit eos. Transierūt enim
flumē eleutherū. Et diuertit ionathas ad a
rabes qui vocabātur zabadei: & percussit eos.
et accepit spolia eorū. Et iunxit. et venit da
mascū: et pambulabat omēq̄ regionē illam.
Simon autē exiit. et venit usq̄ ascalonē
et ad prima p̄sidia: et declinauit in ioppen:
et occupauit eam. Audiuit enim q̄ vellent
presidiū tradere partibū demetrij: et posuit
ibi custodes: ut custodirent eā. Et reuisus
est ionathas & conuocauit seniores populi: &
cogitauit cū eis edificare p̄sidia in iudea:
et edificare muros in iherusalē. et exaltare
altitudine magna inter mediū arcis & ciui
tatis. ut separaret eam a ciuitate. ut essē ipa
singulariter: et neq̄ vendāt neq̄ emant. Et
conuenerūt ut edificarēt ciuitatē: & cecidit
murus qui erat sup torrentē. ab ortu solis.
et reparauit eū q̄ vocat̄ caphethera. Et simō
edificauit adiada in sephela. et munuit eā:
et imposuit portas & seras. Et cum cogitasset
triphon regnare asye. et assumere diadema.
et extendere manū in antiochū regē: timēs
ne forte non pmitteret eū ionathas sed pu
gnaret aduersus eū: querebat oppēdere
eū & occidere. Et exsurgēs abiit in bethasan:
& exiit ionathas obuiā cū qua draginta mi
libus virorū electorū in pliū: et venit bethasan.
Et vidit triphon q̄ venit ionathas cū exer
citu multo ut extēderet in eū manū. et timuit.
Et excepit eū cū honore: & omēdauit eū omi
bus amicis suis: et dedit ei munera. Et p̄ce
pit exercitibus suis ut obedirēt ei sicut sibi. Et
dixit ionathe: Vt q̄d vexasti vniuersū pplm:
cū nobis bellum nō sit. Et nunc remitte eos
in domos suas. Elige autem viros paucos
qui tecū sint: et veni mecū ptolomaidam. et
tradam eā tibi: et reliqua p̄sidia. et exercitū.
et vniuersos p̄positos negocij: et oūsus abi
bo. Propterea enim veni. Et credidit ei: & fe
cit sicut dixit & dimisit exercitū: et abierūt in
terram iuda. Retinuit autē secū tria milia vi
rorū: ex quibus remisit in galileā duo milia:
mille autē venerūt cū eo. Vt autem intrauit
ptolomaidam ionathas. clauserūt portas
ciuitatis ptolomenses: et oppēderūt eū: et
omēs qui cū eo intrauerunt. gladio interfe
cerūt. Et misit triphon exercitū & equites in
galileā & in campū magnū: ut pderēt omēs
socios ionathe. At illi cū ognouissent quia
comp̄hensus est ionathas & perijt. et omēs
qui cū eo erāt: hortati sūt semetipsos. et exie
rūt parati in preliū. Et videntes hij q̄ ms̄ecuti
fuerāt q̄ p ammares est illis. reuersi sūt: illi
autē venerunt omēs cum pace in terrā iuda.
Et planxerunt ionathan: et eos qui cū ipso
erāt valde. Et luxit israhel luctu magno. Et
quesierūt omēs gentes qui erant in circuitu
eorū oterere eos. Dixerūt enim. Non habēt
pncipē & adiuuantē: nūc ergo expugnemq̄
illos: & tollamus de hominibus memoriā eorū.

XIII

Et audiuit simō q̄ ogre
gauit triphon exercitū copiosū. ut ve
niret in terrā iuda & attereret eam: videns
quia in tremore populus est et in timore. a
scendit iherusalem et congegauit populū:
et adhortans dixit. Vos satis quanta
ego et frēs mei. & domus patris mei fecimus

doctrina eius. Erat enim docens eos quaſi
ptatem habens: ⁊ nõ ſicut ſcribe. Et erat in
ſinagoga eorꝫ homo in ſpũ immũdo: ⁊ ex-
clamauit dicens. Quid nobis ⁊ tibi ihesu na-
zarene? Venisti pdere nos. Scio qui ſis:
ſanctus dei. Et ꝓminatus ē ei ihesus dicens.
Obmutesce: ⁊ exi de homine. Et diſcerpẽs
eum ſpus immũdus ⁊ exclamãs voce ma-
gna: exijt ab eo. Et mirati ſunt omnes: ita ut
ꝓquireret inter ſe dicentes. Quid nã ē hoc?
Que nam doctrina hec noua? Quia in ptã-
te ſpiritib⁹ immũdis imperat: ⁊ obediũt ei.
Et pceſſit rumor eius ſtatim in oẽz regiõem
galilee. Et ꝓtinus egredientes de ſinagoga:
venerũt in domũ ſimonis ⁊ andree cũ iaco-
bo et iohane. Decumbebat aũt ſocrus ſimo-
nis febricitãs: ⁊ ſtatim dicũt ei de illa. Et ac-
cedens eleuauit eam appheńsa manu eius:
et ꝓtinuo dimiſit eam febris: ⁊ miniſtrabat
eis. Veſpe aũt facto cũ occidiſſet ſol affere-
bant ad eũ oẽs male hãntes: ⁊ demonia hã-
tes: ⁊ erat omnis ciuitas ꝓgregata ad ianu-
am. Et curauit multos q̃ vexabãtur varijs
languoribꝫ: ⁊ demonia multa eiciebat: ⁊ nõ
ſinebat ea loqui quoniã ſciebãt eũ. Et dilu-
culo valde ſurgẽs egreſſus abijt in deſertuz
locũ: ibiq̃ orabat. Et pſecutus eſt eũ ſimõ:
et qui cũ illo erant. Et cum inuenſſent euz
dixerũt ei: q̃ omnes querunt te. Et ait illis.
Eamus in primos vicos ⁊ ciuitates: vt et
ibi p̃dicem. Ad hoc enim veni. Et erat p̃di-
cans in ſinagogis eorꝫ ⁊ in omni galilea: et
demonia eiciẽs. Et venit ad eũ leproſus de-
pcans eũ: ⁊ genuflexo dixit. Si vis potes
me mundare. Ihesus aũt miſertus eius extẽ-
dit manũ ſuã: ⁊ tangens eum ait illi. Volo.
Mundare. Et cũ dixiſſet ſtatim diſceſſit ab
eo lepra: ⁊ mũdatus eſt. Et ꝓminatus ē ei
ſtatimq̃ eiecit illũ: ⁊ dicit ei. Vide nemi di-
xeris: ſed vade oſtende te principi ſacẽdotuz:
et offer p emundacõe tua q̃ precepit moy-
ſes in teſtimoniũ illis. Et egreſſus cepit p̃-
dicare ⁊ diffamare ſimonẽ: ita vt iam non
poſſet manifeſte introire in ciuitatem ſed foris
in deſertis locis ē: ⁊ ꝓueniebãt ad eũ vndiq̃.

Et iterũ intrauit capharnaũ II
poſt dies: ⁊ auditũ eſt q̃ in domo eſ-
ſet ⁊ ꝓuenerũt multi ita vt nõ caperet neq̃
ad ianuã: ⁊ loquebatur eis verbũ. Et vene-
runt ad eum ferẽtes paraliticũ: qui a quatu-
or portabatur. Et cum non poſſent offerre
eum illi p turba nudauerũt tectũ vbi erat:
et patefaciẽtes ſubmiſerũt grabatũ in quo
paraliticus iacebat. Cum autẽ vidiſſet ihesus
fidem illorꝫ: ait paralitico. Fili dimittũt tibi
peccata tua. Erant aũt illic quidã de ſcribis
ſedẽtes: ⁊ cogitantes in cordib⁹ ſuis. Quid
hic ſic loquit? Blaſphemat. Quis poteſt di-
mittere peccata: niſi ſolus deus? Quo ſtati
cognito ihesus ſpiritu ſuo q̃ ſic cogitarent

mtra se: dicit illis. Quid ista cogitatis in
cordibus vestris? Quid est facilius. dicere
paralitico dimittuntur tibi peccata: an dicere
surge tolle grabatum tuum & ambula? Vt autem
sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra
dimittendi peccata: ait paralitico. Tibi di-
co surge: tolle grabatum tuum: & vade in domum
tuam. Et statim surrexit ille: & sublato grabato
abijt in de coram omnibus ita vt mirarentur
omnes & honorificarent deum dicentes: quia
nunquam sic vidimus. Et egressus est rursus ad
mare: omisq; turba venebat ad eum: et do-
cebat eos. Et cum preteriret vidit leum alphei
sedentem ad theloneum: & ait illi. Sequere
me. Et surgens secutus est eum. Et factum est cum
accumberet in domo illius: multi publicani
et peccatores simul discumbebant cum ihesu &
discipulis eius. Erant enim multi qui & seq-
bantur eum. Et scribe et pharisei videntes
quia manducaret cum publicanis & peccoribus:
dixerunt discipulis eius. Quare cum publica-
nis et peccatoribus manducat & bibit magi-
ster vester? Hoc audito ihesus ait illis. Non
necesse habent sani medico: sed qui male ha-
bent. Non enim venit vocare iustos: sed pec-
catores. Et erant discipuli iohannis & phari-
sei ieiunantes: et venunt & dicunt illi. Quare di-
scipuli iohannis & pharisei ieiunant: tui au-
tem discipuli non ieiunant? Et ait illis ihesus.
Numquid possunt filij nuptiarum quandiu sponsus
est cum illis ieiunare? Quanto tempore habent secum
sponsum non possunt ieiunare. Venient autem dies
cum auferetur ab eis sponsus: & tunc ieiunabunt in
illis diebus. Nemo assumentum panni rudis
assuit vestimento veteri. Alioquin aufert sup-
plementum nouum a veteri: & maior scissura fit.
Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres:
alioquin dirumpet vinum vtres. et vinum effunde-
tur: & vtres peribunt. Sed vinum nouum in vtres
nouos mitti debet. Et factum est iterum cum
sabbatis ambularet per sata: & discipuli eius
ceperunt pgredi & vellere spicas. Pharisei
autem dicebant ei. Ecce quid faciunt discipuli
tui sabbatis: quod non licet. Et ait illis. Numquam
legistis quid fecerit dauid quando necessi-
tatem habuit & esurijt ipse & qui cum eo erat:
quomodo introiuit in domum dei sub abiathar prin-
cipe sacerdotum & panes proposicionis manducauit
quos non licebat manducare nisi solis sacer-
dotibus et dedit eis et qui cum eo erant? Et di-
cebat eis. Sabbatum propter hominem factum
est: et non homo propter sabbatum. Itaque dominus
est filius hominis etiam sabbati. III

Et introiuit iterum in sinagogam: et
et erat ibi homo habens manum aridam.
Et obseruabant eum si sabbatis curaret: vt
accusarent illum. Et ait homini habenti manum
aridam. Surge in medium. Et dicit eis. Licet
sabbatis benefacere an male: animam saluam
facere an perdere? At illi tacebant. Et circumspi-
ciens illos cum ira: contristatus super cecitate
cordis eorum dicit homini. Extende manum tuam.
Et extendit: & restituta est manus illi. Exeun-
tes autem pharisei statim cum herodianis consilium
faciebant aduersus eum: quomodo eum perderent
Ihesus autem cum discipulis suis secessit ad ma-
re: & multa turba a galilea et iudea secuta est
eum: et ab iherosolomis & ab idumea et trans
iordanem & qui circa tyrum et sydonem multi-
tudo magna audientes que faciebat venerunt
ad eum. Et dixit ihesus discipulis suis: ut in
nauicula sibi deseruiret propter turbam ne op-
merent eum. Multos enim sanabat: ita vt ir-
ruerent in eum vt illum tangerent quotquot ha-
bebant plagas. Et spiritus immundi cum illum
videbant procidebant ei: & clamabant dicentes.
Tu es filius dei. Et vehementer comminabatur
eis: ne manifestarent illum. Et ascendens in mon-
tem vocauit ad se quos voluit ipse: & vene-
runt ad eum. Et fecit vt essent duodecim cum illo:
et vt mitteret eos predicare. Et dedit illis po-
testatem curandi infirmitates: & eiciendi demo-
nia. Et imposuit simoni nomen petrus. Et ia-
cobum zebedei & iohannem fratrem iacobi: & im-
posuit eis nomina boanerges quod est filij tonitrui.
Et andream & philippum et bartholomeum
et matheum: & thomam et iacobum alphei & tha-
deum & simonem chananeum: et iudam scarioth
qui tradidit illum. Et venunt ad domum. Et
conuenit iterum turba: ita vt non possent neque
panem manducare. Et cum audissent sui: exi-
erunt tenere eum. Dicebant enim: quoniam in furore
est. Et scribe qui ab iherosolimis descen-
derant dicebant quoniam beelzebub habet: & quia
in principe demoniorum eicit demonia. Et con-
uocatis eis: in parabolis dicebat illis. Quo-

potest sathanas sathanā eicē? Et si regnū
in se diuidat: non potest regnū illud stare.
Et si domus sup semetipāz dispriat: nō po-
test domus illa stare. Et si sathanas ꝯsurre-
xerit in semetipm dispritus est. ⁊ nō poteit
stare ꝫ finez habet. ¶ Nemo potest vasa for-
tis ingressus in domū diripere nisi ꝓius for-
tem alliget: ⁊ tūc domū eius diripiet. Amē
dico vobis: qm̄ omnia dimittētur filijs ho-
minū peccata ⁊ blasphemie quib⁹ blasphe-
mauerūt. Qui autem blasphemaueit in spi-
ritū sanctū nō habebit remissiōez in eternū:
sed reus erit eterni delicti: quoniā dicebāt
spiritum immundū habet. Et veniūt mater
eius ⁊ frēs: et foris stantes miserūt ad eū
vocātes eum. Et sedebat circa eū turba: ⁊
dicūt ei. Ecce mater tua ⁊ frēs tui foris que-
rūt te. Et respondēs eis ait. Que est mater
mea et frēs mei? Et circūspiciēs eos qui in
circuitu eius sedebāt ait. Ecce mater mea ⁊
frēs mei. Qui enim fecerit voluntatem dei:
hic frater meus et soror mea et mater est.

Iterum cepit docere ad IIII
mare: ⁊ cōgregata ē ad eum turba
multa ita vt in nauim ascendēs sederet in
mari: et omis turba circa mare sup terram
erat: ⁊ docebat eos in parabolis multa: ⁊ di-
cebat illis in doctrina sua. Audite. Ecce e-
xijt seminās ad seminandū. Et dū semiat:
aliud cecidit circa viam ⁊ venerūt volucres
celi et comederūt illud. Aliud vero cecidit
sup petrosa vbi nō habuit terrā multam: et
statiz exortū est quoniā nō habebat altitu-
dinē terre: et quādo exortus est sol exestua-
uit et eo q̄ non habebat radicē exaruit. Et
aliud cecidit in spinas: ⁊ ascenderūt spine
et suffocauerūt illud: ⁊ fructum nō dedit
Et aliud cecidit in terrā bonā ⁊ dabat fru-
ctum ascendentē ⁊ crescentē: et afferebat
vnū trigīta et vnū sexagīta: ⁊ vnū cen-
tum. Et dicebat. Qui habet aures audi en-
di audiat. Et cū essz singularis: interroga-
uerūt eum hij qui cū eo erant duodecī para-
bolaz. Et dicebat eis. Vobis datū est nos-
se misteriū regni dei: illis autem qui foris
sūt in parabolis omnia fiūt. vt videntes vi-
deāt et nō videant: ⁊ audientes audiāt ⁊ nō
intelligāt: ne quādo conuertant et dimittāt
eis peccata. Et ait illis. ¶ Nesciis parabolaz
hās? Et quomodo omes parabolas cognos-
ceis? Qui seminat: verbuz seminat. Hij au-
tē sūt qui circa viā vbi seminatur verbuz: et cū
audierint ꝯfestim venit sathanas ⁊ aufert
quod seminatum ē in corde eorz. Et hij sūt
similiter q̄ supra petrā seminātur: qui cum au-
dierint verbum statim cum gaudio accipiūt il-
lud ⁊ nō habent radicē in se sed tpales sūt:
deinde orta tribulacōne ⁊ pseciione ꝓpter
verbum ꝯfestim scandalizātur. Et alij sūt qui
in spinis seminātur. Hij sūt qui verbū audiūt
et erumne seculi ⁊ decepcō diuitiarz ⁊ circa
reliq̄ concupiscentie intro euntes suffocāt ver-
bum: et sine fructu efficitur. Et hij sūt q̄ sup
terrā bonam seminati sūt: qui audiūt verbū
et suscipiūt: et fructificāt vnū trigīta vnū
sexagīta ⁊ vnū centū. Et dicebat illis. ¶ Nū
quid venit lucerna vt sub modio ponatur
aut sub lecto? ¶ Nōne vt sup candelabrū po-
natur? ¶ Nō est enim aliq̄d absconditz q̄d
nō manifestet: nec factum ē occultū quod
nō veniat in palam. Si quis habet aures
audiendi audiat. Et dicebat illis. Videte
quid audiatis. In qua mensura mensi fuei-
tis remetietur vobis. Qui enim habet dabi-
tur illi: ⁊ qui nō habet: etiaz quod habet au-
feret ab eo. Et dicebat. Sic est regnū dei:
quēadmodū si homo iaceat sementē in ter-
ram ⁊ dormiat: et exsurgat nocte et die et
semen germinet ⁊ increscat dū nesciat ille.
Vltro enim terra fructificat: ꝓmū herbam.
deinde spicā: deinde plenū frumentū in spi-
ca. Et cum se pduxeit fructus statim mittit
falcem: qm̄ adest messis. Et dicebat. Cui
assimilabimus regnum dei: aut cui parabo-
le ꝯparabimus illud? Sicut granū synapis
q̄ cum seminatū fuerit in terra minus est o-
mnib⁹ seminib⁹ que sūt in terra: ⁊ cum natū
fueit ascendit in arborem ⁊ fit maius omni-
bus oleribz: ⁊ facit ramos magnos ita vt
possint sub vmbra eius aues celi habitare.
Et talib⁹ multis parabolis loquebatur eis
verbuz ꝓut poterāt audire: sine parabola
autem nō loquebat eis. Seorsū aūt disci-
pulis disserebat omia. Et ait illis in illa die
cū sero esset factū. Transeamus ꝯtra. Et di-
mittētes turbā assumūt eū ita ut erat in naui:

et alie naues erāt cū illo. Et facta ē ꝓcella
magna vēti: ⁊ fluctus mittebat in nauim:
ita vt impleret̃ nauis. Et erat ipe in puppi
sup ceruical dormiēs: et excitant eū ⁊ dicūt
illi. Magister: nō ad te ꝓtinet q̃ perimus?
Et exurgēs ꝯminatus est vēto. ⁊ dixit ma-
ri. Tace: obmutesce. Et cessauit ventus: et
facta est tranquilitas magna. Et ait illis
Quid timidi estis? Nondū habetis fidē. Et
timuerūt timore magno: ⁊ dicebāt ad alter-
utrū. Quis putās est iste: q̃ vētus ⁊ mare
Et venerūt trās V obediūt ei.
fretum maris in regionē gerasenorū.
Et exeūti ei de naui statim occurrit de monu-
mētis homo in spū immūdo: qui domiciliū
habebat in monumētis. Et neq; cathenis
iam quisq̃ poterat eū ligare: qm̃ sepe ope-
dibꝫ ⁊ cathenis vinctus. dirupiſſ cathenas
et opedes ꝯminuiſſ: ⁊ nemo poterat eum
domare. Et semp die ac nocte in monumē-
tis ⁊ in mōtibꝫ erat clamans: et ꝯcidēs se la-
pidibꝫ. Videns aūt ihesuz alōge cucurrit
et adorauit eū: ⁊ clamās voce magna dixit.
Quid michi et tibi ihesu fili dei altissimi? Ad-
uro te ꝑ deum ne me torqueas. Dicebat e-
nim illi. Exi spūs immūde ab homine isto.
Et interrogabat eū. Quod tibi nomē est?
Et dicit ei. Legio michi nomē est: q̃ multi
sumus. Et deꝑcabatur eū multū: ne se expel-
leret extra regionē. Erat aūt ibi circa mon-
tē grex porcorū magnus pascēs in agris:
Et deꝑcabant̃ eū spūs dicētes. Mitte nos
in porcos: vt in eos introeam?. Et ꝯcessit
eis statim ihesus. Et exeūtes spūs immūdi
introierūt in porcos: ⁊ magno impetu grex
ꝓcipitatus est in mari ad duo milia: ⁊ suffo-
cati sūt in mari. Qui aūt pascebāt eos fuge-
rūt: ⁊ nūciauerūt: in ciuitatē ⁊ in agros. Et
egressi sūt videre quid esſ facti: ⁊ venerūt
ad ihesum: ⁊ vident illū qui a demonio ve-
xabat̃ sedentē vestitū ⁊ sane mētis. et timu-
erūt. Et narrauerūt illis qui viderāt qualī-
ter factū esset ei qui demonū habuerat: et
de porcis. Et rogare ceperūt eum: vt disce-
deret de finibꝫ eorū. Cūq; ascendēt nauim:
cepit illū deꝑcari q̃ a demonio vexatus fue-
rat vt esſ cum illo ⁊ nō admisit euz: ſ ait illi.
Vade in domū tuā ad tuos: ⁊ annūcia illis
quāta tibi dōs fecerit: et misertus sit tui. Et
abiit et cepit ꝓdicāe in decapoli. quāta sibi
fecisſ ihesus: et oīes mirabāt̃. Et cuz ascen-
disſ ihesus in nauim rursū trās frenū cōuenit
turba multa ad eū: et erat circa mare. Et ve-
nit quidaz de archisynagogis nomine iay-
rus: et videns eum ꝓcidit ad pedes eius:
et deꝑcabatur eū multū dicens. quomā filia
mea in extremis est. Veni impone manum
tuā sup eaz: vt salua sit et viuat. Et abiit cū
illo: et sequebatur eum turba multa: ⁊ opri-
mebant eū. Et mulier q̃ erat in ꝓfluuio san-
guinis ānis duodecim et fuerat multa ꝑpes-
sa a ꝯpluribꝫ medicis: ⁊ erogauerat omnia
sua. nec quicq̃ ꝓfecerat: ſ magis deterius
habebat. Cuz audisſ de ihesu venit in turba
retro: et tetigit vestimentū eius. Dicebat e-
nim: q̃ si vel vestimētuz eius tetigero salua
ero. Et ꝯfestim siccatus est fons sanguinis
eius: ⁊ sensit corpore. q̃ sanata esſ a plaga
Et statim ihesus in semetipo ꝯgnoscēs vir-
tutē que exierat de illo: ꝯuersus ad turbam
aiebat. Quis tetigit vestimēta mea? Et di-
cebant ei discipuli sui. Vides turbam cōpri-
mentē te. ⁊ dicis quis me tetigit? Et circū-
spiciebat videre eaz que hoc fecerat. Muli-
er vēo timens ⁊ tremēs sciens quod factū
esſ in se: venit et ꝓcidit ante eum et dixit ei
oēz veritatē. Ille aūt dixit ei. Filia fides tua
te saluam fecit: vade in pace: ⁊ esto sana a
plaga tua. Adhuc eo loquēte venūt nun-
tij ad archisynagogum dicētes: q̃ filia tua
mortua ē. Quid vltra vexas magistrū? Ihe-
sus autē audito vho quod dicebat̃ ait ar-
chisynagogo. Noli timere: tantūmodo cre-
de. Et nō admisit quenq̃ se sequi: nisi petrū
et iacobū ⁊ iohannē fratrē iacobi. Et veni-
unt in domū archisynagogi. Et vidit tumul-
tum et flentes ⁊ eiulantes multū: et ingres-
sus ait illis. Quid turbamini et ploratis?
Puella non ē mortua ſ dormit. Et irridebāt
eum. Ipe vēo eiectis oīnibꝫ assumit patrez
et matrē puelle. et qui secū erāt: et ingredi-
untur vbi puella erat iacēs: et tenēs manū
puelle ait illi. Thabitha cumi: quod ē inter-
pretatū: puella tibi dico surge. Et ꝯfestim
surrexit puella: et ambulabat. Erat autez
annorū duodecim. Et obstupuerūt stupore

magno. Et p̃cepit illis vehementer. vt ne
mo id scíet: ⁊ dixit dare illi mãducare. VI

Et egressus inde abijt in patriã suã:
et sequebant eum discipuli sui. Et fcõ
sabbato cepit in synagoga docere: ⁊ multi
audiẽtes. ãmirabãt in doctrina eius dicẽ-
tes. Vnde huic hæc omia? Et que ẽ sapia
que data ẽ illi: ⁊ virtutes tales q̃ per manus
eius efficiũt? Nõne hic est faber filius ma-
rie: frater iacobi ⁊ ioseph ⁊ iude et simõis?
Nõne et sorores eius hic nobiscũ sunt? Et
scandalizabãt in illo. Et dicebat illis ihs:
q̃ nõ ẽ ꝓpheta sine honore nisi in patria sua
et in domo sua ⁊ in ꝯgnacõe sua. Et nõ po-
terat ibi virtutem vllã facere nisi paucos in-
firmos impositis manib̃ curauit: ⁊ mirabã-
tur ꝓpter incredulitatem eorũ: ⁊ circuibat
castella in circuitu docẽs. Et vocauit duo-
decim: et cepit eos mittere binos: ⁊ dabat
illis potestatẽ spirituũ immũdorũ. Et p̃ce-
pit eis ne quid tollerent in via nisi virgam
tantũ: nõ peram nõ panẽ neq̃ in zona es ꝗ
calceatos sandalijs: ⁊ ne induerẽt duas
tunicas. Et dicebat eis. Quocũq̃ introieritis
in domũ illic manete donec exeatis inde: ⁊
quicũq̃ nõ receperint vos nec audierint:
exeuntes inde excutite puluerem de pedib̃
vr̃is in testimoniũ illis. Et exeũtes p̃dica-
bant vt penitẽtiam agerẽt: ⁊ demonia mul-
ta eiciebãt: ⁊ vngebãt oleo multos egros
et sanabant. Et audiuit rex herodes: mani-
festum enim factũ est nomẽ eius: ⁊ dicebat
Quia iohannes baptista resurrexit a mor-
tuis: et ꝓpterea virtutes operãt in illo. Alij
aũt dicebãt q̃ helias ẽ: alij vẽo dicebãt q̃
ꝓpheta est quasi vnus ex ꝓphetis. Quo au-
dito herodes ait. Quẽ ego decollaui iohã-
nem hic a mortuis resurrexit. Ipse enim he-
rodes misit ac tenuit iohannẽ ⁊ vinxit eũ
in carcerẽ ꝓpter herodiadẽ vxorem philipi
fratris sui: q̃ duxerat eã. Dicebat enim io-
hãnes herodi. Non licet tibi habere vxorẽ
fratris tui. Herodias aũt insidiabatur illi:
et volebat occidere eũ nec poterat. Hero-
des autẽ metuebat iohannẽ sciẽs eum virũ
iustũ ⁊ sanctum et custodiebãt eum: et audi-
to eo multa faciebat: ⁊ libẽter eũ audiebat.
Et cum dies opportunus accidisset: herodes
natalis sui cenã fecit principib̃ et tribunis
et primis galilee. Cũq̃ introisset filia ipsius
herodiadis. et saltasset ⁊ placuisset herodi si-
mulq̃ recũbẽtib̃: rex ait puelle. Pete a me
q̃d vis: ⁊ dabo tibi. Et iurauit illi: q̃ quicq̃d
petieris dabo tibi: licet dimidium regni mei.
Que cum exisset: dixit matri sue. Quid petã?
At illa dixit. Caput iohãnis baptiste. Cũ
introisset statim cũ festinacõe ad regẽ: peti-
uit dicẽs. Volo: vt ꝓtinus des michi in di-
sco caput iohãnis baptiste. Et ꝯtristatus
est rex. Propter iusiurandũ et ꝓpter simul
discũbẽtes noluit eã ꝯtristare: sed misso spicu-
latore p̃cepit afferri caput eius in disco: et
decollauit eũ in carcere. Et attulit caput eius
in disco: et dedit illud puelle: et puella dedit
matri sue. Quo audito discipuli eius vene-
rũt et tulerũt corpus eius: ⁊ posuerũt illud
in monumẽto. Et ꝯuenientes apli ad ihesum:
renũciauerũt ei oia que egerãt ⁊ docuerãt.
Et ait illis. Venite seorsũ in desertũ locũ: et
requiescite pusillũ. Erãt enim qui veniebãt
et rediebãt multi: et nec spaciũ manducan-
di habebãt. Et ascendẽtes in nauim abierũt
in desertũ locũ seorsũ. Et viderũt eos abeun-
tes: et ꝯgnouerũt multi ⁊ pedestres de omi-
bus ciuitatib̃ cucurrerũt illuc et p̃uenerunt
eos. Et exiens vidit turbam multã ihesus:
et misertus ẽ super eos q̃ erãt sicut oues nõ
habẽtes pastorẽ: ⁊ cepit illos docere multa.
Et cũ iam hora multa fieret: accesserũt disci-
puli eius dicẽtes. Desertus ẽ locus hic: ⁊ iã
hora p̃terijt. Dimitte illos: vt euntes in pxi-
mas villas et vicos emant sibi cibos quos
mãducẽt. Et rndens ait illis. Date illis mã-
ducare. Et dixerũt ei. Eũtes emamus ducẽ-
tis denarijs panes: et dabimus illis mãdu-
care. Et dicit eis. Quot panes habetis? Ite
et videte. Et cũ ꝯgnouissent dicũt. Quinq̃.
Et duos pisces. Et p̃cepit illis vt accũbere
facerent omes secõm cõtubernia sup viride
fenũ. Et discũbuerũt in ptes: p centenos ⁊
quinq̃genos. Et acceptis quinq̃ panibus
et duob̃ piscib̃: intuẽs in celũ benedixit et
fregit panes ⁊ dedit discipulis suis vt pone-
rent ante eos: et duos pisces diuisit omib̃.
Et manducauerũt omes: et saturati sunt. Et
sustulerũt reliquias fragmentorũ duodecim

cophinos plenos: et de piscibꝰ. Erāt autez
qui mādūcauerūt quinq; mlia virorꝫ. Et
statim coegit discipulos suos ascendere na-
uim vt p̄cederēt eum trāsfretū ad bethsay-
adaz: dū ipe dimitteret ꝓplm. Et cū dimisis-
set eos: abijt in montē orare. Et cū sero esſ;
erat nauis in medio mari: ⁊ ipse solus in t'-
ra. Et videns eos laborātes in remigando. e-
rat enim vētus ꝯrarius eis: ⁊ circa quartā
vigiliam noctis venit ad eos ambulās su-
pra mare: et volebat p̄terire eos. At illi vt
viderūt eum ambulantē supra mare puta-
uerūt fantasma esse: ⁊ exclamauerūt. Oēs
enim viderūt eū: ⁊ cōturbati sūt. Et statim
locutus ē cū eis: ⁊ dixit eis. Cōfidite. Ego
sū: nolite timere. Et ascendit ad illos in na-
uim: et cessauit vētus. Et plus magis intra
se stupebāt. Nō enim intellexerūt de pani-
bus. Erat enim cor eorꝫ obcecatū. Et cū trās-
fretassent venerūt in terraz genesareth: et
applicuerūt. Cūq; egressi essent de naui con-
tinuo ꝯgnouerūt eum: ⁊ p̄currētes vniuer-
sam regionē illā ceperāt in grabatis eos q̄
se male habebāt circūferre vbi audiebant
eum esse. Et quocūq; introiebat in vicos vel
in villas aut ciuitates: in plateis ponebāt
infirmos. ⁊ dēpcabant' eū vt vel fimbriam
vestimēti eius tangerēt: et q̄tq̄t tangebāt

Et conuenūt ad VII eū pharisei ⁊ quidā de scribis: veni-
entes ab ihrosolimis. Et cū vidissent quo-
sdam ex discipulis eius ꝯmunibꝰ manibus
id est nō lotis mādūcare panes: vituperā-
uerūt. Pharisei enim ⁊ omes iudei nisi cre-
bro lauerint manus nō mādūcāt. tenētes
tradicōez seniorꝫ: ⁊ a foro nisi baptizētur
nō ꝯmedūt: et alia multa sunt que tradita
sūt illis ſuaē. baptismata calicū et vrceorꝫ
et eramētorꝫ ⁊ lectorꝫ. Et interrogabāt eū
pharisei ⁊ scribe. Quare discipuli tui nō am-
bulāt iuxta tradicōez seniorꝫ: sz ꝯmunibꝰ
manibꝰ manducāt panē? At ille respōdēs
dixit eis. Bene ꝓphetauit ysaias de vobis
ypocritis: sicut scriptū est. Populus hic la-
bijs me honorat: cor aūt eorꝫ lōge ē a me.
In vanū autē me colūt docētes doctrinas
et p̄cepta hoīm. Relinquētes enim manda-
tū dei tenetis tradicōes hoīm: baptismata
vrceorꝫ et calicū. ⁊ similia hijs facitis multa.
Et dicebat. Bene irritū fecistis p̄ceptuz dei:
vt tradicōez vraz ſuetis? Moyses enim di-
xit. Honora patrē tuū ⁊ matrē tuā: q̄q̄ male
dixerit pri vel matri morte moriat'. Vos aūt
dicitis. Si dixerit homo patri ā matri corban
qd̄ est donū quodcūq; ex me tibi pficit: et
vltra nō dimittitis eū quicq̄ facere pri suo
aut matri: rescindētes verbū dei p tradicōem
vraz quā tradidistis. Et similia hmōi multa
facitis. Et aduocās iterū turbā dicebat illis.
Audite me omes ⁊ intelligite. Nichil est e-
xtra hominē introiēs in eū qd̄ possit eū com-
quinare: sz que de hoīe p̄cedūt illa sūt que
ꝯmunicāt hoīez. Si quis habz aures audi-
endi audiat. Et cū introissz i domū a turba:
interrogabāt eū discipuli eius parabolam.
Et ait illis. Sic et vos imprudentes estis?
Nō intelligitis q̄ ome extrinsecus introiēs
in hoīez nō potest eū ꝯmunicāe q̄ nō intrat
in cor eius: sz in vētrē vadit ⁊ in secessum ex-
it purgans omes escas? Dicebat autē: q̄m
illa que de hoīe exeūt illa ꝯmunicāt hoīem.
Abintus enim de corde hominū male cogi-
tacōes p̄cedūt: adulteria. fornicacōes. ho-
micidia. furta. auaricie. nequicie. dolus. im-
pudicicie. oculus malus: blasphemia. superbia.
stultitia. Oma hec mala abintus p̄cedūt: ⁊
ꝯmunicāt hoīez. Et inde surgens abijt in fi-
nes tyri et sydonis: ⁊ ingressus domū nemi-
nē voluit scire: ⁊ nō potuit latere. Mulier
enim statim vt audiuit de eo cuius filia ha-
bebat spm̄ immundū intrauit: et p̄cidit ad
pedes eius. Erat enim mulier gentilis: syro-
phenissa gne. Et rogabat eū vt demonū ei-
ceret de filia eius. Qui dixit illi. Sine p̄us
saturari filios. Nō est enim bonū sumē panē
filiorꝫ: et mitē cambꝰ. At illa rndit: et dixit
illi. Vtiq; dne. Nā et catelli ꝯmedūt sub mē-
sa de micis pueroꝝ. Et ait illi. Propter hūc
sermonē vade: exijt de nonū de filia tua. Et
cū abijsz domū inuenit puellā iacentez sup
lectū: ⁊ demonū exisse. Et iterū exiēs de fi-
nibus tyri venit p sydonē ad mare galilee
inter medios fines decapoleos. Et adduc-
ūt ei surdū ⁊ mutū. Et dēpcabant' eū vt im-
ponat illi manū. Et apphendēs euz de turba
seorsū misit digitos suos in auriculas eius:

et expuēs tetigit linguā eius: ⁊ suspiciens
in celū ingemuit. ⁊ ait illi. Effeta: qd ē ad-
aperire. Et statim apte sūt aures eius: ⁊ so-
lutū est vinculū linguē eius: et loquebatur
recte. Et p̄cepit illis ne cui diceret. Quāto
autē eis p̄cipiebat tātomagis plus p̄dica-
bāt: et eo amplius āmirabāt dicētes. Bn
omia fecit: ⁊ surdos fecit audire: et mutos
loqui.

IN dieb̄ illis iterū cū turba VIII
multa essēt nec haberēt qd manducarēt: cō-
uocatis discipulis ait illis. Misereor super
turbam: q̄ ecce iam triduo sustinēt me nec
habēt quod manducēt: et si dimisero eos
ieunos in domū suā deficiēt in via. Quidā
enim ex eis delōge venerūt. Et rndērūt ei
discipuli sui. Vnde illos quis poterit hic
saturare pamb̄ in solitudine? Et interroga-
uit eos. Quot panes habētis? Qui dixerūt.
Septē. Et p̄cepit turbe discumbere sup ter-
ram. Et accipiēs septē panes grās agens
fregit: ⁊ dabat discipulis suis vt apponerēt:
et apposuerūt turbe. Et habebāt piscículos
paucos: ⁊ ipos bndixit: ⁊ iussit appōi. Et mā-
ducauerūt ⁊ saturati sūt: et sustulerūt quod
supaueāt de fragmētis septē sportas. Erāt
autē qui manducauerāt q̄i quatuor milia:
et dimisit eos. Et statim ascendēs nauim cū
discipulis suis: veit in partes dalmanutha.
Et exierūt pharisei ⁊ ceperūt ꝯquirere cum
eo: q̄rētes ab illo signū de celo: temptātes
eum. Et ingemiscens spū ait. Quid gnatio
ista signū querit? Amē dico vobis: si dabi-
tur gnationi isti signū. Et dimittens eos a-
scendit iterū nauim: ⁊ abiit transfretum. Et
obliti sūt panē sumere: ⁊ nisi vnū panē nō
habebāt secum in naui. Et p̄cipiebat eis di-
cens. Videte et cauete a fermēto pharise-
orum: et fermēto herodis. Et cogitabant ad
alterutrū dicētes: q̄ panes non habemus.
Quo ꝯgnito: ait illis ihesus. Quid cogita-
tis q̄ panes nō habētis? Nōdum cogno-
scitis nec intelligitis? Adhuc cecatum ha-
bētis cor vrm. Oculos habētes nō videtis:
et aures habētes nō auditis. Nec recorda-
mini quādo quinq̄ panes fregi in quinq̄
milia: et quot cophinos fragmentorum ple-
nos sustulistis? Dicūt ei. Duodecī. Quādo
⁊ septē panes in quatuor milia: q̄t sportas
fragmētorum tulistis? Et dicūt ei. Septē. Et
dicebat eis. Quomō nōdū intelligitis? Et
venūt bethsaydā: et adducūt ei cecū: et ro-
gabāt eū vt illū tangeret. Et apreh̄sa ma-
nu ceci eduxit eum extra vicū: et expuens in
oculos eius impositis mamb̄ suis: interroga-
uit eū si quid videt. Et aspiciēs ait. Video
hoies velut arbores ambulātes. Deinde ite-
rū imposuit manus sup oculos eius ⁊ cepit
videre: et restitutus est: ita vt clare videret
omnia. Et misit illū in domū suā dicēs. Va-
de in domū tuā: et si in vicū introieris nemini
dixeris. Et ingressus est ihus ⁊ discipuli ei?
castella cesarce philippi: et in via interroga-
bat discipulos suos dicēs eis. Quem me
dicūt esse hoies? Qui rndērunt illi dicentes.
Johānem baptistā: alij helyam: alij vero q̄
si vnū de ꝓphetis. Tūc dicit illis. Vos vero
quem me esse dicitis? Rndens petrus ait ei.
Tu es xp̄c. Et ꝯminatus est eis: ne cui dice-
rent de illo. Et cepit docere eos quoniam
oportet filiū hois pati multa ⁊ reprobari a
senioribus ⁊ a summis sacerdotibus et scri-
bis ⁊ occidi: et post tres dies resurgere. Et
palam verbum loquebatur. Et ap̄hēdens
eū petrus: cepit increpare eū. Qui cōuersus
et videns discipulos suos: ꝯminatus est pe-
tro dicēs. Vade retro me sathana: quomā
nō sapis que dei sūt sed q̄ sunt hominū. Et cō
uocata turba cū discipulis suis: dixit eis. Si
quis vult me sequi deneget semetipsum:
et tollat crucē suā et sequat me. Qui enim
voluerit animā suā saluā facere pdet eam:
qui aūt pdiderit animā suā ꝓter me ⁊ euā-
gelīū: saluam faciet eā. Quid enim pderit
homini si lucretur mundū totū: ⁊ detrimētū
anime sue faciat? Aut quid homo ꝯmutacō-
mis dabit p anima sua. Qui enī me cōfusus
fuerit et vba mea in gnatione ista adultera
et peccatrice: ⁊ filius homis ꝯfundet eū cū
venerit in gloria p̄ris sui cum angelis scis.

ET dicebat illis. Amen dico IX
vobis: q̄ sūt quidā de hic stantib̄ q̄
non gustabūt morte: donec videāt regnū
dei venēs in vtute. Et post dies sex assum-
psit ihesus petrū ⁊ iacobū et iohannē: et du-
cit illos in montē excelsū solos: ⁊ transfigu-
ratus est coram ipis. Et vestimenta eius fcā

sūt splendētia et candida nimis velut nix:
q̄lia fullo nō potest sup terrā candida facē.
Et apparuit illis helias cū moyse: ⁊ erāt lo-
quentes cū ihesu. Et rndens petrus ait ihe-
su. Rabbi bonū est nos hic esse: ⁊ faciamus
tria tabernacula: tibi vnū. et moysi vnū. ⁊ he-
lie vnū. Non enim sciebat q̄d diceret. Erāt
enim timore exterriti. Et facta ē nubes ob-
umbrans eos: et venit vox de nube dicēs.
Hic est filius meus carissimus: audite illū.
Et statim circūspicientes: neminē amplius
viderūt nisi ihesum tantū secū. Et descendē-
tibus illis de monte p̄cepit illis ne cuiq̄ qd̄
vidissent narrarēt: nisi cū filius hominis a
mortuis resurrexerit. Et verbū ꝯtinuerunt
apud se: ꝯquirētes quid esset cū a mortuis
resurrexerit. Et interrogabāt eum dicētes.
Quid ergo dicūt pharisei ⁊ scribe q̄ helia
oportet venire primū? Qui rndens ait illis.
Helias cū venerit p̄mo restituet omnia: et
quomō scriptū ē in filiū hominis: vt multa
patiatur ⁊ cōtemnat. Sed dico vobis: q̄
et helias venit: ⁊ fecerūt illi quecunq; volu-
erūt sicut scriptū est de eo. Et ꝯvenēs ad di-
scipl̄os suos vidit turbā magnā circa eos:
et scribas ꝯquirētes cū illis. Et ꝯfestim oīs
populus videns ihesū stupefactus est ⁊ ex-
pauerūt: ⁊ accurrētes salutabant eū. Et in-
terrogauit eos. Quid inter vos ꝯquirit̄is?
Et rndens vnus de turba dixit. Magister
attuli filiū meū ad te habentē spiritū mutū:
qui vbicūq; eum apl̄hendit allidit illū: ⁊
spumat ⁊ stridet dentib̄ et arescit. Et dixi
discipulis tuis vt eicerēt illū: ⁊ nō potuerūt:
Qui rndens eis dixit. O grnatio incredula:
q̄ diu apud vos ero? Quādiu vos patiar?
Afferte illū ad me. Et attulerūt eum. Et cū
vidisset eū statim spūs ꝯturbauit illū: ⁊ eli-
sus in terrā volutabatur spumās. Et inter-
rogauit p̄rez eius. Quantū tp̄is est ex quo
ei hoc accidit? At ille ait. Ab infantia. Et
frequēter eū in ignē ⁊ in aquā misit: ut eū
perderet. Sed si quid potes. adiuua nos:
misertus nostri. Ihesus aūt ait illi. Si potes
credere oīa possibilia credēti? Et ꝯtinuo
exclamans pater pueri cū lacrimis aiebat.
Credo dñe: adiuua incredulitatē meā. Et
cū vidisset ihesus ꝯcurrentē turbā: ꝯminatus
est spiritui immūdo dicēs illi. Surde ⁊ mu-
te spūs. ego p̄cipio tibi exi ab eo: ⁊ ampli?
ne introeas in eū. Et exclamans ⁊ multum
discerpēs eum exijt ab eo: ⁊ factus est sicut
mortuus: ita vt multi dicerēt q̄ mortuus ē.
Ihesus aūt tenēs manū eius eleuauit eum:
et surrexit. Et cū introisset in domū: discipli
eius secreto interrogabant eū. Quare nos
nō potuimus eicere eū? Et dixit illis. Hoc
genus in nullo potest exire: nisi in oratōne
et ieiunio. Et inde p̄fecti p̄tergrediebant̄
galileā: nec volebat quenq̄ scire. Docebat
aūt discipulos suos: ⁊ dicebat illis quomā
filius hominis tradet̄ in manus hominū. et
occident eū: ⁊ occisus tercia die resurget.
At illi ignorabant ꝟbū: ⁊ timebāt interro-
gare eū. Et venerūt capharnaū. Qui cū do-
mi essent interrogabat eos. Quid in via tra-
ctabatis? At illi tacebāt. Siquidē in via in-
ter se disputauerāt: quis eorū maior esset. Et
residēs vocauit duodecim: ⁊ ait illis. Si q̄s
vult p̄imus esse: erit oīm nouissimus ⁊ oīm
minister. Et accipiēs puerū statuit eum in
medio eorū: quē cum ꝯplexus esset ait illis.
Quisquis vnū ex huiusmodi pueris recepit
in nomine meo me recipit: ⁊ quicunq; me
susceperit non me suscipit: sed eum qui mi-
sit me. Rndit illi iohānes dicēs. Magister
vidimus quendā in nomine tuo eicientem
demonia qui nō sequit̄ nos: ⁊ phibuimus
eū. Ihesus aūt ait. Nolite phibē eū. Nemo
est enim q̄ faciat ꝟtutē in nomīe meo: et pos-
sit cito male loq̄ de me. Qui enim nō est ad-
uersū vos: p vobis ē. Quisquis enim potū
dederit vobis calicez aque in nomine meo
q̄ cristi estis: amē dico vobis nō pdet mer-
cedē suā. Et quisquis scandalizauerit vnū
ex hijs pusillis credentib̄ in me: bonū ē ei
magis si circūdaret̄ mola asinaria collo ei?
et in mare mitteret̄. Et si scandalizauerit te
manus tua: abscide illā. Bonū est tibi debi-
lē introire in vitā. q̄ duas manus habentē.
ire in gehennā in ignez inextinguibilē: vbi
ꝟmis eorū nō morit̄: et ignis nō extinguit̄.
Et si pes tuus te scandalizat: amputa illuz.
Bonum est tibi claudum introire in vitam
eternam. q̄ duos pedes habentem mitti in
gehennā ignis inextinguibilis: vbi ꝟmis

eorũ non moritur: et ignis non extinguitur.
Qd si oculus tuus scandalizat te: eice eu.
Bonũ est tibi luscũ introire in regnũ dei. q̃
duos oculos habentẽ mitti in gehẽnã ignis
vbi vermis eorũ non moritur: ⁊ ignis non
extinguit. Omis enim igne salie: ⁊ omis
victima sale salie. Bonũ est sal. Qd si sal
insulsũ fuerit in quo illud condietis? Habete
in vob sal: ⁊ pace habete inter vos. V

Et inde exsurgẽs venit in fines iudee
vltra iordanen: ⁊ conuenũt iterũ turbe
ad eũ: et sicut consueuerat iterũ docebat illos.
Et accedentes pharisei interrogabant eũ
si licet viro vxorẽ dimittere: temptãtes eũ.
At ille rndens dixit eis. Quid vob pcepit
moyses? Qui dixerũt. Moyses permisit libel-
lum repudij scribere ⁊ dimittere. Quib re-
spondẽs ihesus ait. Ad duriciam cordis vri
scripsit vobis pceptũ istud. Ab imico aũt
creature masculũ et feminã fecit eos deus.
Propter hoc relinquet homo patrem suũ ⁊
matrẽ: et adherebit ad vxorem suã: ⁊ erũt
duo in carne vna. Itaq iam non sunt duo:
sed vna caro. Quod ergo deus coniunxit: homo
nõ separet. Et in domo iterũ discipuli eius
de eodem interrogauerunt eum. Et ait illis.
Quicũq dimiserit vxorẽ suã: et aliã duxerit:
adulterũ committit sup eã. Et si vxor dimiserit
virũ suũ et alij nupserit: mechatur. Et offere-
bãt illi paruulos vt tangeret illos: discipli
aũt comminabant offerentib. Quos cũ vide-
ret ihesus: indigne tulit. Et ait illis. Sinite
paruulos venire ad me: ⁊ ne phibueritis
eos. Taliũ enim est regnũ dei. Amẽ dico vob
quisquis nõ receperit regnũ dei velut par-
uulus nõ intrabit in illud. Et complexãs eos
⁊ imponẽs manus sup illos: bndicebat eos.
Et cũ egressus esset in via: pcurrẽs quidam
genuflexo ante eũ: rogabat eũ dicẽs. Ma-
gister bone: quid faciã ut vitam eternã per-
cipiam? Ihesus aũt dixit ei. Quid me dicis
bonũ? Nemo bonus: nisi vnus deus. Prece-
pta nosti: ne adulteres. ne occidas. ne furere-
ris. ne falsum testimoniũ dixeris. ne fraudẽ
feceris: honora pẽm tuũ ⁊ mrem. At ille rndẽs
ait illi. Magr hec omia obseruaui a iuuentute
mea. Ihs aũt intuitus eũ dilexit eũ: ⁊ dixit
ei. Vnũ tibi deest. Vade: q cũq habes vẽde
et da paupib et habebis thesaurũ in celo:
et veni sequere me. Qui contristatus in vbo:
abiit merens. Erat enim habẽs multas pos-
sessiones. Et circũspiciẽs ihs: ait discipulis
suis. Quã difficile qui pecunias habẽt in re-
gnum dei introibũt. Discipuli aũt obstupe-
scebant in verbis eius. At ihesus rursus re-
spondens ait illis. Filioli: q̃ difficile est cõfi-
dẽtes in pecunijs in regnũ dei introire. Faci-
lius est camelũ p foramẽ acus trãsire: q̃ di-
uitem intrare in regnum dei. Qui magis
admirabãtur dicẽtes ad semetipsos. Et q̃s
potest saluus fieri? Et intuens ihesus illos
ait illis. Apud homines impossibile est: sed
nõ apud deũ. Omnia enim possibilia sũt apd
deũ. Et cepit ei petrus dicẽ. Ecce nos dimisi-
mus omnia: et secuti sumus te. Rndens ihs
ait. Amen dico vobis: nemo ẽ qui reliqrit
domũ aut fratres aut sorores aut patrẽ aut
mrem aut filios aut agros ꝓpter me et ꝓpt
euangeliũ qui nõ accipiet cẽties tantũ nũc
in tẽpore hoc. domos ⁊ fratres ⁊ sorores ⁊
matres ⁊ filios ⁊ agros cũ pseculionib: et
in seculo futuro vitã eternã. Multi autẽ erũt
pmi nouissimi: ⁊ nouissimi primi. Erant aũt
in via ascendẽtes ihrosolimã: et pcedebat
illos ihesus. Et stupebãt: et sequentes time-
bant. Et assumens iterũ duodecim: cepit il-
lis dicere que essent ei venitura. Quia ecce a-
scendimus ihrosolimã: et filius hois trade-
tur principib sacerdotũ ⁊ scribis et senori-
bus: et damnabũt eũ morte. Et tradent eu
gentib ⁊ illudẽt ei: et conspuẽt eũ ⁊ flagella-
bunt eũ. et interficient eũ: et tercia die resur-
get. Et accedũt ad eũ iacob ⁊ iohãnes fi-
lij zebedei dicentes. Magister: volumus vt
quod cũq petierimus facias nob. At ille di-
xit eis. Quid vultis vt faciã vob? Et dixerũt.
Da nob: vt vnus ad dexterã tuã. et alius ad
sinistrã tuã sedeamus in gloria tua. Ihesus
aũt ait eis. Nescitis quid petatis. Potestis
bibere calicẽ quẽ ego bibo: aut baptismo q̃
ego baptizor baptizari? At illi dixerunt ei.
Possum?. Ihs aũt ait eis. Calicẽ q̃dẽ quẽ
ego bibo bibetis ⁊ baptismo quo ego bapti-
zor baptizabimini: sedẽ aũt ad dexterã meã
vel ad sinistrã nõ est meũ dare vobis: sed
quib paratũ est. Et audiẽtes decẽ indigti

sūt de iacobo ⁊ iohanne. Ihesus aūt vocans
eos. ait illis. Scitis qd hi qui videntur prin-
cipari gentib dñantur eis: et pncipes eorū
ptātem habēt ipōrū? Non ita est aūt in vo-
bis: sed quicunq voluerit fieri maior erit ve-
ster minister: ⁊ quicūq voluerit in vobis p̄-
mus esse: erit omīm seruus. Nam et filius ho-
minis non venit vt ministraretur ei. sed vt
ministraret: ⁊ daret animā suam redempti-
onem p multis. Et venūt ihericho. Et pfici-
scente eo de ihericho. ⁊ discipulis eius ⁊ pli-
ma multitudine: filius thimei barthimeus
cecus. sedebat iuxta viam mendicās. Qui
cū audissi q ihesus nazarenus ē: cepit cla-
mare ⁊ dicere. Ihesu fili dauid miserere mei.
Et ꝯminabāt illi multi ut tacēt. At ille mul-
tomagis clamabat: fili dauid miserē mei.
Et stās ihesus p̄cepit illū vocari. Et vocāt
cecū: dicētes ei. Animequior esto. Surge:
vocat te. Qui pjecto vestimēto suo: exilīs
venit ad eū. Et rndens ihs dixit illi. Quid
tibi vis facās? Cecus aūt dixit ei. Rabboni
vt videā. Ihesus aūt ait illi. Vade. Fides
tua te saluū fecit. Et ꝯfestim vidit: ⁊ seqbat
Et cū appropinquarēt XI eū in via.
ihierosolime ⁊ bethanie ad montē oli-
uarū mittit duos ex discipulis suis: et ait il-
lis. Ite in castellū qd ꝯtra vos ē: ⁊ statim in-
trocūtes illuc. inuenietis pullū ligatū. super
quē nemo adhuc hōm sedit. Soluite illū:
et adducite. Et si quis vobis dixerit quid
facitis: dicite q dño necessarius ē: ⁊ ꝯtinuo
illū dimittet huc. Et abeuntes inuenerunt
pullū ligatū. ante ianuā foris i biuio: et sol-
uūt eū. Et quidā de illic stantib dicebat il-
lis. Quid facitis soluentes pullū? Qui dixe-
rūt eis sicut p̄cepat illis ihesus: ⁊ dimisērt
eis. Et duxerūt pullū ad ihesū: ⁊ imponunt
illi vestimēta sua et sedit sup eū. Multi ve-
stimenta sua sua strauerūt in via. Alii autē
frondes cedebāt de arboribꝫ: sternebant
in via. Et qui pibant. ⁊ qui seqbant clama-
bant dicētes. Osanna bndictus qui venit
in nomine dñi: bndictū quod venit regnū
patris nri dauid: osanna in excelsis. Et in-
troiuit ihierosolimā in templū: ⁊ circūspectis
oīmb cū iam vespa essi hora: exiit in betha-
niam cū duodecim. Et alia die cū exirent a
bethania esurit. Cūq vidissent alōge ficū
habentē folia: venit si quid forte inuenēt
in ea. Et cū venisset ad eam: nichil inuenit
ptr folia. Nō enim erat tempus ficorū. Et
rndens dixit ei. Iam nō amplius in eternū
ex te quisq fructū manducet. Et audiebāt
discipuli eius: et venūt ihierosolimā. Et cum
introisset in templū cepit eicere vendētes
et ementes in tēplo: ⁊ mēsas nūmularioꝝ
et kathedras vendentiū columbas euertit.
Et nō finebat ut quisq transferret vas per
templū: ⁊ docebat dicēs eis. Nōne scriptū
est q domus mea domus oracōnis vocabi-
tur omib gentib? Vos aūt fecistis eā spe-
luncā latronū. Quo audito: pncipes sac-
dotū et scribe querebāt quomō eum perderēt.
Timebant enim eū: qm vniuersa turba ām-
rabat super doctrina eius. Et cū vespa facta
esset: egrediebatur de ciuitate. Et cū mane
transirent: viderūt ficū aridam factā a radi-
cibus. Et recordatus petrus dixit ei. Rabbi:
ecce ficus cui maledixisti aruit. Et rndens
ihesus ait illis. Habete fidē dei. Amē dico
vobis: q quicūq dixerit huic monti tolle-
re. et mittere in mare. ⁊ nō hesitauerit in cor-
de suo si credideit q quodcūq dixeit fiat:
fiet ei. Propterea dico vobis: omia quecūq
orantes petitis credite q accipietis: ⁊ euenī-
ent vobis. Et cū stabitis ad orandū. dimit-
tite si quid habetis aduersus aliquē: ut ⁊ pr
vester q in celis ē dimittat vobis peccata
vra. Quod si vos nō dimiseritis: nec pater
vester qui in celis ē dimittet vobis pecca-
ta vra. Et venūt rursus ihierosolimā. Et cū
ambularet in templo accedūt ad eum sum-
mi sacerdotes. et scribe ⁊ seniores: et dicunt
ei. In q ptāte hec facis: ⁊ q's tibi dedit hanc
potestatē ut ista facias? Ihesus aūt rndens
ait illis. Interrogabo vos et ego vnū ȳbū.
et rndete michi: ⁊ dicam vobis in q ptāte
hec facā. Baptismum iohānis de celo erat:
an ex hominib? Respondete michi. At illi
cogitabāt secū dicentes. Si dixerimus de
celo: dicet nobis. Quare ergo non credidi-
stis eis? Si dixerimus ex hominib: timem?
populū. Omes enim habebāt iohannē q
vere ꝓphēta esset. Et respondentes dicunt
ihesu. Nescimus. Et respondens ihesus

ait illis. Neq; ego dico vob. in qua ptate
Et cepit illis in pa- XII hec facia.
rabolis loqui. Vinea pastinauit hõ:
et circũdedit sepem. et fodit lacũ. et edifica-
uit turrim. et locauit eam agricolis: et pere-
gre pfectus est. Et misit ad agricolas in
tpe seruũ: ut ab agricolis acciperet de fruc-
tu vinee. Qui ap̃hensũ eum ceciderũt: et
dimiserũt vacuũ. Et iterũ misit ad illos aliũ
seruũ: et illũ in capite vulnerauerũt: et cõtu-
melijs affecerũt. Et rursũ aliũ misit. et illum
occiderũt: et plures alios quosdã cedẽtes: a-
lios vero occidẽtes. Adhuc ergo vnũ hns
filiũ carissimũ et illũ misit ad eos nouissimũ
dicẽs: qꝫ reuerebunt filiũ meũ. Colom aũt
dixerũt ad inuicẽ. Venite occidamus eum:
et nostra erit hereditas. Et ap̃hendẽtes eũ
occiderũt: et eiecerũt extra vineã. Quid er-
go faciet dñs vinee? Veniet et pdet colo-
nos: et dabit vineã alijs. Nec scripturã hãc
legistis lapidẽ quẽ reprobauerũt edificã-
tes. hic factus est in caput anguli: a domi-
no factum est istud. et est mirabile in oculis
nostris? Et querebant eũ tenere: et timue-
runt turbã. Cognouerũt enim quomã ad
eos parabolã hãc dixerit. Et relicto eo ab-
ierũt. Et mittũt ad eũ quosdã ex pharisei
et herodians: ut eũ caperent in verbo. Qui
venẽtes dicũt ei. Magister: scimus quia
verax es et nõ curas quenq̃. Nec enim vi-
des in facie hominũ: sed in veritate viam dei
doces. Licet dari tributũ cesari: an nõ dabi-
mus? Qui sciens versutiam illoꝝ. ait illis.
Quid me tẽptatis? Afferte michi denariũ
vt videã. At illi tulerũt ei. Et ait illis. Cui?
est imago hec et inscriptio? Dicunt ei. Cesa-
ris. Respõdẽs aũt ihesus dixit illis. Reddi-
te igitur que sũt cesaris cesari: et que sũt dei
deo. Et mirabãt sup eo. Et venerũt ad eum
sadducei qui dicũt resurrectionẽ nõ esse: et
interrogabãt eũ dicentes. Magister: moy-
ses nobis scripsit vt si cuius frater mortuus
fuerit et dimiserit vxorẽ. et filios nõ reliquerit: accipiat frater eius vxorem ipsius. et re-
suscitet semẽ fratri suo. Septẽ ergo fratres
erãt: et primus accepit vxorẽ: et mortuus
est nõ relicto semine. Et secũs accepit eam
et mortuus ẽ: et nec iste reliquit semen. Et
tertius similiter. Et acceperũt eam similiter
septẽ: et non reliquerũt semen. Nouissima
omn̄ defuncta est et mulier. In resurrectõne
ergo cũ resurrexerit: cuius de hijs erit vxor?
Septem enim habuerũt eam vxorẽ. Et rn̄-
dens ihesus ait illis. Nonne ideo errãtis:
nõ scientes scripturas neq; virtutẽ dei? Cum
enim a mortuis resurrexerit neq; nubẽt neq;
nubent: sed sunt sicut angeli dei in celis. De
mortuis autẽ qõ resurgant nõ legistis in li-
bro moysi sup rubũ quomõ dixerit illi de?
inquiens: ego sum deus abrahã et deus ysa-
ac et deus iacob? Nõ est deus mortuoꝝ sed
viuoꝝ. Vos ergo multũ errãtis. Et accessit
vnus de scribis. qui audierat illos conquirẽ-
tes: et videns quomã bene illis respõderit.
interrogauit eũ qõ essẽt primũ omnũ mãda-
tum. Ihesus aũt rn̄dit ei: quia primũ omnũ
mãdatũ est: Audi israhel dñs deus tuus de-
us vnus est: et diliges dñm deũ tuũ ex toto
corde tuo. et ex tota anima tua. et ex tota mẽ-
te tua: et ex tota virtute tua. Hoc est primũ
mãdatũ. Secundũ aũt simile ẽ illi. Diliges
primũ tuũ tãq̃ teipsum. Maius hoꝝ aliud
mandatũ nõ est. Et ait illi scriba. Bene ma-
gister in veritate dixisti: qꝫ vnus est deus et
non est alius pter eũ. Et ut diligat ex toto
corde. et ex toto intellectu. et ex tota anima.
et ex tota fortitudine: et diligere primũ tã-
q̃ seipm. maius ẽ omnib̄ olocaustomatib̄.
et sacrificijs. Ihesus aũt videns qꝫ sapient
rn̄disset: dixit illi. Nõ es longe a regno dei.
Et nemo iam audebat eũ interrogare. Et
rn̄dens ihesus dicebat docẽs in tẽplo. Quõ
dicũt scribe cristũ filiũ esse dauid? Ipse enim
dauid dicit in spũ sancto. Dixit dñs domino
meo sede a dextris meis: donec ponã inimi-
cos tuos scabellũ pedũ tuoꝝ. Ipse ergo da-
uid dicit eum dñm: et vnde ẽ filius eius? Et
multa turba eũ libenter audiuit. Et dicebat
eis in doctrina sua. Cauete a scribis: qui vo-
lũt in stolis ambulare et salutari in foro. et
in pimis cathedris sedere in synagogis: et
pmos discubitus in cenis. Qui deuorãt do-
mos viduaꝝ sub obtentu plixe oacõis:
hij accipiẽt plixius iudiciũ. Et sedens ihs
ꝭ tra gazophilacũ aspiciebat quõ turba ia-
ctaret es in gazophilacuꝝ: et multi diuites

iactabant multa. Cum vemisset aūt vidua
vna paup: misit duo minuta qd̄ est q̄drās.
Et ꝯuocans discipulos suos ait illis. Amē
dico vobis: qm̄ vidua hec paup plus om̄i-
bus misit. q̄ miserūt in gazophilatiū. Oēs
enim ex eo q̄ abundabat illis miserunt:
hec vero de penuria sua oīa q̄ habuit misit
totū victū suū.

Et cū egrederet XIII de templo: ait illi vnus ex discipulis
suis. Magister: aspice q̄les lapides. et q̄les
structure. Et rn̄dens ihesus ait illi. Videſ
has om̄es magnas edificacōes? Nō reli-
quetur lapis sup lapidē qui nō destruatur.
Et cū sederet in mōte oliuarꝝ ꝯtra templū:
interrogabāt eū sepatim petrus ⁊ iacobus
et iohānes ⁊ andreas. Dic nobis quando
ista fient: et qd̄ signū erit quādo hec om̄ia
incipient ꝯsūmari. Et rn̄dens ihesus cepit
dicere illis. Videte ne quis vos seducat.
Multi enim venīt in nomine meo dicētes
q̄ ego sū: ⁊ multos seducēt. Cū audieritis
aūt bella. et opiniones bellorꝝ: ne timueritis.
Oportet enim fieri: ſ nōdū finis. Exsurget
enim gens ꝯra gentē. ⁊ regnū sup r̄gnū:
et erūt terremotus p loca ⁊ fames. Initia
dolorū hec. Videte aūt vosmetipos. Tra-
dent enim vos in ꝯcilijs. et in synagogis
vapulabitis: ⁊ ante p̄sides ⁊ reges stabitiſ
ꝓpter me in testimoniū illis. Et in oēs gen-
tes primuꝝ oportet p̄dicari euangeliū. Et
cū dixerit vos tradētes. nolite p̄cogitare
quid loquamini: ſ qd̄ datū vobis fuerit in
illa hora id loquimini. Nō enim vos estis
loquētes: ſ spūs sanctus. Tradet autē fra-
ter frēm in mortē. et pater filiū: ⁊ ꝯsurgent
filij in parētes: ⁊ morte afficient eos. Et eri-
tis odio om̄ibꝯ: ꝓpter nomē meū. Qui aūt
sustinuerit in finem: hic saluus erit. Cū au-
tem videritis abominacōnem desolacōnis
stantē vbi nō debet: q̄ legit intelligat. Tūc
qui in iudea sūt fugiant in mōtes: ⁊ q̄ sup
tectum ne descēdat in domū. nec introeat
vt tollat q̄d de domo sua: ⁊ qui in agro eit.
nō reuertatur retro. tollere vestimentū suū.
Ve aūt pregnantibꝯ ⁊ nutrientibꝯ in illis
diebꝯ. Orate véo: ut hieme nō fiant. Erūt
enim dies illi tribulacōes tales q̄les nō fu-
erit ab ꝯicō creature quā ꝯdidit deus usq
nūc: neq fient. Et nisi breuiasset dn̄s dies:
nō fuisset salua om̄is caro. Sed ꝓpter electōs
quos elegit breuiauit dies. Et tūc si q̄s vob̄
dixeit. Ecce hic est cristus. ecce illic: ne cre-
dideritis. Exsurgent enim pseudo cristi et
pseudo ꝓphete: ⁊ dabunt signa ⁊ portenta
ad seducēdos si fieri potest etiam electos.
Vos ergo videte. Ecce p̄dixi vobis omnia.
Sed in illis diebꝯ post tribulacōez illā sol
ꝯtenebrabitur: et luna nō dabit splendorē suū.
Et stelle celi erūt decidētes: et virtutes que
sūt in celis mouebūtur. Et tūc videbūt filium
hominis venientē in nubibꝯ cū virtute mul-
ta et gloria. Et tunc mittet angelos suos: et
cōgregabit electos suos a q̄tuor ventis a
sūmo terre usq ad summū celi. A ficu autē
discite parabolam. Cū iā ramus eius tener
fuerit et nata fuerint folia: ꝯgnoscitis quia ī
pximo sit estas. Sic et vos cū videritis hec
fieri: scitote q̄ in pximo sit in ostijs. Amen
dico vobis: qm̄ nō transibit generacō hec.
donec om̄ia ista fiāt. Celū ⁊ terra trāsibūt:
Vba aūt mea nō transibūt. De die aūt illo
vel hora nemo scit. neq angeli ī celo neq
filius: nisi pr̄. Videte. vigilate. ⁊ orate. Ne-
scitis enim quādo tempus sit. Sicut homo
qui pegre pfectus reliquit domū suā: ⁊ de-
dit seruis suis ptātez cuiusq opis: et iamito-
ri p̄cepit ut vigilet. Vigilate ergo. Nescitiſ
enī quādo dn̄s domus veniat: sero. an me-
dia nocte. an gallicantu. an mane: ne cū ve-
nerit repente. inueniat vos dormiētes. Qd̄
aūt vob̄ dico om̄ibꝯ dico: vigilate.

Erat aūt pascha ⁊ azima post biduū:
et querebant sūmi sacerdotes ⁊ scribe
quō eum dolo tenerēt ⁊ occiderēt. Dicebāt
enim. Nō in die festo: ne forte tumultus fie-
ret in ꝓplo. Et cū esſ bethanie in domo simo-
nis leprosi recumberet: venit mulier hās
alabastrū vngēti nardi spicati p̄ciosi: et fra-
cto alabastro effudit sup caput eius. Erāt
aūt quidam indigne ferentes intra semeti-
ptos: et dicētes. Vt quid p̄dicō ista vngē-
ti facta ē? Poterat enim vngentū istud ve-
nūdari plusq̄ trecētis denarijs: ⁊ dari pau-
peribꝯ. Et fremebāt in eā. Ihesus aūt dixit.
Simite eaz. Quid illi molesti estis? Bonū
opus operata est in me. Semp enī paupes

habetis vobiscū: ⁊ cū volueritis potestis
illis bñ facere: me aūt nō semper habetis.
Qd̄ habuit hec fecit: puenit vngere corp̄
meū in sepulturā. Amē dico vobis: vbicūq
p̄dicatū fuerit euangelīū istud in vniuerso
mūdo: et qd̄ fecit hec narrabit̄ in memoriā
eius. Et iudas scariothis vnus de duodecī
abiit ad summos sacerdotes: ut p̄deret eū
illis. Qui audiētes gauisi sūt: ⁊ p̄miserunt
ei pecuniā se daturos. Et q̄rebat quō illuc
opportune tradēt. Et p̄mo die azimorū q̄n pa-
scha immolabāt: dicūt ei discipuli. Quo vis
eam⁹ et parem⁹ tibi ut māduces pascha?
Et mittit duos ex discipulis suis: ⁊ dicit eis.
Ite in ciuitatē: ⁊ occurret vobis hō lagenā
aque baiulās. Sequimini eū: ⁊ quocūq; in-
troierit dicite domino domus: q̄ magister
dicit. Vbi est refectō mea: vbi pascha cū
discipulis meis manducē? Et ipe vobis de-
mōstrabit cenaculū grande stratū: ⁊ illic
parate nobis. Et abierūt discipuli eius ⁊ ve-
nerūt in ciuitatē: ⁊ inuenerūt sicut dixerat
illis: ⁊ parauerūt pascha. Vespere aūt fcō.
venit cū duodecim. Et discumbētib̄ eis et
manducantib̄ ait ihesus. Amen dico vobis:
q̄ vnus ex vobis tradet me qui manducat
mecū. At illi ceperūt cōtristari ⁊ dicē singil-
latim. Nunq̄d ego? Qui ait illis. Vnus ex
duodecim qui intingit mecū manū i cathi-
no. Et filius quidē hominis vadit sicut scri-
ptū est de eo. Ve aūt homini illi: p quē fili⁹
hominis tradetur. Bonū erat ei: si nō essī na-
tus homo ille. Et manducantib̄ illis accē-
pit ihesus panē: ⁊ bñdicens fregit: et dedit
eis et ait. Sumite: hoc est corpus meū. Et
accepto calice: gratias agens dedit eis. Et
biberunt ex illo omnes. Et ait illi. Hic est
sanguis meus noui testamēti: qui p multis
effundetur. Amen dico vobis: q̄ iam nō bi-
bam de genimine vitis: usq; in diem illū cū
illud bibam nouū in regno dei. Et ymno di-
cto: exierūt in mōtē oliuarū. Et ait eis ihe-
sus. Omnes scandalizabimini in nocte ista:
q̄ scriptū est: percutiam pastorē ⁊ dispgētur
oues. Sed posteaq̄ resurrexero: p̄cedā vos
in galileā. Petrus aūt ait illi. Et si oēs scā-
dalizati fuerint: ēs nō ego. Et ait illi ihesus.
Amen dico tibi: q̄ tu hodie in nocte hac
priusq̄ gallus bis vocē dederit · ter me es
negaturus. At ille amplius loquebat̄. Et
si oportuerit me simul cōmori tibi: non te ne-
gabo. Similiter aūt ⁊ omnes dicebāt. Et ve-
nūt in prediū cui nomē gethsemani: ⁊ ait
discipulis suis. Sedete hic donec orem. Et
assumit petrū ⁊ iacobū ⁊ iohannē secū: ⁊ ce-
pit pauere et tedere. Et ait illis. Tristis est
anima mea usq; ad mortē. Sustinete hic ⁊
vigilate. Et cū p̄cessisī paululū: p̄cidit sup
terrā: ⁊ orabat ut si fieri posset transiret ab
eo hora: et dixit. Abba pater: omnia tibi pos-
sibilia sūt: transfer calicē hūc a me. Sed nō
qd̄ ego volo: ēs qd̄ tu. Et venit: inuenit eos
dormiētes. Et ait petro. Simō dormis? Nō
potuisti vna hora vigilaē? Vigilate ⁊ orate:
vt nō intretis in temptacōē. Spūs quidē
p̄mptus ē: caro vēo infirma. Et iterū abiēs
orauit: eundē sermonē dicēs. Et reuersus de-
nuo: inuenit eos dormiētes. Erant enim oculi
eorū grauati: ⁊ ignorabāt quid rndērēt
ei. Et venit tercio: ⁊ ait illis. Dormite iam:
et requiescite. Sufficit. Venit hora: ecce
filius hominis tradetur in manus peccato
rum. Surgite eamus. Ecce qui me tradet
ppe ē. Et adhuc eo loquēte · venit iudas
scarioth vnus de duodecī: et cum eo turba
multa · cū gladijs ⁊ lignis a summis sacerdo-
tib̄ ⁊ scribis ⁊ seniorib̄. Dederat autem tra-
ditor eis signū dicēs. Quēcumq; osculatus
fuero ipe ē tenete eū: et ducite caute. Et cū
venissī: statim accedēs ad eum ait. Rabbi.
Et osculatus est eū. At illi manus iecerūt
in ihesū: ⁊ tenuerūt eū. Vnus aūt quidam
de circūstantib̄ educēs gladiū p̄cussit seruū
summi sacerdotis: et amputauit illi auriculā.
Et rndens ihesus ait illis. Tanq̄ ad latro-
nē existis cū gladijs et lignis oprehende-
re me. Quotidie eram apud vos in templo
docēs: et nō me tenuistis. Sed ut impleāt̄
scripture. Tunc discipuli eius relinquentes
eum omnes fugerūt. Adolescens aūt quidā
sequebat̄ eum amictus sindone sup nudo: et
tenuerūt eū. At ille reiecta sindone nudus
p̄fugit ab eis. Et adduxerūt ihesum ad sū-
mū sacerdotē. et conuenerūt omnes sacēdotes
et scribe ⁊ seniores. Petrus aūt alōge secut⁹
est eū usq; intro in atriū summi sacerdotis:

et sedebat cū ministris ad ignē: ⁊ calefacie=
bat se. Sūmi vero sacerdotes ⁊ omē ꝯcilū
querebant aduersus ihesum testimoniū ut
eū morti traderēt: nec inueiebāt. Multi aūt
testimoniū falsum dicebāt aduersus eum:
et ꝯuenientia testimonia nō erāt. Et quidaꝫ
surgentes: falsum testimoniū ferebāt adūsus
eum dicētes. Quoniā nos audiuimus
eum dicentē. Ego dissoluā templū hoc ma=
nufactū: ⁊ post triduū aliud nō manufectū
edificabo. Et nō erat ꝯueniēs testimoniū
illoꝝ. Exsurgens autē summus sacerdos
in mediū: interrogauit ihesum dicēs. Non
rndes quicq̄ ad ea q̄ tibi obiciunt ab hijs?
Ille autē tacebat: ⁊ nihil rndit. Rursuꝫ sū=
mus sacerdos interrogabat eum: ⁊ dixit ei.
Tu es xpc filius dei benedicti? Ihesus autē
dixit illi. Ego sum. Et videbitis filiū hominis
sedentē a dextris virtutis dei: et venientem
cū nubibus celi. Sūmus autem sacerdos
scindens vestimēta sua ait. Quid adhuc
desideramus testes? Audistis blasphemiā.
Quid vobis videtur? Qui omēs ꝯdemna=
uerūt eum esse reum mortis. Et ceperunt q̄=
dam conspuere eum et velare faciem eius:
et colaphis eum cedere ⁊ dicere ei: ꝓphetiza.
Et ministri alapis eum cedebant. Et cuꝫ
esset petrus in atrio deorsū: venit vna ex an=
cillis sūmi sacerdotis: ⁊ cū vidisset petrū ca=
lefacientē se: aspiciens illum ait. Et tu cum
ihesu nazareno eras. At ille negauit dicens.
Neqꝫ scio: neqꝫ noui quid dicas. Et exiit
foras ante atriū: ⁊ gallus cantauit. Rursus
autē cū vidisset illum ancilla cepit dicere cir=
cumstantibus: qꝫ hic ex illis ē. At ille iteruꝫ
negauit. Et post pusillū rursus q̄ astabāt
dicebant petro. Vere ex illis es: nam ⁊ ga=
lileus es. Ille autem cepit anathematizare
et iurare: qꝫ nesciō hominē istuꝫ quē dicitis.
Et statim gallus iterum cantauit. Et recō=
datus ē petrus vbi quod dixerat ei ihus:
pusq̄ gallus cātet bis ter me negabis. Et
Et ꝯfestim mane XV cepit flere.
ꝯsilium faciētes sūmi sacerdotes cuꝫ
senioribus ⁊ scribis et vniuerso concilio vin=
cientes ihesum duxerūt ⁊ tradiderunt pilato.
Et interrogauit eum pilatus. Tu es rex iu=
deoꝝ? At ille rndens ait illi. Tu dicis. Et
accusabant eum sūmi sacerdotes in multis.
Pilatus aūt rursū interrogauit eum dicens.
Non respondes quicq̄? Vide in quātis te
accusant. Ihesus aūt amplius nihil rndit:
ita ut miraretur pilatus. Per diem aūt festuꝫ
solebat dimittere illis vnū ex vinctis quē
cunqꝫ petissent. Erat aūt qui dicebatur barra=
bas: qui cū seditiosis erat vinctus qui in se=
dicōne fecerat homicidiū. Et cū ascendisset
turba: cepit rogare sicut semp faciebat illis.
Pilatus aūt respondit eis ⁊ dixit. Vultis di=
mittam vobis regem iudeoꝝ? Sciebat e=
nim qꝫ p invidiā tradidissent eum summi sa=
cerdotes. Pōtifices aūt ꝯcitauerūt turbā:
ut magis barraban dimitteret eis. Pilatus
aūt iterum respondēs ait illis. Quid ergo
vultis faciam regi iudeoꝝ? At illi iterum
clamauerūt. Crucifige eū. Pilatus vero di=
cebat illis. Quid enim mali fecit? At illi ma=
gis clamabāt: crucifige eum. Pilatus autē
volēs populo satisfacere dimisit illis bar=
raban: ⁊ tradidit ihesum flagellis cesum vt
crucifigēt. Milites aūt duxerūt eū in atriū
ptorij ⁊ ꝯuocant totam cohortē: ⁊ induunt
euꝫ purpura ⁊ imponūt ei plectētes spine=
am coronam: ⁊ ceperūt salutare eum. Aue
rex iudeoꝝ. Et percutiebāt caput eius arun=
dine: ⁊ ꝯspuebant eum: et ponētes genua
adorabāt eum. Et postq̄ illuserūt ei exuerūt
illū purpura: ⁊ induerūt eū vestimēta sua:
et educunt illū ut crucifigerēt eum. Et āga=
riauerūt ptereuntē quempiā simonem cyre=
neū venientē de villa: prem allexandri ⁊ ru=
fi: ut tolleret crucē eius. Et pducūt illum in
golgatha locuꝫ: qd̄ est interpretatū calua=
rie locus. Et dabāt ei bibere mirratū vinum:
et non accepit. Et crucifigētes eum diuiserūt
vestimēta eius: mittentes sortem super eis
quis quid tolleret. Erat aūt hora tercia: et
crucifixerūt eum. Et erat titulus cause eius
inscriptus: rex iudeoꝝ. Et cū eo crucifigūt
duos latrones: vnū a dextris ⁊ alium a sin=
stris eius. Et impleta ē scriptura q̄ dicit. Et
cū iniqs reputatus est. Et pretereūtes blas=
phemabāt eum: mouētes capita sua ⁊ di=
cētes. Vah qui destruis templū dei: ⁊ in triby
dieby reedificas. Saluū fac temetipꝫ descē=
dens de cruce. Similiter et sūmi sacerdotes

illudentes ad alterutrū cū scribis dicebāt.
Alios saluos fecit: seipm non potest saluū
facere. Cristus rex israhel. descendat nunc
de cruce: ut videamus ⁊ credamus. Et q̄ cū
eo crucifixi erant oueniabant ei. Et fcā ho-
ra sexta: tenebre facte sūt p totam terram
vsq; in horā nonā. Et hora nona exclama-
uit ihesus voce magna dicēs. Heloy. heloy
lamasabactani. Quod est interptatū. Deus
meus. deus meus: ut quid dereliquisti me?
Et quidam de circumstantibus audiētes di-
cebant. Ecce helias vocat. Currens autē
vnus ⁊ implens spongiā aceto. circumpo-
nensq; calamo: potū dabat ei dicēs. Sinite:
videamus si veniat helias ad deponen-
dū eū. Ihs aūt emissa voce magnā expira-
uit. Et velū tēpli scissū ē in duo: a summo usq;
deorsū. Videns aūt centurio q̄ ex aduerso
stabat. q̄ sic clamās expirasset: ait. Vere
homo hic filius dei erat. Erant aūt ⁊ mulie-
res delonge aspiciētes: inter quas erat ma-
ria magdalene. et maria iacobi minoris. et
ioseph mater. et salome: et cū essent in galilea
sequebantur eum ⁊ ministrabant ei: ⁊ alie
multe que simul cū eo ascenderāt ihero soli-
mā. Et cū iam sero esset factum. q̄ erat pa-
rasceue quod ē ante sabbatū. venit ioseph
ab aramathia nobilis decurio: qui ⁊ ipe erat
expectās regnū dei. Et audacter introuit
ad pilatū: ⁊ petijt corpus ihesu. Pilatus au-
tē mirabatur si iā obisset. Et accersito cen-
turione: interrogauit eū si iam mortuus esset.
Et cū ognouisset a centurione: donauit cor-
pus ioseph. Ioseph autē mercatus sindo-
nē. et deponens eū inuoluit sindone: ⁊ po-
suit eū in monumēto quod erat excisū de pe-
tra: ⁊ aduoluit lapidē ad ostiū monumenti.
Maria magdalene ⁊ maria ioseph aspicie-
bant vbi ponēt.

Et cū trāsisset XVI
sabbatū: maria magdalene ⁊ maria
iacobi ⁊ salome emerūt aromata: ut venē-
tes vngerēt ihesum. Et valde mane vna sab-
batorū. veniunt ad monumentū: orto iam
sole. Et dicebant ad inuicē. Quis reuoluet
nobis lapidē ab ostio monumēti? Et respi-
cientes viderūt reuolutū lapidē. Erat quip-
pe magnus valde. Et introeuntes in monu-
mentū viderūt iuuenē sedentē in dextris
coopertū stola candida: ⁊ obstupuerūt. Qui
dicit illis. Nolite expauescere. Ihesū q̄rit is
nazarenū. crucifixū: surrexit: nō est hic. Ec-
ce locus: vbi posuerūt eum. Sed ite dicite
discipulis eius ⁊ petro: q̄ p̄cedet vos in gali-
leam. Ibi eū videbitis: sicut dixit vobis. At
ille exeuntes fugerūt de monumēto. Inua-
serat enī eas tremor ⁊ pauor: ⁊ nemī quicq̄
dixerūt. Timebant enim. Surgens autē
ihesus mane prima sabbati apparuit primo
marie magdalene: de qua eiecerat septem
demonia. Illa vadēs nūciauit his. qui cū eo
fuerāt lugentibus ⁊ flentibus: et illi audientes
q̄ viueret et visus esset ab ea: non crediderūt.
Post hec aūt duobus ex his ambulāntibus o
stensus ē in alia effigie euntibus in villā: ⁊ illi
euntes nūciauerūt ceteris: nec illis credide-
rūt. Nouissime aūt recumbentibus illis vnde cī
apparuit: ⁊ exprobrauit incredulitatē eorū
et duriciam cordis: q̄ his qui viderāt eum
resurrexisse non crediderūt. Et dixit eis. Eūn-
tes in mundū vniuersū: p̄dicate euangeliū
omni creature. Qui crediderit ⁊ baptizatus
fuerit. saluus erit: qui vero non crediderit. cō
demnabitur. Signa aūt eos q̄ crediderint
hec sequēt. In nomine meo demonia eiciēt:
linguis loquēntur nouis: serpētes tollēt. Et
si mortiferum quid biberint: nō eis nocebit.
Super egros manus imponēt: ⁊ bñ habe-
bunt. Et dns quidē ihesus postq̄ locutus est
eis. assumptus est in celū: ⁊ sedet a dextris
dei. Illi aūt pfecti p̄dicauerūt vbiq; domino
coopānte ⁊ fmonē ofirmānte: sequēntibus signis.

Explicit euangelium secundum Marcum.

Incip̄ prefacio beati Jeronimi presbiteri in
Lucas euangeliū sedm Lucā.
Syrus. nacōe anthiocēs. arte
medicus. discipulus apsorū.
postea paulum secutus usq;
ad ofessionē eius seruiēs do-
mino sine crimine: nam neq; vxorē vnq̄ ha-
buit: neq; filios: septuaginta ⁊ q̄tuor ānorū
obiit in bithinia. plenus spū sancto. Qui cū
iam scripta essent euangelia. p mathēū qui-
dem in iudea. p marcū aūt in italia: sco instī-
gante spiritu in achaie partibus hoc scripsit
euangeliū: significās etiam ipe in principio
ante suū alia esse descripta. Cui extra ea que

ordo euangelice disposicōis exposcit · ea
maxime necessitas laboris fuit: ut primū
grecis fidelibus omni ꝓpletacōne venturi
in carnem dei cristi manifestata humanita-
te ne iudaicis fabulis attenti · in solo legis
desiderio tenerentur: vel ne hereticis fabulis
et stultis sollicitacōibus seducti excideret
a veritate elaborarent: deinde · ut in principio
euangelij · iohannis natiuitate presumpta.
cui euangeliū scriberet · a in quo electus scri-
beret indicaret: contestans in se completa
esse: que essent ab alijs inchoata. Cui ideo
post baptismū filij dei a perfectione gene-
racōis in cristo implete · repetende a prin-
cipio natiuitatis humane potestas pmissa
est: ut requirentibus demonstraret in quo
apprehendens erat per nathan filiū dauid
introitu recurrentis in deum generacōis
admisso: indisparabilis dei predicās in ho-
minibus cristum suū · perfecti opus hominis
redire in se per filiū faceret: qui per dauid
patrez veniēnbus iter pbebat in cristo. Cui
luce non immerito etiā scribendo ꝓ actuū
ap'lōr potestas in ministerio datur: ut deo
in deū pleno a filio pdicōis extincto · ora-
cōne ab apostolis facta · sorte domini ele-
ctionis numerus compleret: sicq paulus
ꝯsummacōez apostolicis actibus daret · quē
diu ꝯtra stimulū recalcitrantē dns elegisset.
Qd et legentibus ac requirēntibus deū · et si per
singula expediri a nobis vtile fuerat: scies
tamen q operantem agricolā oportet de
suis fructibus edere · vitauimus publicam
curiositatem: ne nō tā volentibus deū demō-
strare videremur · q̄ fastidientibus prodidisse.

Expl' pfacō. Incipit euangeliū scōm Lucā.
Prohemiū ipius beati luce in euāgeliū suū.

Quoniā quidem multi
conati sunt ordinare
narracōes que in no-
bis complete sunt re-
rum · sicut tradiderunt
nobis qui ab initio ipi
viderūt · a ministri fu-
erunt sermonis: visum est · a michi assecuto
omnia a principio diligēter ex ordine tibi
scribere optime theophile: ut cognoscas
eōr verborū de quibus eruditus es veritatē.

Fuit in diebus herodis regis
iudee sacerdos quidam noīe
zacharias de vice abia · a vxor
illi de filiabus aaron: a nomē
eius elizabeth. Erāt autē iusti
ambo ante deū: incedentes in omnibus mādā-
tis et iustificacōibus domini sine querela. Et
nō erat illis filius · eo q̄ esset elizabeth sterilis:
et ambo pcessissent in diebus suis. Factū est
autē cum sacerdotio fungeretur zacharias
in ordine vicis sue ante deū: secōm ꝯsuetudi-
nē sacerdotij sorte exijt ut incensū poneret
ingressus in templū domini. Et omnis multi-
tudo ꝓpli erat orans foris hora incensi. Ap-
paruit autē illi āgelus domini: stās a dextris
altaris incēsi. Et zacharias turbatus ē videns:
et timor irruit super eū. Ait autē ad illū āge-
lus. Ne timeas zacharia: quoniā exaudita
ē depcacō tua. Et vxor tua elizabeth pariet
tibi filiū · et vocabis nomē eius iohannē: et
erit gaudiū tibi a exultacō: a multi in eius
natiuitate gaudebunt. Erit enim magnus
coram dno: et vinū a siceram nō bibet. Et spi-
ritu sancto replebit adhuc ex vtero matris
sue: a multos filiorū israhel conuertet ad dnm
deum ipsorū. Et ipse pcedet ante ipm in spi-
ritu et virtute helie: ut conuertat corda patrum
in filios · et incredibiles ad prudentiam iu-
storū: parare dno plebē pfectam. Et dixit
zacharias ad angelū. Vnde hoc sciā? Ego
enim sū senex: et vxor mea pcessit in diebus
suis. Et rndens angelus dixit ei. Ego sum
gabriel qui asto ante deū: a missus sū loqui
ad te: a hec tibi euangelizare. Et ecce eris
tacēs a nō poteris loq̄ usq̄ in di ē quo hec
fiant: p eo q̄ nō credidisti verbis meis: que
implebuntur in tempore suo. Et erat plebs
expectās zachariā: a mirabant q̄ tardaret
ipe in templo. Egressus autē nō poterat lo-
qui ad illos. Et ꝯgnouerūt q̄ visionē vidisset
in templo. Et ipse erat innuēs illis: et p-
mansit mutus. Et factum ē ut impleti sūt di-
es officij eius abijt in domū suā. Post hos
autē dies concepit elizabeth vxor eius: a occul-
tabat se mensibus quinq̄ dicēs. Quia sic fe-
cit michi dns: in diebus quibus respexit auferre
oprobriū meū inter homines. In mense
autē sexto missus ē angelus gabriel a deo

in ciuitatem galilee cui nomē nazareth. ad
virginē desponsatam viro cui nomē erat io-
seph. de domo dauid: ⁊ nomē virginis ma-
ria. Et ingressus angelus ad eā dixit. Aue
gratia plena: dns tecū: bnedicta tu in mulie-
ribus. Que cū audisset turbata ē in sermone
eius: ⁊ cogitabat qualis esset ista salutatio.
Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inuenisti
enim gratiam apud deum. Ecce concipies in
utero ⁊ paries filiū: et vocabis nomē eius
ihesum. Hic erit magnus: ⁊ filius altissimi
vocabitur. Et dabit illi dns deus sedem da-
uid patris eius: ⁊ regnabit in domo iacob
in eternū: ⁊ regni eius nō erit finis. Dixit au-
tem maria ad angelū. Quomodo fiet istud:
quoniam virum nō cognosco? Et rndens an-
gelus dixit ei. Spūs sanctus supueniet in
te: et virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideo-
que et quod nascetur ex te sanctū: vocabitur fi-
lius dei. Et ecce elizabeth cognata tua: ⁊ ipsa
concepit filiū in senectute sua. Et hic mensis
est sextus illi que vocatur sterilis: quia nō erit
impossibile apud deū omne verbū. Dixit aūt
maria. Ecce ancilla domini: fiat michi secūm
verbum tuū. Et discessit ab illa angelus. Ex-
surgens autē maria in diebus illis abijt in
montana cum festinacōe in ciuitatē iuda: et
intrauit in domū zacharie: ⁊ salutauit eliza-
beth. Et factum ē ut audiuit salutacōnem
marie elizabeth: exultauit infans in utero
eius. Et repleta est spū sancto elizabeth: et
exclamauit voce magna ⁊ dixit. Benedicta
tu inter mulieres: ⁊ bnedictus fructus ven-
tris tui. Et unde hoc michi: ut veniat mater
domini mei ad me? Ecce enim ut facta est
vox salutacōnis tue in auribus meis: exulta-
uit in gaudio infans in utero meo. Et btā
que credidit: quoniam perficientur ea que dcta
sunt ei a dno. Et ait maria. Magnificat aia
mea dnm: ⁊ exultauit spūs meus in deo sa-
lutari meo: quia respexit humilitatē ancille sue.
Ecce enim ex hoc beatam me dicēt oes ge-
neracōes: quia fecit michi magna qui potens
est: ⁊ sanctum nomē eius. Et misericordia
eius in progenie et progenies timentibus eum.
Fecit potentiā in brachio suo: dispersit super-
bos mente cordis sui. Deposuit potentes
de sede: ⁊ exaltauit humiles. Esurientes
impleuit bonis: ⁊ diuites dimisit inanes.
Suscepit israhel puerum suū memorari mi-
sericordie sue: sicut locutus ē ad pres nros.
abraham ⁊ semini eius in secula. Mansit au-
tem maria cū illa quasi mensibus tribus: et reū-
sa est in domū suā. Elizabeth autem impleuit
ē tempus pariendi: ⁊ peperit filiū. Et audi-
erūt vicini ⁊ cognati eius. quia magnificauit
dns misericordiam suā cū illa: ⁊ gratulabā-
tur ei. Et factum ē in die octauo venerūt cir-
cumcidere puerum: ⁊ vocabāt eum nomi-
ne patris sui zachariam. Et rndens mater
eius dixit. Nequaquam: sed vocabitur iohānes.
Et dixerūt ad illam. Quia nemo ē in cognā-
cōne tua. qui vocetur hoc nomine. Innuebāt
aūt patri eius: quē vellet vocari eum. Et po-
stulās pugillarē scripsit dicēs: iohānes est
nomē eius. Et mirati sūt omnes. Apertū ē au-
tem illico os eius ⁊ lingua eius: ⁊ loquebatur
bnedicēs deū. Et factus ē timor super omnes
vicinos eorum: ⁊ super omnia montana iudee.
diuulgabantur omnia verba hec: et posue-
runt omnes qui audierāt in corde suo dicen-
tes. Quis putas puer iste erit? Etenim man?
dni erat cū illo. Et zacharias pater eius re-
pletus ē spiritu sancto: ⁊ prophetauit dicens.
Benedictus dns deus israhel: quia visitauit ⁊
fecit redēptionē plebis sue. Et erexit cornu
salutis nobis in domo dauid pueri sui: sicut
locutus ē per os sanctorum. qui a seculo sunt
prophetarum eius: salutē ex inimicis nostris. ⁊
de manu omnium qui oderūt nos: ad faciēdā
misericordiā cū patribus nris. ⁊ memorari te-
stamēti sui sancti: iusiurāduz quod iurauit ad
abrahā prem nrm. daturū se nobis: vt sine
timore de manu inimicorum nrorum liberati. ser-
uiamus illi: in sanctitate ⁊ iustitia coram ipso.
omnibus diebus nris. Et tu puer propha altissimi
vocaberis. Preibis enim ante faciē dni pa-
rare vias eius: ad dandā scientiā salutis ple-
bi eius. in remissionē peccorum eorum: per viscera
misericordie dei nri. in quibus visitauit nos
oriens ex alto: illuminare his qui in tenebris
et in umbra mortis sedet: ad dirigendos pedes
nros in viā pacis. Puer aūt crescebat ⁊ con-
fortabatur spū: et erat in desertis usque in die
ostensionis sue ad israhel. II

Factum est autem in diebus illis. exiit

edictum a cesare augusto: ut describeretur
vniuersus orbis. Hec descriptō prima fcā
est a pside syrie cyrino. Et ibāt omes ut p-
fiterēt: singuli in suā ciuitatē. Ascendit au-
tem ⁊ ioseph a galilea de ciuitate nazareth
in iudeā ciuitatē dauid que vocat bethle-
em·eo q̄ esset de domo ⁊ familia dauid: ut p-
fiteret cū maria desponsata sibi vxore pre-
gnāte. Factus est aūt cum essent ibi: imple-
ti sunt dies ut parēt. Et pepit filiū suū p̄mo-
genitū: ⁊ pāns eum inuoluit·et reclinauit
eum in p̄sepio: quia nō erat ei locus in diuō-
sorio. Et pastores erāt in regione eadē vi-
gilātes: ⁊ custodiētes vigilias noctis sup
gregem suū. Et ecce angelus domini stetit
iuxta illos: ⁊ claritas dei circumfulsit illos: et
timuerunt timore magno. Et dixit illis an-
gelus. Nolite timere. Ecce enim euāgelizo
vobis gaudiū magnū quod erit omi po-
pulo: q̄ natus est vobis hodie saluator q̄
ē cristus dōs·in ciuitate dauid. Et hoc vo-
bis signū. Inuenietis infantē pāns inuo-
lutū: ⁊ positum in p̄sepio. Et sūito facta est
cum āgelo multitudo milicie celestis: laudā-
tū deū ⁊ dicentū. Gloria in altissimis deo:
⁊ in terra pax hominib bone voluntatis. Et
factum est ut discesserūt ab eis āgeli in ce-
lum: pastores loquebant admiucē. Tran-
seamus usq bethleem: et videamus hoc ⁊
bum quod factum est quod fecit dominus
et ostedit nobis. Et venerūt festinātes: ⁊ in-
uenerūt mariam ⁊ ioseph·et infantē positū
in p̄sepio. Videntes aūt ognouerūt de ⁊ bo:
quod dictum erat illis de puero hoc. Et o-
mnes qui audierāt mirati sūt: ⁊ de his que
dicta erāt a pastoribs ad ipos. Maria au-
tem oseruabat omia ⁊ ba hec: oferēs in cor-
de suo. Et reuersi sūt pastores glorificātes ⁊
laudantes deum in omib que audierāt et
viderāt: sicut dictū est ad illos. Et postq̄
osūmati sūt dies octo·ut circūcideret puer:
vocatum est nomē eius ihesus. Quod voca-
tum est ab angelo prius q̄ in vtero cōciperet.
Et postq̄ impleti sūt dies purgacōnis eius
sēdm legem moysi tulerūt illū in in ihieru-
salem·ut sisterent eum dño: sicut scriptū est in
lege domini. Quia ome masculinū adape-
riens vuluā·sēm dño vocabit. Et ut darēt
hostiam sēdm q̄ dictū est in lege domini:
par turturū aut duos pullos columbarum.
Et ecce homo erat in ihierusalē cui nomē sy-
meō. Et homo iste iustus ⁊ timorātus expe
ctās osolacōem israhel: ⁊ spūs sanctus erat
in eo. Et respōsum accepat a spū sancto·nō
visurum se mortē: nisi p̄ius videret cristum
domini. Et venit in spū in templū. Et cū ind-
ceret puerū ihesum parentes eius·ut faceret
sēdm osuetudinē legis p eo: et ipse accepit
eū in vlnas suas: ⁊ bēdixit deū ⁊ dixit. Nūc
dimittis seruū tuū dne sēdm ⁊ bum tuū in pa-
ce: q̄ viderūt oculi mei salutare tuū: quod
parasti ante faciem ommū populorū: lumē
ad reuelacōēm gentiū: ⁊ gloriam plebis tue
israhel. Et erat pater eius ⁊ mater eius mirā-
tes sup his que dicebāt de illo. Et bēdixit
illis symeon: ⁊ dixit ad mariam matrē eius.
Ecce positus est hic in ruinā·⁊ in resurrectō-
nem multorū in israhel: ⁊ in signū cui ōtradi-
cetur. Et tuā ipius ammā ptrāsibit gladius:
vt reuelent ex multis cordib cogitacōes.
Et erat ānna p̄phetissa filia fanuel de tribu a-
ser: hec p̄cesserat in diebs multis: et vixerat
cū viro suo annis septē a ⁊ gimitate sua. Et
hec vidua usq ad ānos octogintaq̄tuor:
que nō discedebat de templo·ieiunis ⁊ ob-
secracōnibs seruiens nocte ac die. Et hec
ipa hora sup ueniēs ofitebat dño: ⁊ loq̄ba-
tur de ipo·omib qui expectabāt redēpcōēm
ihierusalem. Et ut pfecerūt omia sēdm legē
domini: reuersi sūt in galileā·in ciuitatē suā
nazareth. Puer aūt crescebat ⁊ ofortabat.
plenus sāpia: ⁊ gratia dei erat in illo. Et ibāt
parētes eius p omes ānos in ihierusalem in
die solemni paschē. Et cū factus esset annorū
duodecim·ascendēntib illis in ihierosolimam
sēdm osuetudinē diei festi·osummatisq̄ die
bus cū redirēt·remansit puer ihesus in ihie-
rusalem: ⁊ nō ognouerūt parētes eius. Exi-
stimātes autē illū esse in comitatu: venerūt
iter diei: et rēq̄rebāt eū inter cognatos et
notos. Et nō inuenētes rgressi sūt in ihieru-
salē: rēq̄rentes eū. Et factum ē post triduū·
inuenerūt eum in templo sedentē in medio
doctorū: audientē illos·et interrogantē eos.
Stupebant aūt omes qui eum audiebant·
sup prudentia ⁊ responsis eius. Et videntes

ammirati sūt. Et dixit mater eius ad illum.
Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus
et ego dolentes querebamus te. Et ait ad
illos. Quid ē q̄ me querebatis? Nesciebā-
tis q̄ ī hijs que patris mei sūt oportet me
esse? Et ipsi nō intellexerūt verbū quod lo-
cutus est ad eos. Et descendit cū eis: ⁊ ve-
nit nazareth: et erat sūditus illis. Et mater
eius cōseruabat omnia verba hec in corde
suo. Et ihesus proficiebat sapientia et etate
et gratia apud deū ⁊ homines. III

Anno autē quīdecimo imperij tyberij
cesaris: procurāte pōtio pilato iudeā:
tetrarcha aūt galilee herode: philippo aūt
fratre eius tetrarcha ituree et traconitidis
rēgionis: ⁊ lysania abilene tetrarcha: sub pri-
cipibus sacerdotū ānan ⁊ caypha: factū ē ver-
bum dñi super iohānem zacharie filiū ī deser-
to. Et venit ī omnē regionē iordanis p̄dī-
cās baptismū penitētie ī remissionē peccā-
torū: sicut scriptū est in libro sermonū ysaie
p̄phete. Vox clamātis ī deserto parate viam
dñi: rectas facite semitas eius. Omnis val-
lis implebitur: ⁊ omnis mōs et collis hū-
liabitur. Et erūt prauā ī directa ⁊ aspera
ī vias planas: ⁊ videbit omnis caro salu-
tare dei. Dicebat ergo ad turbas que exie-
bant vt baptizarentur ab ipo. O semina
viperarū: quis ostēdit vobis fugere a ven-
tura ira? Facite ergo fructus dignos pen-
tētie: ⁊ ne ceperitis dicere pātrem habemus
abrahā. Dico enim vobis: q̄ potēs est de
de lapidibus istis suscitare filios abrahe. Jā
enim securis ad radicem arborū posita est.
Omnis ergo arbor nō faciēs fructū bonū
excidet: ⁊ ī ignē mittetur. Et īterrogabāt
eum turbe dicētes. Quid ergo faciemus?
Rūdens autē dicebat illis. Qui habet du-
as tunicas det nō habēti: ⁊ qui habet escas
similiter faciat. Venerūt aūt ⁊ publicani vt
baptizarētur: ⁊ dixerūt ad illum. Magister.
q̄d faciemus? At ille dixit ad illos. Nichil
amplius q̄ q̄d cōstitutū ē vobis faciatis.
Interrogabāt aūt eum ⁊ milites dicentes.
Quid faciemus ⁊ nos? Et ait illis. Nemi-
nē ōcutiatis neq̄ calūmā faciatis: ⁊ otenti
estote stipēdijs vestris. Existimante autē
p̄plo ⁊ cogitāntibus omnibus ī cordibus suis de
iohāne ne forte ipse esset xp̄s: rūdit iohānes
dicēs omnibus. Ego quidem aqua baptizo
vos: venet aūt fortior eius nō sū dignus
soluere corrigiā calciamētorū eius: ipe vos
baptizabit ī spiritu sancto ⁊ igni. Cuius vē-
tilabrū ī manu eius: ⁊ purgabit aream suam
et īgregabit triticū ī horreum suum: paleas
aūt īburet igni inextinguibili. Multa quī-
dem ⁊ alia exhortās euāgelizabat p̄plo. He-
rodes aūt tetrarcha cū corriperetur ab illo
de herodiade vxore fratris sui et de omnibus
malis que fecit herodes: adiecit ⁊ hoc super
omnia: ⁊ īclusit iohānem ī carcerē. Factū
est aūt cū baptizarētur omnis p̄plus et ihesu
baptizato ⁊ orante apertū est celū: ⁊ descen-
dit spūs scūs corporali spē sicut colūba ī
ipsum: et vox de celo facta est. Tu es filius
meus dilectus: ī te īplacuit michi. Et ipe
ihesus erat incipiens quasi ānorū triginta
vt putabatur filius ioseph. qui fuit heli. qui
fuit mathat. qui fuit leui. q̄ fuit melchi. q̄ fu-
it iānē. qui fuit ioseph. qui fuit mathathie.
qui fuit amos. q̄ fuit naum. qui fuit hesli. qui
fuit nagge. qui fuit maath. q̄ fuit matha-
thie. qui fuit semei. qui fuit ioseph. q̄ fuit iu-
da. qui fuit iohanna. qui fuit resa. q̄ fuit zo-
robabel. qui fuit salathiel. q̄ fuit neri. q̄ fuit
melchi. q̄ fuit addi. qui fuit thosan. qui fuit
helmadan. qui fuit her. q̄ fuit ihesu. qui fuit
heliezer. qui fuit iorim. q̄ fuit matthath. qui
fuit leui. qui fuit symeon. qui fuit iuda. qui
fuit ioseph. qui fuit iona. qui fuit heliachim.
qui fuit melcha. q̄ fuit menna. qui fuit ma-
thata. qui fuit nathan. qui fuit dauid. qui
fuit iesse. qui fuit obeth. q̄ fuit booz. qui fuit
salomon. q̄ fuit naason. qui fuit aminadab.
qui fuit aran. qui fuit esron. qui fuit phares.
qui fuit iude. q̄ fuit iacob. qui fuit ysaac. qui
fuit abrahe. qui fuit thare. q̄ fuit nachor. qui
fuit seruch. qui fuit ragau. qui fuit phalech.
qui fuit heber. qui fuit sale. qui fuit chay-
nan. q̄ fuit arphaxat. qui fuit sem. qui fuit
noe. qui fuit lamech. qui fuit matusale. qui
fuit enoch. qui fuit iareth. qui fuit malale-
hel. qui fuit chaynan. q̄ fuit enos. qui fuit
seth. qui fuit adam. qui fuit dei. IIII

Ihesus autē plenus spiritu scō rēgres-
sus est a iordane: et agebat ī spiritu

in deserto diebꝫ quadragīta: ⁊ temptabat
a dyabolo. Et nichil mānducauit in diebus
illis: ⁊ ꝯsūmatis illis esuriit. Dixit autē illi
dyabolus. Si filius dei es: dic lapidi huic
vt panis fiat. Et rndit ad illū ihs. Scīptū
est. q; nō in pane solo viuit homo: sz in omi
verbo dei. Et duxit illū dyabolus: et oēdit
illi omnia regna orbis tre in momēto tpis:
et ait illi. Tibi dabo potestatē hanc vniūsaz.
et gloriā illoꝝ: q; michi tradita sunt: ⁊ cui
volo do illa. Tu ergo ꝓcidēs si adorauerꝰ
coram me: erūt tua omnia. Et rndens ihesus
dixit illi. Scriptū ē. Dnm deū tuū adorabis:
et illi soli seruies. Et duxit illuz in ierlim. ⁊
statuit eū sup pinnā templi: et dixit illi. Si
filius dei es: mitte te hinc deorsū. Scriptuz
est enim. q; angelis suis mādauit de te. ut
ꝯsuēt te: ⁊ q; in manibꝫ tollent te. ne forte
offendas ad lapidē pedem tuū. Et rndens
ihesus ait illi. Dictū est. Nō tēptabis dnm
deū tuuz. Et ꝯsūmata omni tēptacōne: dya-
bolus recessit ab illo usq; ad tempus. Et
regressus ē ihs in virtute spiritus in galile-
am: et fama exiit p vniūsam regionē de illo.
Et ipse docebat in synagogis eoꝝ: ⁊ magni-
ficabatur ab omnibꝫ. Et venit nazareth vbi
erat nutritus: ⁊ intrauit secōm ꝯsuetudinez
suam die sabbati in synagogā: ⁊ surrexit le-
gere. Et traditus est illi liber ysaie ꝓphete.
Et ut reuoluit librum: inuenit locum vbi scri-
ptum erat. Spiritus dni sup me ꝓpter qd
vnxit me euāgelizare pauperibꝫ misit me: sa-
nare contritos corde. pdicāē captiuis remissi-
onem. et cecis visum: dimittere confractos
in remissionē: pdicāē ānum dni acceptū. et
diez retributionis. Et cū plicuisz librū: red-
didit ministro ⁊ sedit. Et omniū in synago-
ga oculi erāt intendētes in eū. Cepit autez
dicere ad eos: q; hodie impleta est hec scri-
ptura in auribꝫ vestris. Et omnes testimo-
niū illi dabāt: ⁊ mirabāt in vbis gratie.
q; ꝓcedebāt de ore ipius: ⁊ dicebāt. Nōne
hic ē filius ioseph? Et ait illis. Vtiq; dice-
tis michi hāc similitudinē. Medice cura te
ipsū. Quanta audiuimus facta in capha-
naū: fac ⁊ hic in patria tua. Ait aūt. Amen
dico vobis q; nemo ꝓphēta acceptus est in
patria sua. In veritate dico vob: multe vidue
erāt in israhel in diebꝫ helie quādo clausum
est celū annis tribꝫ ⁊ mēsibꝫ sex. cū facta es-
set fames magna in omni terra: ⁊ ad nullā
illarū missus ē helias. nisi in sarepta sydo-
ne. ad mulierē viduā. Et multi leprosi erant in
israhel sub heliseo ꝓphēta: ⁊ nemo eoꝝ mū-
datus est nisi naaman syrus. Et repleti sūt
omes in synagoga ira hec audiētes. Et sur-
rexerūt ⁊ eiecerunt illū extra ciuitatē: ⁊ du-
xerūt illū usq; ad superciliū mōtis. sup quē
ciuitas illoꝝ erat edificata: vt pcipitarent
eū. Ipe aūt trāsiēs. per medium illoꝝ ibat.
Et descendit in capharnaū ciuitatē galilee:
ibiq; docebat illos sabbatis. Et stupebant
in doctrina eius: q; in potestate erat sermo
ipsius. Et in synagoga erat homo habens
demonīū immūdū: ⁊ exclamauit voce ma-
gna dicēs. Sme: quid nobis. et tibi ihesu
nazarene? Venisti pdere nos. Scio te qui
sis: sanctus dei. Et increpauit illū ihs dicēs.
Obmutesce: ⁊ exi ab eo. Et cū piecisz illuz
demonīū in mediū exiit ab illo: nichilq; illū
nocuit. Et factus ē pauor in omnibꝫ: et col-
loquebantur admuicē dicētes. Quod ē hoc
verbum: quia in potestate ⁊ virtute impe-
rat immūdis spiritibꝫ ⁊ exeūt? Et diuulga-
batur fama de illo. in omnē locuz regioms.
Surgēs aūt ihesus de synagoga. intrauit
in domū simonis. Socrus aūt simonis te-
nebatur magnis febribꝫ: et rogauerūt illū
pro ea. Et stās super illam imperauit febri
et dimisit illā: ⁊ continuo surgens ministrauit
illis. Cū sol aūt occidisz omes qui habebāt
infirmos varijs languoribꝫ. ducebāt illos
ad eum: at ille singulis manus imponēs cu-
rabat eos. Exiebant aūt demonia a multis
clamātia ⁊ dicēnia: q; tu es filius dei. Et in-
crepās nō sinebat ea loqui: q; sciebāt ipsū
esse xpm. Facta aūt die egressus ibat in de-
serū locū: et turbe requirebāt eū ⁊ venerunt
usq; ad ipm: ⁊ detinebāt illū ne discedēt ab
eis. Quibꝫ ille ait. Quia ⁊ alijs ciuitatibꝫ o-
portet me euāgelizare regnū dei: q; ideo missus
sū. Et erat pdicās in synagogis galilee.

Factum est autē cum turbe
irruerēt in eū ut audirēt verbuz dei: ⁊
ipe stabat secus stagnum genezareth. Et
vidit duas naues stātes secus stagnum:

piscatores aūt descenderāt & lauabāt retia.
Ascendēs aūt in vnam nauim q̄ erat simo-
nis: rogauit eū a terra reducere pusillum.
Et sedēs docebat de nauicula turbas. Vt ces-
sauit aūt loqui: dixit ad simonez. Duc in al-
tum: et laxate retia vra in capturā. Et rndēs
simon dixit illi. Preceptor: p totam noctez
labor̄tes nichil cepimus: in verbo aūt tuo
laxabo rete. Et cū hoc fecissent: oclusserunt
piscū multitudiez copiosam. Rūpebat̄ au-
tem rete eorz. Et ānuerūt socijs qui erant
in alia naui: ut venirēt & adiuuarēt eos. Et
venerūt & impleuerunt ambas nauiculas:
ita vt mergerētur. Quod cū viderēt simon
petrus: pcidit ad genua ihesu dicēs. Exi a
me: q̄ homo peccator sū dne. Stupor enim
circūdederat eū. et omnes qui cū illo erant:
in captura piscū quā ceperāt. Similter au-
tem iacobū & iohānez filios zebedei: q̄ erāt
socij simonis. Et ait ad simonē ihesus. No-
li timere: ex hoc iam homines eris capiens.
Et sbductis ad terrā nauib̄: relictis omi-
bus secuti sūt illū. Et factū est cū essē in vna
ciuitatū: & ecce vir plenus lepra. et videns
ihesū. et pcidēs in faciē suam: rogauit eū di-
cēs. Dne: si vis potes me mūdare. Et exten-
dens manū: tetigit eū dicēs. Volo. Mūdaē.
Et cōfestim lepra discessit ab illo. Et ipse p̄-
cepit illi vt nemini diceret: sed vade ostēde
te sacerdoti: et offer p emūdacōe tua sicut
pcepit moyses in testimoniū illis. Peram-
bulabat aūt magis sermo de illo: et oueniē-
bant turbe multe vt audirēt: et curarentur
ab infirmitatib̄ suis. Ipe aūt secedebat in
desertum & orabat. Factū est in vna diez:
et ipe sedebat docēs. Et erāt pharisei sedē-
tes & legis doctores qui venerāt ex omni
castello galilee et iudee. et ihrlim: et virtus
dni erat ad sanādum eos. Et ecce viri por-
tātes in lecto hominē qui erat paraliticus:
et querebāt eū inferre & ponere ante eū. Et
nō inuenētes qua parte illuz inferrēt p̄ tur-
ba: ascenderūt supra tectuz. et p tegulas sū-
miserūt eū cum lecto in medū ante ihesum.
Quorz fidē ut vidit dixit. Homo: remittū-
tur tibi peccata tua. Et ceperūt cogitare scri-
be & pharisei dicētes. Quis ē hic qui loq̄t̄
blasphemias? Quis potest dimittere pcā:
nsi solus deus? Vt cognouit aūt ihesus co-
gitacōes eorz: rndēs dixit ad illos. Quid
cogitatis in cordib̄ vris? Quid est facili?
dicē dimittūtur tibi pcā: an dicere surge et
ambula? Vt autē sciatis q̄ filius hominis
habet potestatē in terra dimittēdi pcā: ait
paralitico. Tibi dico surge: tolle lectū tuuz:
et vade in domū tuā. Et ofestim osurgēs co-
ram illis tulit lectū in quo iacebat: & abijt
in domū suā magnificās deū. Et stupor appre-
hēdit omes: & magnificabāt deū. Et replen
sūt timore dicētes: q̄ vidimus mirabilia ho-
die. Et post hec exijt: & vidit publicanū no-
mine leui sedētem ad thloneū: & ait illi. Se-
quere me. Et relictis ommib̄: surgēs secut?
ē eū. Et fecit ei ouiuiū magnū leui in domo
sua: et erat turba multa publicanorz. & alio-
rum qui cū illis erāt discūbentes. Et murmu-
rabant pharisei et scribe eorz: dicētes ad di-
scipulos eius. Quare cū publicanis & pcōri-
b̄ mādūcatis et bibitis? Et rndens ihus
dixit ad illos. Nō egēt qui sani sūt medico:
sed qui male habēt. Nō veni vocare iustos:
sed pcōres ad penitēciam. At illi dixerunt
ad eū. Quare discipuli iohānis ieunāt fre-
quenter & obsecracōes faciūt. simlit & pha-
riseorz: tui autē edūt & bibūt? Quib̄ ipse
ait. Nūquid potestis filios spōsi dū cū illis
est spōsus facere ieunare? Venēt aūt dies:
et cū ablatus fuerit ab illis spōsus. tūc ieu-
nabūt in illis dieb̄. Dicebat autē & similitu-
dinē ad illos. Quia nemo omissurā a nouo
vestimēto immittit in vestimentū vetus: alio-
quin et nouū rumpit: et veteri nō oueniet cō-
missura a nouo. Et nemo mittit vinū nouuz
in vtres veteres: alioquin rūpit vinū nouū
vtres: et vinum effundetur et vtres peribūt.
Sed vinū nouū in vtres nouos mittēduz
est: et vtraq̄ oseruātur. Et nemo bibēs vet?
statim vult nouū: dicit enim: vetus melius ē.

Factū est autē in sabbato VI
secdo primo. cū trāsiret per sata velle-
bant discipuli eius spicas: et mādūcabant
ofricātes manib̄. Quidaz aūt pharisеorz
dicebāt illis. Quid facitis q̄ nō licet in sab-
batis? Et rndens ihesus ad eos dixit. Nec
hoc legistis q̄ fecit dauid. cū esurisset ipse
et qui cū illo erant: quomō intrauit in domū

dei·et panes ꝓposicōis sūpsit·⁊ māducauit·
et dedit hijs qui cū ipo erant·quos nō licz
manducare nisi tantū sacerdotibꝫ? Et dice=
bat illis: q dñs est filius hominis etiaz sab=
bati. Factum ē autē ⁊ in alio sabbato: ut in=
traret in synagogam ⁊ doceret. Et erat ibi
homo: ⁊ manus eius dextra erat arida. Ob=
seruabant aūt scribe ⁊ pharisei si in sabbo
curaret: ut inuenirēt vnde accusarēt eū. Ipse
vero sciebat cogitacōes eoꝝ: ⁊ ait homini
q̄ habebat manū aridam. Surge: et sta in
mediū. Et surgēs stetit. Ait autem ad illos
ihesus. Interrogo vos si licet sabbatis bñ=
facere an male: aiam saluā facere an pdē?
Et circūspectis oīmibꝫ dixit homini. Extēde
manum tuā. Et extēdit: ⁊ restituta ē manus
eius. Ipsi autē repleti sūt insipiētia: ⁊ collo=
quebant ad invicem·q̄d nam facerēt ihesu.
Factum ē autem in illis diebꝫ exijt in mon=
tem orare: ⁊ erat pnoctans in oracōne dei.
Et cum dies factus essz vocauit discipulos
suos: ⁊ elegit duodecim ex ipsis quos et a=
postolos nominauit: simonē quē ꝛgnomi=
nauit petrū ⁊ andream frēz eius: iacobū et
iohannē·philippū ⁊ bartholomeū·mathēū
et thomaz iacobum alphei ⁊ simonē q̄ voca=
tur zelotes ⁊ iudaz iacobi: et iudā scarioth
q̄ fuit pditor. Et descendēs cum illis stetit in
loco cāpestri ⁊ turba discipulorꝫ eius: et mlti=
tudo copiosa plebis ab oīi iudea ⁊ ihеru=
salē et maritima ⁊ tyri et sydonis·q̄ venerāt
vt audirent eū: ⁊ sanarent a languoribus
suis. Et q̄ vexabant a spiritibꝫ immundis
curabant. Et oīis turba querebat euz tan=
gere: q virtus de illo exibat ⁊ sanabat oēs.
Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos
dicebat. Beati pauperes: q vrm ē regnū dei.
Beati q̄ nunc esuritis: q saturabimini. Bti
q̄ nunc fletis: q ridebitis. Bti eritis cū vos
oderint homines ⁊ cū separauerint vos et ex=
pbrauerint: ⁊ eiecerint nomē vrm tanquā
malū ꝓpter filiū hominis. Gaudete in illa die
et exultate: ecce enim merces vra multa est
in celo. Secōm hec enim faciebant ꝓphetis
patres eoꝝ. Veruntamē ve vobis diuitibꝫ:
q̄ habetis ꝛsolacōez vraz. Ve vobis qui sa=
turati estis: q esurietis. Ve vobis q̄ ridetis
nūc: q lugebitis et flebitis. Ve cū bene vob
dixerint oīes homīes. Secōm hec enim faci=
ebant ꝓphetis patres eoꝝ. Sed vobꝫ dico
q̄ auditis. Diligite inimicos vros: bñfacite
hijs q̄ vos oderūt. Bñdicite maledicentibꝫ
vos: orate p calumniantibꝫ vos. Et q̄ te per=
cutit in maxillam·ptē ⁊ alterā: et ab eo q̄ au=
fert tibi vestimentū·etiaz tunicā noli pbibē.
Oīi autē petēti te tribue: et q̄ aufert q̄ tua
sūt ne repetas. Et put vultis ut faciāt vobꝫ
homines: ⁊ vos facite illis similiter. Et si di=
ligitis eos q̄ vos diligūt: que vobis ē grā?
Nam et peccatores diligētes se diligūt. Et
si bñfeceritis hijs q̄ vobis benefaciūt: que
vobis est gratia? Siquidē et peccatores hoc
faciūt. Et si mutuū dederitis hijs a quibꝫ spe=
rātis recipe: que gratia ē vobis? Nā et pec=
catores pccoribꝫ fenerāt: ut recipiāt eqlia.
Veruntamen diligite inimicos vros: bene=
facite et mutuū date·nichil inde sperantes:
et erit merces vra multa: et eritis filij altissi=
mi: q ipse benignus ē sup ingratos ⁊ malos.
Estote ergo misericordes: sicut ⁊ pater vr
misericors ē. Nolite iudicare: ⁊ non iudica=
bimini. Nolite ꝛdemnare: ⁊ nō ꝛdemnabi=
mini. Dimittite: ⁊ dimittemini. Date: ⁊ dabi=
tur vobis. Mensurā bonaz ⁊ ꝛfertam·et coa=
gitatā et supefluentē dabūt in sinū vestruz.
Eadē vero mensura q̄ mensi fueritis: remeti=
etur vobis. Dicebat autē illis ⁊ similitudinē.
Nunq̄d potest cecus cecū ducere? Nonne
ambo in foueaz cadūt? Non ē discipulus sup
magistrū: pfectus autē oīis erit: si sit sic
magister eius. Quid autem vides festucam
in oculo fratris tui: trabem aūt que in oculo
tuo est nō ꝛsideras? Aut quō potes dicere
fratri tuo. frater·sine eciaz festucā de oculo
tuo: ipse in oculo tuo trabem non vides? Hy=
pocrita eice primum trabem de oculo tuo:
et tunc perspicies ut educas festucaz de ocu=
lo fratris tui. Nō est enī arbor bona q̄ facit
fructus malos: neqz arbor mala faciēs fru=
ctuz bonū. Vnaqueqz enim arbor de fructu
suo ꝛgnoscit. Neqz enim de spinis colligūt
ficus: neqz de rubo vindemiant vuā. Bonus
homo de bono thesauro cordis sui pfert bo=
nū: ⁊ malus homo de malo thesauro pfert
malū. Ex abundantia enim cordis os loqt.
Quid autē vocatis me dñe dñe: ⁊ nō facitis

que dico? Omnis qui venit ad me. et audit
sermones meos. et facit eos: ostendam vobis
cui similis sit. Similis est homini edificanti
domum qui fodit in altum: et posuit fundamentum
super petram. Inundacione autem facta illisus est
flumen domui illi: et non potuit eam mouere.
Fundata enim erat super petram. Qui autem
audit et non facit similis est homini edificanti
domum suam super terram sine fundamento: in
quam illisus est fluuius. et continuo cecidit: et
facta est ruina domus illius magna. VII
Cum autem impleisset omnia verba sua in
aures plebis: intrauit capharnaum.
Centurionis autem cuiusdam seruus male habens
erat moriturus: qui illi erat pretiosus. Et cum au-
disset de ihesu. misit ad eum seniores iudeorum:
rogans eum ut veniret. et saluaret seruum e-
ius. At illi cum venissent ad ihesum rogabant
eum sollicite dicentes ei: quia dignus est ut hoc
illi prestes. Diligit enim gentem nram: et synago-
gam ipse edificauit nobis. Ihus autem ibat cum
illis. Et cum iam non longe esset a domo: misit
ad eum centurio amicos dicens. Domine: noli ve-
xari. Non enim sum dignus ut sub tectum meum
intres: propter quod et meipsum non sum dignum
arbitratus ut veniam ad te: sed dic verbo et sana-
bitur puer meus. Nam et ego homo sub potes-
te constitutus. habens sub me milites: et dico
huic vade et vadit. et alio veni et venit: et ser-
uo meo fac hoc et facit. Quo audito ihesus
miratus est: et conuersus sequentibus se turbis
dixit. Amen dico vobis: nec in israhel tantam
fidem inueni. Et reuersi qui missi fuerant do-
mum: inuenerunt seruum qui languerat sanum.
Et factum est deinceps ibat ihus in ciuitatem
que vocatur naym: et ibant cum eo discipuli eius
et turba copiosa. Cum autem appropinquaret
porte ciuitatis: ecce defunctus efferebatur filius
vnicus matris sue. Et hec vidua erat: et
turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum vidis-
set dns: misericordia motus sup eam dixit illi
Noli flere. Et accessit: et tetigit loculum. Hi
autem qui portabant steterunt. Et ait. Ado-
lescens: tibi dico surge. Et resedit qui erat
mortuus: et cepit loqui: et dedit illum mri sue.
Accepit autem omnes timor: et magnificabant
deum dicentes. Quia prpheta magnus
surrexit in nobis: et quia deus visitauit plebem
suam. Et exiit hic sermo in vniuersam iudeam
de eo: et omnem circa regionem. Et nuntiauerunt
iohanni discipuli eius de omnibus hijs. Et con-
uocauit duos de discipulis suis iohanes: et
misit ad ihesum dicens. Tu es qui venturus es.
an aliud expectamus? Cum autem venissent
ad eum viri dixerunt. Johanes baptista mi-
sit nos ad te dicens. Tu es qui venturus es an
aliud expectamus? In ipsa autem hora multos
curauit a languoribus suis et plagis. et spiritu-
bus malis: et cecis multis donauit visum. Et
respondens dixit illis. Euntes renuntiate iohanni
quod audistis et vidistis. Quia ceci videt claudi
ambulat leprosi mundantur. surdi audiunt.
mortui resurgent. paupes euangelizantur. et
beatus est quicumque non fuerat scandalizatus
in me. Et cum discessissent nuntij iohannis: ce-
pit de iohane dicere ad turbas. Quid exi-
stis in desertum videre? Arundinem vento agita-
tam? Sed quid existis videre? Hominem mol-
libus vestimentis induti? Ecce qui in veste pre-
ciosa sunt et delicijs: in domibus regum sunt. Sed
quid existis videre? Prophetam? Vtique di
co vobis: et plusquam prpheta. Hic est de quo
scriptum est. Ecce mitto angelum meum ante fa-
ciem tuam: qui preparabit viam tuam ante te. Di-
co enim vobis: maior inter natos mulierum
prpheta iohane baptista nemo est. Qui autem
minor est in regno dei maior est illo. Et omis
populus audiens. et publicani iustificauerunt
deum: baptizati baptismo iohannis. Pharisei
autem et legisperiti. consilium dei spreuerunt in semet
ipsos: non baptizati ab eo. Ait autem dns. Cui
ergo similes dicam homines generationis huius?
et cui similes sunt? Similes sunt pueris sedenti-
bus in foro: et loquentibus adinuicem et dicentibus.
Cantauimus vobis tibijs et non saltastis: la-
mentauimus et non plorastis. Venit autem io-
hanes baptista neque manducans panem neque
bibens vinum: et dicitis. Demonium habet. Venit
filius hominis manducans et bibens: et dicitis.
Ecce homo deuorator: et bibens vinum: amicus
publicanorum et peccatorum. Et iustificata est sapi-
entia. ab omnibus filijs suis. Rogabat autem
illum quidam de phariseis ut manducaret
cum illo. Et ingressus domum pharisei discubu-
it. Et ecce mulier quam erat in ciuitate peccatrix
ut cognouit quia accubuit in domo pharisei

attulit alabastrum vngẽti: ⁊ stans retro se-
cus pedes eius lacrimis cepit rigare pedes
eius. et capillis capitis sui tergebat: ⁊ osculabat pedes eius et vngebat. Vi-
dens autem pharisseus qui vocauerat eum: ait in-
tra se dicens. Hic si esset prheta: sciret vtique q̃
et q̃lis ē mulier que tangit eū: qꝯ pecatrix
est. Et rndens ihesus dixit ad illū. Simon:
habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magi-
ster dic. Duo debitores erant cuidam feneratori: vnus debebat denarios quingentos: ⁊ a-
lius quinquaginta. Nō habentibus illis vnde
redderet: donauit vtrisque. Quis ergo eum
plus diligit? Rndens simon dixit. Estimo:
qꝯ is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte
iudicasti. Et conuersus ad mulierem dixit simoni.
Vides hanc mulierem? Intrauit in domum tuam:
aquam pedibus meis non dedisti. Hec autem
lacrimis rigauit pedes meos: ⁊ capillis su-
is tersit. Osculum michi non dedisti: hec autem
ex quo intrauit non cessauit osculari pedes me-
os. Oleo caput meum non vnxisti: hec autem vn-
gento vnxit pedes meos. Propter quod dico
tibi. Remittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur minus diligit.
Dixit autem ad illam. Remittuntur tibi peccata. Et ce-
perunt qui simul accumbebant dicere intra se.
Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Dixit
autem ad mulierem. Fides tua te saluam fecit. Va-
de in pace.

Et factum ē deinceps. VIII. et ipse iter faciebat per ciuitates ⁊ ca-
stella prdicans ⁊ euangelizans regnum dei: et
duodecim cum illo. ⁊ mulieres aliquē que erant
curate a spiritibus malignis ⁊ infirmitatibus:
maria que vocatur magdalene de q̃ septem
demonia exierant: ⁊ iohanna vxor chuze procuratoris herodis: et susanna ⁊ alie multe:
que ministrabant ei de facultatibus suis. Cum autem
turba plurima conueniret ⁊ de ciuitatibus properarent ad eum: dixit per similitudinem. Exiit
qui seminat seminare semen suum. Et dum seminat
aliud cecidit secus viam. et conculcatum est:
et volucres celi comederunt illud. Et aliud
cecidit supra petram: et natum aruit: quia non ha-
bebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas:
et simul exorte spine suffocauerunt illud. Et
aliud cecidit in terram bonam: ⁊ ortum fecit fru-
ctum centuplum. Hec dicens clamabat. Qui
habet aures audiendi audiat. Interrogabant
autem eum discipuli eius: quis esset hec parabola.
Quibus ipse dixit. Vobis datum est nosse miste-
rium regni dei: ceteris autem in parabolis: ut vi-
dentes non videant. et audientes non intelligant.
Est autem hec parabola. Semen est verbum dei.
Qui autem secus viam hii sunt qui audiunt: deinde
venit diabolus ⁊ tollit verbum de corde eorum:
ne credentes salui fiant. Nam quia supra petram:
qui cum audierint cum gaudio suscipiunt verbum.
Et hii radices non habent: qui ad tps credunt:
et in tempore tentacionis recedunt. Quod autem
in spinas cecidit: hii sunt qui audierunt ⁊ a
sollicitudinibus ⁊ diuitiis et voluptatibus vite
euntes suffocantur ⁊ non referunt fructum. Quod autem
in bonam terram: hii sunt qui in corde bono ⁊ optimo
audientes verbum retinent: et fructum afferunt in pa-
tientia. Nemo autem lucernam accendens opit ea
vase. aut subtus lectum ponit: sed super candelabrum
ponit: ut intrantes videant lumen. Non est enim
occultum quod non manifestetur: nec absconditum quod
non cognoscatur et in palam veniat. Videte er-
go quid audiatis. Qui enim habet dabitur illi:
et quicunque non habet: etiam quod putat se habere
auferetur ab illo. Venerunt autem ad illum mater
et fratres eius: ⁊ non poterant adire ad eum
p turba. Et nunciatum est illi. Mater tua ⁊ fres
tui stant foris: volentes te videre. Qui rn-
dens dixit ad eos. Mater mea ⁊ fres mei hii
sunt: qui verbum dei audiunt ⁊ faciunt. Factum est
autem in vna dierum: ⁊ ipse ascendit in naviculam.
⁊ discipuli eius: ⁊ ait ad illos. Transfretemus
trans stagnum. Et ascenderunt. Et navigantibus
illis obdormiuit: ⁊ descendit procella venti in sta-
gnum: et conplebant et periclitabantur. Accedentes
autem suscitauerunt eum dicentes. Preceptor pe-
rimus. At ille surgens increpauit ventum ⁊ tem-
pestatem aque ⁊ cessauit: et facta ē tranquilitas.
Dixit autem illis. Vbi est fides vra? Qui timen-
tes mirati sunt ad inuicem dicentes. Quis putas
hic est? Quia et ventis ⁊ mari imperat: ⁊ obe-
diunt ei. Et navigauerunt ad regionem gerase-
norum. quē est contra galileam. Et cum de navi egres-
sus esset ad terram occurrit illi vir quidam q̃ ha-
bebat demonium iam temporibus multis: et ve-
stimento non indueba[t]: neqꝫ in domo manebat
sed in monumentis. Is vt vidit ihesum procidit
ante illum: et exclamans voce magna dixit.

Et rndit ihs

Quid michi et tibi est ihesu fili dei altissimi?
Obsecro te: ne me torquas. Precipiebat e-
nim spiritui immundo: vt exiret ab homine.
Multis enim temporibus arripiebat illum: et
de eo erat in turba. Quidam enim dice-
bant q̄ bonus est: alij dicebāt nō. ꝫ seducit
turbas. Nemo tamē palā loquebat de illo:
ꝓpter metum iudeorū. Jam autez die festo
mediante: ascendit ihesus in templū ⁊ do ce-
bat. Et mirabant iudei dicētes. Quō hic litte-
ras scit cū nō didicerit? Rn̄dit eis ihesus:
et dixit. Mea doctrina nō est mea: ꝫ eius qui
misit me. Si quis voluerit voluntatē eius
facere: cognoscet de doctrina. vtruz ex deo
sit: an ego a meipo loquar. Qui a semetipso
loquit gloriam propriā querit. Qui autez
querit gloriā eius qui misit eū. hic verax ē:
et iusticia in illo non est. Nonne moyses
dedit vobis legez? Et nemo ex vobis facit
legem. Quid me queritis interficere? Rn̄dit
turba ⁊ dixit. Demonū habes. Quis te q̄rit
interficere? Rn̄dit ihesus: ⁊ dixit eis. Vnum
opus feci: et omnes miramini. Propterea moy-
ses dedit vobis circumcisionē: nō q̄ ex moy-
se est: sed ex patribus. Et in sabbato circumci-
dis hominē. Si circūcisionē accipit homo
in sabbato ut nō soluat lex moysi. michi in-
dignamini q̄ totū hoiez sanū feci i sabbto?

Nolite iudicare secundū faciē: sed iustum
iudiciū iudicate. Dicebāt ergo quidam ex
ihrosolimis. Nōne hic est quem querunt
interficere? Ecce palaz loquitur: ⁊ nihil ei
dicūt. Nūquid vere cognouerūt principes
quia hic ē cristus? Sed hūc scimus vnde
sit: cristus autem cū venerit nemo scit vnde
sit. Clamabat ergo ihesus in templo do cēs
et dicēs. Et me scitis et vnde sim scitis: et a
meipso nō veni: ſ est verus qui misit me quē
vos nescitis. Ego scio eū: ⁊ si dixero quia
nescio eū: ero similis vobis mendax. Sed
scio eū: q̄ ab ipo sum: ⁊ ipe me misit. Que-
rebant ergo eū apprehēdere: ⁊ nemo misit
in illū manus: q̄ nondū venerat hora eius.
De turba autem multi crediderūt in eū. Et
dicebant. Cristus cū veneit: nūquid plura
signa faciet q̄ que hic facit? Audierūt pha-
risei turbam murmurantē de illo hec: ⁊ mise-
rūt principes ⁊ pharisei ministros ut appre-
henderēt ihesum. Dixit ergo eis ihesus. Ad-
huc modicū tempus vobiscū sū: ⁊ vado ad
eum qui me misit. Quereris me ⁊ nō inuenies:
et vbi ego sū vos nō potestis venī. Di-
xerūt ergo iudei ad semetipos. Quo hic itu-
rus est q̄ non inueniemus eū? Nūquid in
dispersionē gēnū iturus ē ⁊ docturus gētes?
Quis est hic sermo quē dixit quereris me
et non inueniēs: et vbi sū ego vos non po-
testis venire? In nouissimo aūt die magno
festiuitatis stabat ihesus: ⁊ clamabat dicēs.
Si quis sitit: veniat ad me ⁊ bibat. Qui cre-
dit in me sicut dicit scriptura: flumina de ve-
tre eius fluēt aque viue. Hoc autē dixit de
spiritu: quē accepturi erāt credētes in eum.
Nondū enim erat spūs datus: q̄ ihesus nō-
dū erat glorificatus. Ex illa ergo turba cuz
audissent hos sermones eius dicebāt. Hic
est vere ꝓpheta. Alij dicebāt. Hic est cristus.
Quidam autē dicebāt. Nūquid a galilea
venit cristus? Nōne scriptura dicit q̄ ex se-
mine dauid et de bethleem castello vbi erat
dauid venit cristus? Dissensio itaq̄ facta ē
in turba ꝓter eum. Quidā aūt ex ipsis vo-
lebant apprehendē euz: ſ nemo misit super
eum manus. Venerūt ergo ministri ad pon-
tifices ⁊ pharisēos: ⁊ dixerūt eis illi. Quare
nō adduxistis eū? Rūnderūt ministri. Nūq̄d
sic locutus est homo: sicut hic homo. Rūnderūt
ergo eis pharisei. Nūquid ⁊ vos seducti e-
stis? Nūquid ex principibz aliquis credidit
in eum: aut ex pharisēis? Sed turba hec q̄
nō nouit legem: maledicti sunt. Dixit nycō-
demus ad eos: ille qui venit ad eum nocte:
qui vnus erat ex ipsis. Nūquid lex nostra
iudicat hominē: nisi pri⁹ audierit ab ipso et
cognouerit quid faciat? Responderūt: et
dixerūt ei. Nūquid ⁊ tu galileus es? Scruta-
re scripturas ⁊ vide: q̄ a galilea ꝓpheta non
surgit. Et reuersi sūt vnusquisq̄ in domū suam.

Ihesus autez prexit in montē
oliuet: ⁊ diluculo iterum venit in templū: et
omnis populus venit ad eum: et sedēs do ce-
bat eos. Adducūt autez scribe ⁊ pharisei mu-
lierē deprehensam in adulterio: ⁊ statuerunt
eam in medio: ⁊ dixerūt ei. Magister: hec
mulier modo deprehensa ē in adulterio. In
lege aūt moyses mādauit nobis huiusmo-
di lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc aūt
dicebāt tentantes eū: vt possent accusare
eum. Ihesus autez inclinās se deorsuz: digito
scribebat in terra. Cū ergo perseuerarēt inter-
rogātes: erexit se ⁊ dixit eis. Qui sine peccō
est vestrū primus in illam lapidē mittat. Et
iterū se inclinās scribebat ī terra. Audiētes
autē hec vnus post vnū exibāt incipiētes a
senioribz: ⁊ remansit solus ihs: ⁊ mulier ī
medio stās. Erigēs aūt se ihs: dixit ei. Mu-
lier: vbi sūt qui te accusabāt? Nemo te de-
mnauit? Que dixit. Nemo domīe. Dixit au-
tem ihs. Nec ego te ꝛdēnabo. Vade ⁊ iam
amplius noli peccare. Iterz ergo locutus ē
eis ihs dicēs. Ego sū lux mūdi. Qui sequit
me non ābulat ī tenebris: ſ habebit lumē
vite. Dixerunt ergo ei pharisei. Tu de teipso
testimoniū phibes: testimoniū tuū non est
veruz. Rūdit ihs: ⁊ dixit eis. Et si ego testi-
moniū phibeo de meipso: verū ē testimoniū
meū: q̄ scio vnde veni ⁊ quo vado. Vos au-
tez nescitis vnde veni: aut quo vado. Vos
aūt secundū carnē iudicatis: ego nō iudico
quenq̄. Et si iudico ego: iudiciū meū verum
est: q̄ solus nō sū: ſ ego ⁊ qui misit me pater.
Et in lege vra scriptū ē: q̄ duorz hominū te-
stimoniū verū est. Ego sū qui testimoniū p-
hibeo de meipso: ⁊ testimoniū phibet de me

qui misit me pater. Dicebāt ergo ei. Vbi ē
pater tuus? Rūdit ihesus. Neq; me scitis:
neq; patrē meū. Si me scirētis: forsitan et
patrem meū scirētis. Hec Vba locutus est
ihesus in gazophilacio: docens in templo.
Et nemo apprehendit eū: q; nondū venerat
hora eius. Dixit ergo iterum eis ihus. Ego
vado: & q̄retis me: & in peccato vestro moriemini. Quo ego vado: vos non potestis venire. Dicebant ergo iudei. Nūquid interficiet semetipsū: q; dicit quo ego vado vos nō potestis venire? Et dicebat eis. Vos deorsum estis ego de superis sū. Vos de mūdo hoc estis. ego nō sum de hoc mūdo. Dixi ergo vobis: q; moriemini in peccatis vestris. Si enī nō crediderītis q; ego sū: moriemī in peccato vestro. Dicebāt ergo ei. Tu quis es? Dicit eis ihesus. Principiū: qui et loq̄r vobis. Multa habeo de vob loqui & iudicare: sed qui me misit verax est: & ego que audiui ab eo hec loquor in mūdo. Et nō cognouerūt: q; pr̄ez eius dicebat deū. Dixit ergo eis ihesus. Cuz exaltaueritis filiū hominis tunc cognoscetis quia ego sū: & a meipso facio michil: sed sicut docuit me pater hec loq̄r. Et qui me misit mecuz est: & nō reliquit me solū: q; ego que placita sūt ei facio semper. Hec illo loquente: multi crediderūt in eum. Dicebat ergo ihesus ad eos qui crediderūt ei iudeos. Si vos mānseritis in sermone meo vere discipuli mei eritis: et cognoscetis veritatē: & veritas liberabit vos. Responderūt. ei. Semen abrahe sum?: & nemini seruiuimus vnq̄. Quō tu dicis liberi eritis? Respondit eis ihesus. Amen amē dico vobis: q; omnis qui facit pccm seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in eternū: filius manet in eternū. Si ergo vos filius liberauerit vere liberi eritis. Scio q; filij abrahe estis: sed queritis me interficere: q; sermo meus nō capit in vobis. Ego quod vidi apud patrem loquor: et vos que vidistis apud patrem vestrū facitis. Responderūt et dixerūt ei. Pater noster abrahā est. Dicit eis ihesus. Si filij abrahe estis: opera abrahe facite. Nūc aūt queritis me interficere: hominem qui veritatē vobis locutus sum: quā audiui a deo. Hoc abraham nō fecit. Vos facitis opera patris vestri. Dixerunt itaq; ei. Nos ex fornicacōne nō sumus nati. Vnū patrez habemus deum. Dixit ergo eis ihesus. Si deus pater vester esset: diligeretis vtiq; me. Ego enim ex deo processi et venio. Neq; enī a meipso venio: sed ille me misit. Quare loquelam meā nō cognoscitis? Quia nō potestis audire sermonē meū. Vos ex patre diabolo estis: et desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio: & in veritate non stetit: q; non est veritas in eo. Cū loquit' mendacium: ex proprijs loquit: quia mendax est: & pr̄ eius. Ego autem q; veritatē dico: nō creditis michi. Quis ex vobis arguet me de pcco? Si veritatem dico: quare vos non creditis michi? Qui ex deo est: Vba dei audit. Propterea vos nō auditis: q; ex deo non estis. Responderūt ergo iudei: & dixerūt ei. Nōne bene dicimus nos: quia samaritanus es tu: et demonium habes? Respondit ihs. Ego demonium nō habeo: sed honorifico patrē meū: & vos inhonorastis me. Ego autem nō quero gloriam meā. Est q̄ querat & iudicet. Amē amē dico vobis: si quis sermonē meū seruauerit mortem nō videbit in eternū. Dixerūt ergo iudei. Nunc cognouimus: q; demonium habes. Abraham mortuus est & prophete: & tu dicis si quis sermonē meū seruauerit nō gustabit mortem in eternū? Nūquid tu maior es pre nostro abraha qui mortuus est? Et prophete mortui sūt. Quem teipsū facis? Respōdit ihesus. Si ego glorifico meipsū: gloria mea michil est. Est pater meus qui glorificat me: quē vos dicitis q; deus nr̄ est & nō cognouistis eum. Ego autem noui eū. Et si dixero quia nō scio eum: ero similis vob mendax. Sed scio eū: & sermonem eius seruo. Abraha pr̄ vester exultauit ut videret diē meū: & vidit: et gauisus est. Dixerūt ergo iudei ad eum. Quinquaginta ānos nondū habes: & abrahā vidisti? Dixit eis ihs. Amē amē dico vobis: anteqū abraham fieret ego sū. Tulerunt ergo lapides ut iacerent in eum. Ihus aūt abscondit se: & exiuit de templo. IX

Et pterēs ihesus vidit hominē cecuz
a natiuitate: & interrogauerūt euz discipuli eius. Rabbi. quis peccauit. hic aut parentes eius: ut cecus nasceret? Rūdit ihus.

Neq; hic peccauit neq; parētes eius: sed ut
manifestentur opera dei in illo. Me oportet o-
perari opera eius qui misit me: donec dies
est. Venit nox: quando nemo potest operari.
Quamdiu sū in mūdo: lux sum mūdi. Hoc
cum dixisset expuit in terrā. et fecit lutū ex
sputo: ⁊ linuit lutū sup oculos eius: ⁊ dixit
ei. Vade laua in natatoria siloe: quod inter-
pretatur missus. Abiit ergo ⁊ lauit: et venit
videns. Itaq; vicini ⁊ qui viderāt eum prius
q̄ mendicus erat dicebāt. Nōne hic est q̄
sedebat ⁊ mendicabat? Alij dicebant quia
hic ē: alij aūt nequaq̄: ſ; similis ē ei. Ille
vero dicebat: q̄ ego sum. Dicebant ergo ei.
Quō apti sunt tibi oculi? Rūdit. Ille homo
qui dicit̄ ihesus lutum fecit: ⁊ vnxit oculos
meos: ⁊ dixit michi. Vade ad natatoriā si-
loe: ⁊ laua. Et abij: et laui. et video. Et dixe-
runt ei. Vbi est ille? Ait. Nescio. Adducūt
eū ad pharisēos qui cecus fuerat. Erat au-
tem sabbatū quando lutū fecit ihesus: ⁊ ape-
ruit oculos eius. Iterū ergo interrogabāt
eum pharisei quō vidisset. Ille autē dixit
eis. Lutū michi posuit sup oculos: ⁊ laui et
video. Dicebant ergo ex pharisēis quidā.
Nō est hic homo a deo: qui sabbatū nō cu-
stodit. Alij autē dicebant. Quō potest ho-
mo peccatō hēc signa facere? Et scisma erāt
inter eos. Dicūt ergo cecō iterū. Tu quid
dicis de eo qui aperuit oculos tuos? Ille aūt
dixit: q̄ ꝓphēta est. Nō crediderunt ergo
iudei de illo q̄ cecus fuisſ; ⁊ vidisset: donec
vocauerūt parētes eius qui viderat: et in-
rogauerūt eos dicētes. Hic est filius vester:
quem vos dicitis q̄ cecus natus est? Quō
ergo nūc videt? Rūderūt eis parētes eius:
et dixerūt. Scimus q̄ hic ē filius noster:
et q̄ cecus natus est. Quō aūt nūc videat
nescimus: ⁊ quis eius aperuit oculos nos ne-
scim⁹. Ipsū interrogate. Etatē habet: ipse
de se loquat̄. Hec dixerūt parentes eius:
quoniam timebāt iudeos. Iam enim ꝓspi-
rauerāt iudei: ut si quis eū cōfiteret̄ esse cri-
stum extra synagogam fieret. Propterea
parentes eius dixerūt. q̄ etatē habet: ipm
interrogate. Vocauerūt ergo rursū hoīem
qui fuerat cecus: ⁊ dixerūt ei. Da gloriam
deo. Nos scimus q̄ hic homo peccator est.
Dixit ergo eis ille. Si peccator ē nescio: vnu
scio: q̄ cecus cū essem. modo video. Dixerūt
ergo illi. Quid fecit tibi? Quō aperuit tibi o-
culos? Rūdit eis. Dixi vobis iā: ⁊ audistis.
Quid iterū vultis audire? Nunquid⁊ vos
vultis discipuli eius fieri? Maledixerūt ergo
ei: et dixerunt. Tu discipulus illius sis: nos
autē mosi discipuli sumus. Nos scimus q̄
mosi locutus est deus: hūc autem nescim⁹
vnde sit. Rūdit ille homo: ⁊ dixit eis. In hoc
enim mirabile ē q̄ vos nescitis vnde sit: ⁊ a-
peruit meos oculos. Scimus autē q̄ peccā-
tores deus nō audit: ſ; si quis dei cultor ēt vo-
luntatē eius facit: hūc exaudit. A seculo nō
est auditum: q̄ quis aperuit oculos ceci nati.
Nisi esset hic a deo: nō poterat facere quicq̄.
Rūderūt: ⁊ dixerūt ei. In peccatis natus es
totus: ⁊ tu doces nos? Et eiecerūt eū foras.
Audiuit ihesus q̄ eiecerunt eū foras: et cū
inuenisset eū dixit ei. Tu credis in filiū dei?
Respondit ille ⁊ dixit. Quis ē dñe ut credā
in eum? Et dixit ei ihesus. Et vidisti eū: ⁊ qui
loquitur tecū ipse ē. At ille ait. Credo dñe.
Et procidēs adorauit eū. Et dixit ei ihesus. In
iudiciū ego in hūc mundū veni: ut qui non
vident videāt: ⁊ qui vident ceci fiant. Et au-
dierūt quidā ex pharisēis qui cū ipso erāt:
et dixerūt ei. Nunquid⁊ nos ceci sum⁹? Di-
xit eis ihs. Si ceci eētis nō haberetis pccm.
Nūc vēo dicitis q̄ vid⁹: pccm vrm manet.

X Amen amē dico vobis: qui non
intrat p ostiū in ouile ouiū ſ; ascendit
aliūde: ille fur est ⁊ latro. Qui aūt intrat per
ostium. pastor est ouium. Huic ostiarius
aperit: et oues vocem eius audiūt. Et ꝓprias
oues vocat nominatim: ⁊ educit eas. Et cū
ꝓprias oues emisit ante eas vadit: ⁊ oues
illū sequūtur: q̄ sciunt vocē ei⁹. Alienū autē
nō sequūtur. sed fugiūt ab eo: q̄ non nouerūt
vocē alienorū. Hoc proverbiū dixit eis
ihesus. Illi aūt non cognouerūt quid loque-
rēt̄ eis. Dixit ergo eis iterū ihesus. Amen
amē dico vobis: q̄ ego sū ostiū ouiū. Oēs
quotq̄t venerūt fures sūt ⁊ latrones: ſ; non
audierūt eos oues. Ego sum ostiū. Per me
si quis introierit saluabit̄: et ingredietur et
egredietur: ⁊ pascua inuenet. Fur nō venit:
nisi ut furetur ⁊ mactet et pdat. Ego venit ut

vitam habeāt: et abūdantius habeāt. Ego
sum pastor bonus. Bonus pastor aiaz suā
dat p ouib⁹ suis. Mercēnarius aūt et qui
nō est pastor cuius non sūt oues ꝓprie · vi-
det lupum venientē ⁊ dimittit oues ⁊ fugit:
et lupus rapit · ⁊ dispgit oues. Mercēnari⁹
aūt fugit qꝫ mercēnarius est: ⁊ nō pertinet
ad eiz de ouib⁹. Ego sū pastor bonus: ⁊ co-
gnosco meas: ⁊ cognoscūt me mee. Sicut
pater · et ego agnosco pr̄em: ⁊ animā meā
pono p ouib⁹ meis. Et alias oues habeo q̄
non sūt ex hoc ouili: ⁊ illas oportet me ad-
ducere ⁊ vocem meā audiēt: ⁊ fiet vnū ou-
le ⁊ vnus pastor. Propterea me pater dili-
git: qꝫ ego pono animā meā: ⁊ iterū sumaz
eam. Nemo tollit eam a me: ſ ego pono eā
a meipo. Potestatē habeo ponēdi eam: et
potestatē habeo iterū sumēdi eaz. Hoc mā-
datū accepi a patre meo. Dissensio iterū fa-
cta est inter iudeos ꝓpter sermones hos.
Dicebant aūt multi ex ipis. Demonū habz
et msanit. Quid eū auditis? Alij dicebant.
Hec verba nō sūt demonū habētis. Nūq'd
demonū potest cecoꝝ oculos aperire? Fcā
sunt aūt encenia in ihꝛosolimis: et hyems
erat. Et ambulabat ihꝛsus in templo in por-
ticu salomonis. Circūdederūt ergo eiz iu-
dei: ⁊ dicebant ei. Quousq̄z animā nr̄am tol-
lis? Si tu es cristus: dic nobis palā. Rūdit
eis ihꝛsus. Loquor vobis: ⁊ nō credis. O-
pera que ego facio in nomine patris mei:
hec testimonū phibēt de me. Sed vos nō
credis: qꝫ non estis ex ouib⁹ meis. Oues
mee vocem meam audiūt: ⁊ ego ognosco
eas: ⁊ sequūtur me. Et ego vitam eternā do
eis: ⁊ non pibūt in eternū: et nō rapiet eas
quisq̄ de maū mea. Pater meus q̄ dedit
michi maius omib⁹ ē: ⁊ nemo potest rape
de maū patris mei. Ego ⁊ pater vnū sum⁹.
Sustulerūt lapides iudei: ut lapidarēt eiz.
Rūdit eis ihꝛsus. Multa bona opera ostēdi
vobis ex patre meo. Propter quod eoꝝ
opus me lapidatis? Responderūt ei iudei.
De bono ope nō lapidamus te · sed de bla-
sphemia: ⁊ quia tu homo cū sis: facis teipm
deū. Rūdit eis ihꝛsus. Nōne scriptum est in
lege vestra qꝫ ego dixi dij estis? Si illos
dixit deos ad quos sermo dei factus ē · et
nō potest solui scriptura: quē pater sanctifi-
cauit et misit in mundū vos dicitis quia bla-
sphemas qꝫ dixi filius dei sū? Si nō facio o-
pera pr̄is mei: nolite credere michi. Si aūt
facio: ⁊ si michi nō vultis credere · operib⁹
credite: vt cognoscatis ⁊ credatis · qꝫ in me
est pater · et ego in patre. Querebant ergo
eum apprehendere: ⁊ exiuit de manib⁹ eoꝝ.
Et abiit iterū trans iordanen in eū locū vbi
erat iohānes baptizās primū: ⁊ mānsit illic.
Et multi venerūt ad eum ⁊ dicebāt: qꝫ iohā-
nes quidē signū fecit nullū. Omnia aūt que-
cunq̄z dixit iohannes de hoc vera erant: et
multi crediderunt in eum.

nouit me

XI

Erat autē quidam languēs lazarus a
bethania: de castello marie et marthe
sororū eiꝰ. Maria aūt erat que vnxit domi-
nū vnguēto: ⁊ extersit pedes eius capillis
suis: cuius frater lazarus infirmabat'. Mise-
rūt ergo sorores eius ad eū dicētes. Domi-
ne: ecce quē amas infirmat'. Audiens aūt
ihꝛsus: dixit eis. Infirmitas hec non est ad
mortē · sed p gloria dei: vt glorificet' filius
dei p eam. Diligebat aūt ihꝛsus martham: ⁊
sororē eius mariā ⁊ lazarū. Vt ergo audiuit
qꝫ infirmabat': tūc quidē mansit in eodē loco
duob⁹ diebz. Deinde post hec dicit discipu-
lis suis. Eamus in iudeā iterū. Dicūt ei disci-
puli. Rabbi nūc querebāt te iudei lapidare:
et iterū vadis illuc? Respōdit ihꝛsus. Nōne
duodecim sūt hore diei? Si quis ābulaueit
in die nō offēdit: qꝫ lucē huius mūdi videt.
Si aūt ambulauerit in nocte offendit: qꝫ
lux nō est in eo. Hec ait: ⁊ post hec dicit eis.
Lazarus amicus noster dormit: ſ vado vt
a somno exsuscitez eū. Dixerūt ergo discipu-
li eius. Domine: si dormit saluus erit. Dixe-
rat aūt ihꝛsus de morte eius: illi aūt putaue-
rūt quia de dormicōe somni diceret. Tunc
ergo ihs dixit eis manifeste. Lazarus mor-
tuus ē: ⁊ gaudeo ꝓpter vos vt credatis: qm̄
nō eram ibi. Sed eamus ad eum. Dixit er-
go thomas qui dicit' didimus ad⁹ discipu-
los. Eamus ⁊ nos: et moriamur cū eo. Veni-
taq̄z ihꝛsus: ⁊ inuenit eū q̄tuor dies iam in
monumēto habentē. Erat aūt bethania iux̄
ihꝛosolimā quasi stadijs quindecim. Mul-
ti aūt ex iudeis venerāt ad marthā et mariā:

ut consolarent eas de fratre suo. Martha
ergo ut audiuit q ihesus venit occurrit illi:
maria aut domi sedebat. Dixit ergo martha
ad ihesu. Domine: si fuisses hic frater meus
nõ fuisset mortuus. Sed & nũc scio: q que-
cũq; poposceris a deo dabit tibi deus. Dicit
illi ihs. Resurget frater tuus. Dicit ei mar-
tha. Scio q resurget in resurrectõe in no-
uissimo die. Dicit ei ihs. Ego sũ resurrectõ
et vita. Qui credit in me etiam si mortuus
fuerit viuet: et omnis qui viuit & credit in
me: nõ morietur in eternũ. Credis hoc? Ait
illi. Utiq; dñe. Ego credidi q tu es cristus
filius dei: q̃ in hũc mundũ venisti. Et cũ hec
dixisset: abiit & vocauit mariam sororẽ suaz
silentio dicẽs. Magister adest: & vocat te.
Illa ut audiuit surgit cito: et venit ad eum.
Nondũ enim venerat ihs in castellũ: sed
erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei mã-
tha. Judei ergo qui erãt cũ ea in domo & cõ-
solabãtur eaz cũ vidissent mariã quia cito
surrexit & exiit: secuti sũt eam dicẽtes. Quia
vadit ad monumentũ ut ploret ibi. Maria
ergo cũ venisset vbi erat ihesus: videns eũ
cecidit ad pedes eius & dixit ei. Dñe: si fuisses
hic nõ esset mortuus frater meus. Ihesus
ergo ut vidit eã plorantẽ & iudeos qui ve-
nerãt cũ ea plorantes infremuit spũ: & tur-
bauit seipsũ & dixit. Vbi posuistis eũ? Dicũt
ei. Domine: veni & vide. Et lacrimatus ẽ ihe-
sus. Dixerũt ergo iudei. Ecce quõ amabat
eum. Quidam aut ex ipis dixerũt. Nõ po-
terat hic qui aperuit oculos ceci nati facere:
vt hic nõ moreret? Ihesus ergo rursũ fre-
mẽs in semetipo venit ad monumentũ. Erat
aut spelunca: & lapis suppositus erat ei. Ait
ihesus. Tollite lapidẽ. Dicit ei martha soror
eius qui mortuus fuerat. Domine iam fetet:
q̃ triduanus est enim. Dicit ei ihs. Nõne
dixi tibi: quoniaz si credideris videbis glo-
riam dei? Tulerũt ergo lapidẽ. Ihesus autẽ
eleuatis sursuz oculis dixit. Pater gratias
ago tibi quoniã audisti me. Ego autẽ scie-
bam q semper me audis: sed ꝓter populuz
qui circũstat dixi: ut credant q tu me misi-
sti. Hec cũ dixisset: voce magna clamauit.
Lazare veni foras. Et statim pdiit qui fue-
rat mortuus ligatus manus & pedes institis:
et facies illius sudario erat ligata. Dixit eis
ihesus. Soluite eum: & sinite abire. Multi
ergo ex iudeis qui venerãt ad mariã et mar-
thaz & viderant que fecit ihesus: crediderũt
in eum. Quidaz aut ex ipis abierũt ad pha-
riseos: et dixerũt eis que fecit ihesus. Colle-
gerũt ergo pontifices & pharisei conciliũ: et
dicebant. Quid facimus? Quia hic homo
multa signa facit. Si dimittimus eum sic:
omẽs credẽt in eũ. Et venẽt romani: & tollẽt
locũ nostrũ & gentẽ. Vnus autez ex ipis cai-
phas nomine: cũ esset pontifex ãni illius di-
xit eis. Vos nesciis q̃q̃ nec cogitatis: q
expedit vobis ut vnus moriat homo ꝓ po-
pulo: & non tota gens pereat. Hoc autem
a semetipo non dixit: sed cuz esset pontifex
ãni illius ꝓphetauit: q ihs moriturus erat
ꝓ gente. Et nõ tantũ ꝓ gente: sed ut filios dei
qui erant dispsi cõgregaret in vnũ. Ab illo
ergo die cogitauerũt ut interficerẽt eũ. Ihs
ergo iam nõ in palam ambulabat apud iu-
deos: sed abiit in regionẽ iuxta desertũ in ciui-
tatem que dicit effrem: & ibi morabat cum
discipulis suis. Proximũ autẽ erat pascha
iudeoꝝ: & ascenderũt multi ihrosolimã de
regione ãte pascha: ut sanctificarẽt seipos.
Querebãt ergo ihesum: & colloquebantur
adinuicẽ in templo stantes. Quid putas
q nõ venit ad diez festũ istũ? Dederãt aut
pontifices & pharisei mandatũ: ut si quis co-
gnouerit vbi sit indicet: ut apprehendãt eũ.

XII

Ihesus ergo ante sex dies pasche
venit bethaniã vbi lazarus fuerat mortuus:
quẽ suscitauit ihesus. Fecerũt aut ei cenam
ibi & martha ministrabat: lazarus veo vnus
erat ex discumbentibus cuz eo. Maria ergo
accepit libram vnguenti nardi pistici pre-
ciosi et vnxit pedes ihesu: et extersit pedes
eius capillis suis: & domus impleta est
ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex di-
scipulis eius iudas scariothis qui erat cuz
traditurus. Quare hoc vnguentum non
venijt trecẽtis denariis: & datuz ẽ egenis?
Dixit aut hoc non quia de egenis pinebat
ad eum: sed quia fur erat: & loculos habẽs ea
que mittebant portabat. Dixit ergo ihesus.
Sine illam: ut in diẽ sepulture mee seruet
illud. Pauperes enim semp habetis vobiscũ:

me aūt non semp habetis. Cognouit ergo turba multa ex iudeis qꝫ illic ē: et venerunt nō ꝓpter ihesum tantū: ſ ut lazarū viderent quē ſuſcitauit a mortuis. Cogitauerūt autē principes ſacerdotū ut lazarū interficerēt: qꝫ multi ꝓpter illū abibāt ex iudeis: et credebāt in ihesū. In craſtinū autē turba multa q̄ venerat ad diē festū cū audiſſent qꝫ venit ihs ihꝛoſolimā accepēt ramos palmarꝫ: et ꝓcesſerūt obuiaz eiꝫ clamabāt: osanna. bn̄dictus qui venit in nomīe domini rex iſrl. Et inuenit ihus aſellū: et ſedit ſup eum ſicut ſcriptum est. Noli timere filia ſyon: ecce rex tuus venit ſedēs ſup pullū aſine. Hec non cognouerūt diſcipuli eius primū: ſ quādo glorificatus est ihs tūc recordati ſūt quia hec erāt ſcripta de eo: et hec fecerūt ei. Teſtimonīū ergo phibebat turba q̄ erat cum eo quādo lazarū vocauit de monumēto: et ſuſcitauit eū a mortuis. Propterea et obuiā venit ei turba: qꝫ audierūt eum fecisse hoc ſignū. Phariſei ergo dixerūt ad ſemetipos. Videtis qꝫ nichil ꝓficimus? Ecce mūdus totus poſt eum abiit. Erāt autem quidā gēiles ex hijs qui aſcenderāt ut adorarēt in die festo. Hi ergo acceſſerūt ad philippū qui erat a bethſaida galilee: et rogabāt euz dicētes. Dn̄e: volumus ihm videre. Venit philippus: et dicit ādree. Andreas rurſū et philippus dixerūt ihesu. Ihus autem rn̄dit eis dicēs. Venit hora ut clarificet filius homis. Amē amē dico vobis: niſi granū frumēti cadēs in terraz mortuū fuerit: ipm ſoluz manet. Si autē mortuū fuerit: multū fructū affert. Qui amat aīam ſuā: pdet eam. Et qui odit aīaz ſuā in hoc mūdo: in vitaz eternā cuſtodit eā. Si quis michi miniſtrat: me ſequat. Et vbi ſū ego: illic et miniſter meus erit. Si quis michi miniſtrauerit: honorificabit euz pater meus. Nūc aīa mea turbata est. Et quid dicā? Pater ſaluſica me ex hac hora. Sed ꝓpterea venī in horaz hāc. Pater clarifica nomē tuū. Venit ergo vox de celo dicēs. Clarificaui: et iterū clarificabo. Turba ergo q̄ ſtabat et audierat dicebat tonitruū esse factū. Alij aūt dicebāt. Angelus ei locut? est. Rn̄dit ihs: et dixit. Nō propter me hec vox venit: ſ ꝓpter vos. Nūc iudiciū ē mūdi. Nūc pn̄ceps huius mūdi eiciet foras. Et ego ſi exaltatus fuero a tra: oīa trahā ad meipſū. Hoc aūt dicebat: ſignificās q̄ morte eſſ moriturus. Rn̄dit ei turba. Nos audiuimus ex lege: qꝫ criſtus manet in eternum. Et quō tu dicis oportet exaltai filiū homis? Et quis est iſte filius homis? Dixit ergo eis ihesus. Adhuc modicuz lume in vobis est. Ambulate dū lucez habetis: ut nō vos tenebre oprehendāt. Et q̄ ambulat in tenebris: neſcit quo vadit. Dū lucez habetis credite in lucem: ut filij lucis ſitis. Hec locutus est ihus: et abiit et abſcōdit ſe ab eis. Cum aūt tāta ſigna feciſſ coraz eis nō credebāt in eū: vt ſermo yſaie impleret quē dixit. Domīe quis credidit auditui nr̄o: et brachiū domī cui reuelatū est? Propterea nō poterāt credere: qꝫ iterū dixit yſaias. Excecauit oculos eorꝫ et induraut cor eorꝫ: ut nō videāt oculis et intelligāt corde et conuertāt et ſanem eos. Hec dixit yſaias quādo vidit gloriam eius: et locutus est de eo. Verūtamē et ex pn̄cipibus multi crediderūt in eū: ſ ꝓpter phariſeos nō ꝓfitebāt: ut de ſynagoga nō eicerēt. Dilexerūt enim glorizaz hominū magis q̄ gloriam dei. Ihesus autez clamauit et dixit. Qui credit in me: nō credit in me ſed in euz qui miſit me. Et qui videt me: videt eum q̄ miſit me. Ego lux in mundū venī: ut oīs qui credit in me in tenebris non maneat. Et ſi quis audierit ⁊ba mea et nō cuſtodierit: ego nō iudico eum. Nō enim venī ut iudicē mūdū: ſed ut ſaluſicem mundū. Qui ſpnit me et nō accipit ⁊ba mea: habz qui iudicet eū. Sermo quem locutus ſū: ille iudicabit euz in nouiſſimo die. Quia ego ex meipo nō ſū locutus: ſ qui miſit me pater ipſe michi mandatū dedit: quid dicā et quid loquar. Et ſcio: qꝫ mandatū eius vita etna ē. Que ergo ego loquor: ſicut dixit mi pater ſic loqr.

XIII

Ante diez festū paſche ſciēs ihesus qꝫ venit hora eius ut trāſeat ex hoc mūdo ad pr̄ez: cū dilexiſſ ſuos qui erāt in mūdo: in finē dilexit eos. Et cena facta cū diabolī iā miſiſſ in cor ut traderet eū iudas ſimonis ſcariothis: ſciēs qꝫ oīa dedit ei pater in manus et qꝫ a deo exiuit et ad deū vadit: ſurgit a cena et ponit veſtimēta ſua: et cuz accepiſſet

lintheum pcinxit se. Deinde misit aquam in
pelvim: et cepit lauare pedes discipulorum: et
extergere linteo quo erat pcinctus. Venit
ergo ad simonem petrum. Et dicit ei petrus.
Dne tu mihi lauas pedes? Rndit ihesus: et
dixit ei. Qd ego facio tu nescis modo: scies
autem postea. Dicit ei petrus. Non lauabis
mihi pedes in eternum. Rndit ei ihs. Si non la-
uero te: non habebis partem mecum. Dicit ei
simon petrus. Domine: non tantum pedes meos:
sed et manus et caput. Dicit ei ihesus. Qui lo-
tus est non indiget nisi ut pedes lauet: sed est
mundus totus. Et vos mundi estis: sed non
omnes. Sciebat enim quisnam esset qui trade-
ret eum. Propterea dixit: non estis mundi omes.
Postq̃ ergo lauit pedes eorum accepit vesti-
menta sua: et cum recubuisset iterum dixit eis. Sci-
tis quid fecerim vobis? Vos vocatis me
magister et domine: et bene dicitis. Sum etenim.
Si ergo ego laui pedes vestros dominus
et magister: et vos debetis alter alterius la-
uare pedes. Exemplum enim dedi vobis: ut
quemadmodum ego feci vobis ita et vos fa-
ciatis. Amen amen dico vobis: non est seruus
maior domino suo: neq; apostolus maior est eo
qui misit illum. Si hec scitis: beati eritis si fece-
ritis ea. Non de omnibus vobis dico. Ego scio
quos elegerim. Sed ut adimpleat scptura:
qui manducat mecum panem leuabit contra
me calcaneum suum. Amodo dico vobis pusq̃
fiat: ut cum factum fuerit credatis quia ego sum.
Amen amen dico vobis: qui accipit si quem mi-
sero me accipit. Qui autem me accipit: acci-
pit eum qui me misit. Cum hec dixisset ihus
turbatus est spiritu: et pteestatus est et dixit. Amen
amen dico vobis: quia vnus ex vobis tradet
me. Aspiciebant ergo adinuicem discipuli: he-
sitantes de quo diceret. Erat ergo recumbens
vnus ex discipulis eius in sinu ihesu: quem
diligebat ihesus. Innuit ergo hunc simon pe-
trus: et dixit ei. Quis est de quo dicit? Itaq;
cum recubuisset ille supra pectus ihesu: dicit ei
Dne quis est? Rndit ihus. Ille est: cui ego
intinctum panem porrexero. Et cum intinxisset pa-
nem: dedit iude simonis scariothis. Et post
buccellam introiuit in eum sathanas. Et dicit
ei ihesus. Quod facis facilius. Hoc autem
nemo scuit discumbentium: ad quid dixerit
ei. Quidam enim putabant quia loculos habebat
iudas quia dixisset ei ihesus. eme ea q̃ opus sunt
nobis ad diem festum: aut egenis ut aliquid
daret. Cum ergo accepisset ille buccellam: exiuit
continuo. Erat autem nox. Cum ergo exisset. dixit
ihesus. Nunc clarificatus est filius hominis:
et deus clarificatus est in eo. Si deus clarifi-
catus est in eo: et deus clarificabit eum in semetip-
so: et continuo clarificabit eum. Filioli: adhuc
modicum vobiscum sum. Quaeretis me: et sicut di-
xi iudeis quo ego vado vos non potestis ve-
nire. Et vobis dico modo. Mandatum nouum
do vobis: ut diligatis inuicem sicut dilexi vos:
vt et vos diligatis inuicem. In hoc cognoscent
omnes quia discipuli mei estis: si dilectionem ha-
bueritis adinuicem. Dicit ei simon petrus. Do-
mine quo vadis? Rndit ihs. Quo ego va-
do non potes me modo sequi: sequeris autem
postea. Dicit ei petrus. Quare non possum te
sequi modo? Animam meam pro te ponam. Rndit
ei ihs. Aiam tuam pro me ponis? Amen amen di-
co tibi: non cantabit gallus donec ter me negas.

Et dixit discipulis suis. Non XIIII

Non turbetur cor vestrum. Creditis in deum: et
in me credite. In domo patris mei mansiones
multe sunt. Si quo minus: dixissem vobis quia
vado parare vobis locum. Et si abiero et pparaue-
ro vobis locum: iterum veniam et accipiam vos ad
meipsum: ut vbi sum ego et vos sitis. Et quo e-
go vado scitis: et viam scitis. Dicit ei thomas.
Domine: nescimus quo vadis. Et quomodo
possumus viam scire? Dicit ei ihesus. Ego sum
via et veritas et vita. Nemo venit ad patrem
nisi per me. Si cognouissetis me: et patrem meum
vtique cognouissetis. Et amodo cognoscetis
eum: et vidistis eum. Dicit ei philippus. Dne:
ostende nobis patrem et sufficit nobis. Dicit
ei ihesus. Tanto tempore vobiscum sum: et non
cognouistis me? Philippe: qui videt me vi-
det et patrem. Quomodo tu dicis ostende nobis pa-
trem? Non credis quia ego in patre: et pater in
me est? Verba q̃ ego loquor vobis: a meipso
non loquor. Pater autem in me manens: ipse fa-
cit opera. Non creditis quia ego in patre: et pa-
ter in me est? Alioquin pter opera ipsa cre-
dite. Amen amen dico vobis: qui credit in
me opera que ego facio et ipse faciet: et ma-
iora horum faciet. Quia ego ad patrem vado:

et quodcũq; petieritis pr̃em in nomĩe meo
hoc faciam: vt glorificet̃ pater in filio. Si
quid petieritis me in noĩe meo hoc faciam.
Si diligitis me: mandata mea seruate. Et
ego rogabo patrem ⁊ aliũ paraclitũ dabit
vobis ut maneat vobiscũ in eternũ spiritũ
veritatis: quẽ mundus nõ potest accipere:
q̃ nõ videt eum nec scit eum. Vos autẽ co-
gnoscitis eũ: quia apud vos manebit: ⁊ in
vobis erit. Nõ relinquã vos ꝓphanos: ve-
niam ad vos. Adhuc modicũ: ⁊ mũdus
me iam non videt. Vos autem videtis me:
q̃ ego viuo et vos viuetis. In illo die vos
cognoscetis quia ego sum in patre meo: ⁊
vos in me: ⁊ ego in vob. Qui habet mãda-
ta mea ⁊ seruat ea: ille ẽ qui diligit me. Qui
autem diligit me: diliget̃ a patre meo. Et
ego diligam eũ: ⁊ manifestabo ei meipsũ.
Dicit ei iudas: nõ ille scariothis. Dñe quid
factum ẽ q̃ manifestatur? es nob̃ teipsũ:
et nõ mũdo. Rñdit ihus: ⁊ dixit ei. Si q̃s
diligit me sermonẽ meũ seruabit: ⁊ pater
meus diliget eũ. et ad eũ veniemus: et man-
sionẽ apud eũ faciem?. Qui nõ diligit me:
sermones meos non seruat. Et sermonem
quẽ audistis nõ est meus: sed eius q̃ misit
me patris. Hec locutus sũ vob: apud vos
manẽs. Paraclitus autẽ spũs scũs quem
mittet pater in nomine meo ille vos docẽ-
bit omia: ⁊ suggeret vob omia quecũq; di-
xero vob. Pacẽ relinquo vob: pacẽ meã
do vob. Nõ quomodo mũdus dat: ego do
vobis. Nõ turbet̃ cor vestrũ: neq; formidet.
Audistis q̃ ego dixi vobis: vado ⁊ venio
ad vos. Si diligeretis me. gauderetis vtiq;
q̃ vado ad pr̃em: quia pater maiõ me
est. Et nũc dixi vobis priusq̃ fiat: ut cũ fa-
ctũ fuerit credatis. Iam nõ multa loq̃r vo-
biscũ. Venit enĩ princeps mũdi huius: et
in me nõ habet quicq̃. Sed ut cognoscat
mũdus q̃ diligo pr̃em: ⁊ sic mandatũ dedit
mihi pr̃: sic facio. Surgite: eamus hĩc. XV
Ego sũ vitis vera: ⁊ pater meus agrico-
la est. Omẽ palmitẽ in me nõ ferentem
fructũ tollet eũ: ⁊ omẽ qui fert fructũ
purgabit eũ: ut fructũ plus afferat. Iã vos
mũdi estis: ꝓpter sermonẽ quẽ locutus sũ
vob. Manete in me: ⁊ ego in vobis. Sicut
palmes nõ potest ferre fructũ a semetipso
nisi manserit in vite: sic nec vos nisi in me mã-
seritis. Ego sũ vitis: vos palmites. Qui ma-
net in me ⁊ ego in eo hic fert fructũ multũ:
quia sine me nihil potestis facere. Si quis
in me non mãserit mittetur foras sicut pal-
mes ⁊ arescet: ⁊ colligẽt eũ ⁊ in ignẽ mittẽt
et ardet. Si manseritis in me ⁊ verba mea
in vobis manserint: quodcunq; volueritis
petetis: ⁊ fiet vob. In hoc clarificat̃ est pa-
ter meus. ut fructũ plurimũ afferatis: et effi-
ciamini mei discipuli. Sicut dilexit me pr̃:
et ego dilexi vos. Manete in dilectõe mea.
Si p̃cepta mea seruaueritis manebitis in
dilectõe mea: sicut et ego pr̃is mei p̃cepta
seruaui: ⁊ maneo in eius dilectõe. Hec locu-
tus sũ vobis: ut gaudiũ meũ in vobis sit: et
gaudiũ vestrũ impleatur. Hoc est p̃ceptũ
meũ: ut diligatis inuicẽ sicut dilexi vos. Ma-
iorẽ hac dilectõnẽ nemo habet: q̃ ut aĩam
suã ponat quis pro amicis suis. Vos amici
mei estis: si feceritis que ego p̃cipio vobis.
Iã non dicã vos seruos: quia seruus nescit
quid faciat dominus eius. Vos autẽ dixi a-
micos: quia omia quecũq; audiui a patre
meo nota feci vob. Nõ vos me elegistis sed
ego elegi vos: ⁊ posui vos ut eatis ⁊ fructũ
afferatis: ⁊ fructus vester maneat: ut quod-
cunq; petieritis patrẽ in nomine meo det vo-
bis. Hec mando vobis: vt diligatis inuicẽ.
Si mũdus vos odit: scitote quia me prio-
rẽ vobis odio habuit. Si de mũdo fuissetis:
mũdus quod suũ erat diligeret. Quia vero
de mũdo nõ estis. sed ego elegi vos de mũ-
do: ꝓpterea odit vos mundus. Memẽtote
sermonis mei: quẽ ego dixi vobis. Non est
seruus maior domino suo. Si me p̃secuti sũt:
et vos p̃sequẽt̃. Si sermonẽ meũ seruauerũt: et vestrũ seruabũt. Sed hec omia faciẽt
vob ꝓpter nomẽ meũ: quia nesciũt eum qui
misit me. Si nõ venissem ⁊ locutus fuissem
eis: peccatũ nõ haberẽt. Nũc aũt excusacõem
non habẽt de peccato suo. Qui me odit: et
pr̃em meũ odit. Si opera non fecissem in eis
q̃ nemo alius fecit: peccatũ nõ haberẽt. Nũc
autem et viderũt ⁊ oderũt: ⁊ me ⁊ pr̃em meum.
Sed ut adimpleat̃ sermo qui in lege eorũ
scriptus est: q̃ odio habuerunt me gratis.

Cum autez venerit paracletus quē ego mit-
tam vobis a patre spiritum veritatis q̄ a pre
ꝓcedit: ille testimoniū phibebit de me. Et
vos testimoniū phibebitis: quia ab initio
Hec locutus sū XVI mecū estis.
vobis: ut nō scandalizemini. Absq̄ sy-
nagogis facient vos. Sed venit hora: ut oīs
qui interficit vos arbitret obsequiū se pre-
stare deo. Et hec facient vobis: q̄ nō nouerūt
patrē neq̄ me. Sed hec locutus sū vobis:
vt cū venerit hora eorū reminiscamini: q̄ e-
go dixi vobis. Hec autez vobis ab initio
nō dixi: quia vobiscū eram. Et nūc vado ad
eum qui misit me: et nemo ex vobis interro-
gat me quo vadis. Sed quia hec locutus
sū vobis: tristicia implebit cor vestrū. Sed
ego veritatē dico vobis: expedit vobis vt
ego vadam. Si enim nō abiero: paracle-
tus nō veniet ad vos. Si aūt abiero: mittā
eū ad vos. Et cū venerit: ille arguet mūdū
de peccato et de iustitia et de iudicio. De peccō
quidē: q̄ nō crediderunt in me. De iustitia
vero: q̄ ad patrē vado: et iam nō videbitis
me. De iudicō autē: q̄ princeps huius mū-
di iam iudicatus est. Adhuc multa habeo
vobis dicere: sed non potestis portare mō.
Cum autē venerit ille spūs veritatis: docebit
vos omēm veritatē. Non enim loquet a se
metipso: sed quecūq̄ audiet loquet: et que
ventura sūt annūciabit vobis. Ille me clarifi-
cabit: q̄ de meo accipiet: et annūciabit vob.
Omnia quecūq̄ habet pater mea sūt. Pro-
pterea dixi q̄ de meo accipiet: et annūciabit
vobis. Modicū et iā nō videbitis me. et iterū
modicū et videbitis me: q̄ vado ad patrem.
Dixerunt ergo ex discipulis eius ad invicē.
Quid ē hoc qd̄ dicit nobis modicū et non
videbitis me. et iterū modicum et videbitis
me et q̄ vado ad pātrem? Dicebāt ergo. Quid
est hoc qd̄ dicit modicum? Nescimus quid
loquit. Cognouit autez ihesus q̄ volebāt
eū interrogare: et dixit eis. De hoc queritis
inter vos q̄ dixi modicū et nō videbitis me:
et iterū modicū et videbitis me. Amē amen
dico vobis: q̄ plorabitis et flebitis vos: mū-
dus autē gaudebit. Vos autem contristabi-
mini: sed tristicia vra vertetur in gaudiū. Mu-
lier cū parit tristiciā habet: q̄ venit hora eius.
Cum autem peperit puerū iam nō memīt
pressure ꝓpter gaudiū: q̄ natus est homo
in mundū. Et vos igitur nūc quidē tristiciam
habetis. Iterū autez videbo vos et gaudebit
cor vestrū: et gaudiū vrm nemo tollet a vo-
bis. Et in illo die me nō rogabitis quicq̄.
Amē amē dico vobis: si quid petieritis pa-
trem in nomine meo dabit vobis. Vsq̄ mō
nō petistis quicq̄ in nomine meo. Petite et
accipietis: ut gaudiū vrm sit plenū. Hec i
puerbijs locutus sum vob. Venit hora: cū
iam nō in puerbijs loquar vobis: sed palā
de patre annūciabo vob. In illo die in noīe
meo petetis. Et nō dico vobis: q̄ ego roga-
bo patrē de vob. Ipse enim pater amat vos
q̄ vos me amastis: et credidistis q̄ a deo ex-
iui. Exiui a patre et veni in mundū: iterū reli-
quo mūdū: et vado ad pātrem. Dicūt ei discipu-
li eius. Ecce nūc palam loqueris: et puerbiū
nullū dicis. Nūc scimus q̄ scis omēia: et nō o-
pus ē tibi ut quis te interroget. In hoc cre-
dimus: quia a deo existi. Rūdit eis ihesus.
Modo creditis? Ecce venit hora: et iam venit
vt dispgamini vnusquisq̄ in ꝓpria: et me so-
lū relinquatis. Et nō sū solus: quia pr̄ me-
cū est. Hec locutus sū vobis: ut in me pacem
habeatis. In mundo pressurā habebitis: sed
confidite: ego vici mundū. XVII
Hec locutus est ihesus: et subleuatis ocu-
lis in celū dixit. Pater venit hora: cla-
rifica filiū tuū. ut filius tuus clarificet te. Si-
cut dedisti ei potestatē omnis carnis: ut omē
qd̄ dedisti ei det eis vitam eternā. Hec ē au-
tem vita eterna: ut cognoscāt te solum deum
verū: et quē misisti ihesum cristū. Ego te cla-
rificaui sup terrā: opus consūmaui: qd̄ dedisti
michi ut faciā. Et nūc clarifica me tu pater
apud temetipm: claritate quā habui prius
q̄ mundus fieret apud te. Manifestaui no-
mē tuū hominibus: q̄s dedisti michi de mundo.
Tui erant: et michi eos dedisti: et sermonem
meū seruauerūt. Nūc cognouerūt: q̄ omnia
q̄ dedisti michi abs te sūt. Quia verba q̄ dedi-
sti michi dedi eis: et ipi acceperūt et cognoue-
rūt vere q̄ a te exiui: et crediderūt q̄ tu me
misisti. Ego p eis rogo. Nō p mūdo rogo:
sed p hijs q̄s dedisti michi: q̄ tui sūt. Et mea
omnia tua sūt: et tua mea sunt: et clarificatus

sum in eis. Et iam non sū in mūdo: ⁊ hij in
mūdo sūt: ⁊ ego ad te venio. Pater sancte
serua eos in nomine tuo quos dedisti michi:
vt sint vnū sicut ⁊ nos. Cū essem cū eis: ego
seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti
michi ego custodiui: ⁊ nemo ex eis perijt nisi
filius perditionis: ut scriptura impleat. Nūc
autem ad te venio: ⁊ hec loquor in mūdo: ut
habeāt gaudiū meū impletū in semetipsis.
Ego dedi eis sermonē tuū: ⁊ mūdus eos o-
dio habuit: q̃ non sūt de mūdo sicut et ego
non sū de mūdo. Nō rogo ut tollas eos de
mūdo: sed ut serues eos a malo. De mūdo
nō sūt: sicut ⁊ ego non sū de mūdo. Sancti-
fica eos in veritate. Sermo tuus veritas ē.
Sicut tu me misisti in mundū: ita ⁊ ego misi
eos in mūdū. Et pro eis ego sanctifico me
ipsū: ut sint ⁊ ipsi sanctificati in veritate. Nō
p̃ eis aūt rogo tantū: sed ⁊ p̃ eis qui credituri
sūt p̃ verbum eorū in me: vt omnes vnū sint
sicut tu pr̃ in me ⁊ ego in te. ut et ipsi in nob̃
vnū sint: ut credat mūdus q̃ tu me misisti.
Et ego claritatē quā tu dedisti mihi dedi eis:
vt sint vnū sicut ⁊ nos vnū sumus. Ego in eis
et tu in me: ut sint consūmati in vnū: ⁊ cogno-
scat mūdus q̃ tu me misisti: ⁊ dilexisti eos
sicut ⁊ me dilexisti. Pater: quos dedisti mi-
chi volo ut vbi sū ego ⁊ illi sint mecū: ut vi-
deāt claritatē meā quā dedisti michi: q̃ dile-
xisti me ante constitutionē mūdi. Pr̃ iuste: mūdus
te nō cognouit. Ego aūt te cognoui: ⁊ hij co-
gnouerūt q̃ tu me misisti. Et notū feci eis no-
mē tuū ⁊ notū faciā: ut dilectio q̃ dilexisti
me in ipsis sit: ⁊ ego in ipsis. XVIII

Hec cū dixisset ihesus: egressus est cū di-
scipulis suis trās torrentē cedrō vbi
erat ortus in quē introiuit ipse ⁊ discipuli e-
ius. Sciebat aūt ⁊ iudas qui tradebat eū
locus: q̃ frequēter ihesus conuenerat illuc cū
discipulis suis. Iudas ergo cū accepisset co-
hortē ⁊ a pontificibus ⁊ phariseis ministros:
venit illuc cū laternis ⁊ facibus ⁊ armis. Ihs
itaq; sciēs omnia q̃ ventura erāt sup eū: pro-
cessit ⁊ dixit eis. Quem q̃ritis? Rndērūt ei.
Ihesum nazarenū. Dicit eis ihesus. Ego sum.
Stabat aūt ⁊ iudas q̃ tradebat eū cū ipsis.
Vt ergo dixit eis ego sū: abierūt retrorsum.
et ceciderūt in terrā. Iterū ergo intrōgauit
eos. Quē q̃ritis? Illi aūt dixerūt. Ihm naza-
renū. Rndit ihesus. Dixi vobis: quia ego sū.
Si ergo me queritis: sinite hos abire. Vt
impleret sermo quē dixit: quia quos dedi-
sti michi nō perdidi ex eis quenq̃. Simō ER-
go petrus habēs gladiū eduxit eū: ⁊ percussit
pontificis seruū. ⁊ abscidit eius auriculā dexte-
ram. Erat aūt nomen seruo malchus. Dicit
ergo ihs petro. Mitte gladiū tuū in vagi-
nam. Calicē quē dedit michi pater: non bi-
bam illū? Cohors aūt ⁊ tribunus ⁊ ministri
iudeorū cōprehenderūt ihesū: ⁊ ligauerūt eum
et adduxerūt eū ad annā primū. Erat enim
socer caiphe: qui erāt pōtifex ānī illius. Erat
autē caiphas qui consiliū dederat iudeis: q̃
expedit vnū hoīem mori p̃ populo. Sequēbā-
tur autē ihesū simon petrus: ⁊ alius disci-
pulus. Discipulus aūt ille erat notus pontifici:
et introiuit cū ihesu in atriū pōtificis. Petrus
autē stabat ad ostiū foris. Exiuit ergo di-
scipulus qui erāt notus pontifici: ⁊ dixit osti-
arie: ⁊ introduxit petrū. Dicit ergo ancilla
ostiaria. Nūquid ⁊ tu ex discipulis es hōis
istius? Dicit ille. Nō sum. Stabāt aūt serui et
ministri ad prunas q̃ frigus erat: ⁊ calefa-
ciebāt se. Erat autē cū eis ⁊ petrus: stās ⁊ ca-
lefaciēs se. Pōtifex ergo interrogauit ihe-
sū de discipulis suis: ⁊ de doctrina eius. Respō-
dit ei ihs. Ego palam locutus sum mundo.
Ego semp docui in synagoga ⁊ in templo q̃
omnes iudei conuenūt: ⁊ in occulto locutus sū
michil. Quid me intrōgas? Interroga eos
qui audierūt: quid locutus sim ipsis? Ecce
hij scūt: que dixerim ego. Hec autem cum
dixisset: vnus assistēs ministrorū dedit ala-
pam ihu dicēs. Sic rndes pōtifici? Rndit ei
ihs. Si male locutus sū: testimoniū perhibe
de malo. Si autem bene: quid me cedis?
Et misit eum ānas ligatū ad caiphan pōti-
ficem. Erat autē simon petrus stās: ⁊ calefa-
ciēs se. Dixerūt ergo ei. Nūquid et tu ex di-
scipulis eius es? Negauit ille ⁊ dixit. Non
sum. Dicit ei vnus ex seruis pontificis: cognā-
tus eius cuius abscidit petrus auriculam.
Nōne ego te vidi in horto cū illo? Iterū ergo
negauit petrus: ⁊ statim gallus cantauit. Ad-
ducūt ergo ihm ad caiphā in prētorium. Erat
autem mane. Et ipsi nō introierūt in prētoriū

vt non ꝓtaminarent: sed vt manducarent
pascha. Exiuit ergo pilatus ad eos foras
et dixit. Quam accusacōem afferis aduer-
sus hominē hūc? Rndерūt: ⁊ dixerūt ei. Si
nō esset hic malefactor: nō tibi tradidissem
eū. Dicit ergo eis pilatus. Accipite eū vos:
et sēm legem vrām iudicate eū. Dixerunt
ergo ei iudei. Nob nō licet interficē quēq̄.
Vt sermo ihesu impleret quē dixit: significans
q̄ morte esset moriturus. Introiuit ergo
iterum in ptoriū pilatus: ⁊ vocauit ihesum:
et dixit ei. Tu es rex iudeorū? Rndit ihesus.
A temetipso hoc dicis: an alij dixerūt tibi de
me? Respōdit pilatus. Nūquid ego iudeus
sum? Gens tua ⁊ pontifices tradiderunt te
michi. Quid fecisti? Rndit ihesus. Regnum
meū non est de hoc mūdo. Si ex hoc mūdo
esset regnū meū: ministri mei vtiq̄ decertarēt
vt non traderer iudeis. Nūc autē regnum
meū non ē hinc. Dixit itaq̄ ei pilatus. Ergo
rex es tu? Rndit ihs. Tu dicis: q̄ rex sū ego.
Ego ī hoc natus sū. ⁊ ad hoc veni in mūdū:
vt testimoniū phibeam veritati. Omis qui
est ex veritate audit vocem meā. Dicit ei pi-
latus. Quid est veritas? Et cū hoc dixisset: ite-
rum exiuit ad iudeos: ⁊ dicit eis. Ego nul-
lam inuenio in eo causam. Est aūt ꝓsuetudo
vobis: vt vnū dimittam vobis in pascha.
Vultis ergo dimittam vob regē iudeorū?
Clamauerūt ergo rursū omes dicētes. Nō
hūc: sed barraban. Erat aūt barrabas latro.

Tunc ergo apprehendit **XIX**
pilatus ihesū: ⁊ flagellauit. Et milites
plectētes coronā de spinis imposuerūt capi-
ti eius: ⁊ veste purpurea circūdederūt eum.
Et venebāt ad eū: ⁊ dicebāt. Aue rex iude-
orū. Et dabant ei alapas. Exiuit iterū pila-
tus foras: ⁊ dicit eis. Ecce adduco vob eū
foras: vt cognoscatis quia nullā inuenio in
eo causam. Exiuit ergo ihs portans spineā
coronā: ⁊ purpureū vestimentū. Et dicit eis.
Ecce homo. Cū ergo vidissent eū pontifices
et ministri: clamabant dicētes. Crucifige:
crucifige eū. Dicit eis pilatus. Accipite eū
vos: ⁊ crucifigite. Ego enim nō inuenio in
eo causam. Rndерūt ei iudei. Nos legē habe-
mus: ⁊ sēm legem debet mori: q̄ filiū dei se
fecit. Cū ergo audisset pilatus hūc smonē:
magis timuit. Et ingressus est in ptoriū iterū
: ⁊ dicit ad ihesū. Vnde es tu? Ihs autē
responsum nō dedit ei. Dicit ergo ei pilatus.
Michi non loqueris? Nescis q̄ potestatē
habeo crucifigē te. ⁊ ptātē habeo dimittere
te? Rndit ihus. Nō haberes potestatē adū
sum me vllā: nisi tibi datū esset desup. Propte-
ea qui me tradidit tibi maius peccatū habet.
Et exinde querebat pilatus dimittere eum.
Iudei autem clamabāt dicētes. Si hūc di-
mittis: non es amicus cesaris. Omis enim
qui se regem facit ꝓtradicit cesari. Pilatus
autem cū audisset hos sermones adduxit fo-
ras ihm: ⁊ sedit p tribunali ī loco qui dicit
lithostratos. hebraice autē gabatha. Erat
autē parasceue paschē: hora quasi sexta: et
dicit iudeis. Ecce rex vester. Illi autē clama-
bant. Tolle tolle: crucifige eū. Dicit eis pila-
tus. Regem vestrū crucifigam? Rndерūt pon-
tifices. Non habemus regē: nisi cesarē. Tūc
ergo tradidit eis illū: vt crucifigerēt. Su-
scepерūt autem ihm: ⁊ eduxerūt. Et baiulans
sibi crucē exiuit in eum qui dicit calvarie lo-
cum: hebraice golgotha. Vbi crucifixerūt
eū: ⁊ cū eo alios duos hinc ⁊ hinc: medius
autē ihm. Scripsit autē ⁊ titulū pilatus: et
posuit sup crucē. Erat autē scriptū: ihs naza-
renus rex iudeorū. Hunc ergo titulū multi
iudeorū legerūt: q̄ ꝓpe ciuitatē erat locus
vbi crucifixus est ihesus. Et erat scriptus he-
braice grece ⁊ latine. Dicebant ergo pilato
pontifices iudeorū. Noli scribere rex iudeo-
rum: sed q̄ ipe dixit: rex sum iudeorū. Rndit
pilatus. Quod scripsi scripsi. Milites ergo cū
crucifixissent eum acceperūt vestimēta eius:
et fecerūt q̄tuor partes: vnicuiq̄ militi ptes.
et tunicā. Erat autē tunica inconsutilis: desu-
p ꝓtexta p totū. Dixerūt ergo ad invicē. Nō
scindamus eam: sed sortiamur de illa cuius sit.
Vt scriptura impleret dicēs. Partiti sūt ve-
stimēta mea sibi: ⁊ in vestem meā miserunt
sortē. Et milites quidē hec fecerūt. Stabāt
autē iuxta crucē ihu mater eius: ⁊ soror ma-
tris eius maria deophe ⁊ maria magdale-
ne. Cū vidisset ergo ihus matrē ⁊ discipulū
stantē quē diligebat: dicit matri sue. Mulie-
r: ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo.
Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam

discipulus in sua. Postea sciēs ihesus quia
omnia consumata sūt: ut consumaretur scriptura dicit.
Sitio. Vas ergo erat positū aceto plenū. Illi
autē plenā aceto spongiā ysopo circūponētes: obtulerūt ori eius. Cū ergo accepisset ihesus
acetū dixit. Consūmatū est. Et inclinato
capite tradidit spiritū. Iudei ergo quoniā
parasceue erat ut nō remanerēt in cruce cōpora sabbato: erat enim magnus dies ille
sabbati: rogauerūt pilatū ut frangerentur
eorū crura et tollerētur. Venerūt ergo milites:
et primi quidē fregerūt crura: et alterius q̄
crucifixus est cū eo. Ad ihm aūt cū venissent.
vt viderūt eū iam mortuū nō fregerūt eius
crura: sed vnus militū lancea latus eius aperuit: et continuo exiuit sanguis et aqua. Et
qui vidit testimoniū phibuit: et verū est testimoniū eius. Et ille scit q̄ vera dicit: ut et vos
credatis. Facta sunt enim hec: vt scriptura
impleretur. Os nō cōminuetis ex eo. Et iterū
alia scriptura dicit. Videbūt in quē trānsfixerūt.
Post hec aūt rogauit pilatū ioseph ab arimathia eo q̄ esset discipulus ihu: occultus
autem ppter metū iudeorū: ut tollēt corpus
ihesu. Et permisit pilatus. Venit ergo: et tulit corpus ihesu. Venit autem et nicodemus
qui venerat ad ihesum nocte primū: ferens
mixturā mirre et aloes quasi libras centum.
Acceperūt ergo corpus ihu: et ligauerūt eū
linteis cū aromatibus sicut mos est iudeis
sepelire. Erat aūt in loco vbi crucifixus est
ortus: et in ortu monumētū nouū in quo nōdū quisq̄ positus erat. Ibi ergo ppter parasceuen iudeorū: q̄ iuxta erat monumentum
posuerūt ihm.

XX

Una aūt sabbati maria magdalene venit mane cū
adhuc tenebre essent ad monumētū: et vidit lapidē sublatū a monumento. Cucurrit
ergo et venit ad simonē petrū: et ad aliū discipulū quē amabat ihus: et dicit illis. Tulerūt dnm de monumēto: et nescimus vbi posuerūt eū. Exiit ergo petrus et ille alius discipulus: et venerūt ad monumētū. Currebāt
aūt duo simul: et ille alius discipulus precucurrit citius petro: et venit primus ad monumētū. Et cū se inclinasset vidit posita linteamina: nō tamē introiuit. Venit ergo simō
petrus sequēs eū: et introiuit in monumētū.
Et vidit linteamina posita: et sudariū q̄d
fuerat sup caput eius nō cū linteaminibus
positū: sed separatū in uolutū in vnū locum.
Tūc ergo introiuit et ille discipulus q̄ venerat primus ad monumentū: et vidit et credidit. Nondū enim sciebant scriptura: q̄ oportuit eū a mortuis resurgere. Abierūt ergo
iterū discipuli ad semetipos. Maria autem
stabat ad monumentū foris plorās. Dū ergo fleret: inclinauit se et prspexit in monumētū. Et vidit duos angelos in albis sedētes:
vnū ad caput et vnū ad pedes: vbi positū erat
corpus ihu. Dicūt ei illi. Mulier q̄d plorasse
Dicit eis. Quia tulerūt dnm meū: et nescio vbi
posuerūt eū. Hec cū dixisset cōuersa est retrorsū:
et vidit ihm stantē: et nō sciebat q̄ ihesus est.
Dicit ei ihus. Mulier quid plorasse Quem
q̄ris. Illa existimās q̄ ortulanus esset: dicit
ei. Dne: si tu sustulisti eū dicito michi vbi posuisti eū: et ego eū tollā. Dicit ei ihus. Maria.
Conuersa illa dicit ei. Rabboni: q̄d dicitur magister. Dicit ei ihesus. Noli me tangere. Nondū enim ascendi ad prem meū. Vade aūt
ad fratres meos: et dic eis. Ascendo ad patrem meū et patrem vestrū: deū meū et deū vestrū. Venit maria magdalene annūcians
discipulis q̄ vidit dnm: et hec dixit michi. Cū
ergo sero esset die illo vna sabbatorū et foores
essent clause vbi erant discipuli congregati
ppter metū iudeorū: venit ihesus et stetit in
medio et dixit eis. Pax vobis. Et cū hec di
xisset: ostendit eis manus et latus. Gauisi sūt
ergo discipuli: viso dno. Dixit ergo eis iterū.
Pax vobis. Sicut misit me pater: et ego
mitto vos. Hec cū dixisset insufflauit: et dicit
eis. Accipite spiritū sanctū. Quorū remiseritis peccata remittūtur eis: et quorū retinueritis
retenta sūt. Thomas aūt vnus ex duodecim
qui dicitur didimus nō erat cū eis quando venit
ihesus. Dixerūt ergo ei alij discipuli. Vidimus dominū. Ille aūt dixit eis. Nisi videro
in manibus eius fixurā clauū: et mittā digitū
meū in locū clauorū: et mittā manū meam in
latus eius: nō credā. Et post dies octo iterū
erant discipuli eius intus: et thomas cum eis.
Venit ihs ianuis clausis: et stetit in medio
et dixit eis. Pax vobis. Deinde dicit thome.
Infer digitū tuū huc et vide manus meas: et

affer manū tuā ⁊ mitte in latus meū: et noli
esse incredulus sed fidelis. Rndit thomas ⁊
dixit. Dominus meus: ⁊ deus meus. Dicit
ei ihs. Quia vidisti me thoma credidisti:
beati qui non viderūt ⁊ crediderūt. Multa
quidē ⁊ alia signa fecit ihesus in ospectu di-
scipulorū suorū: q̄ nō sūt scripta in libro hoc.
Hec autem scripta sunt ut credatis quia
ihesus est filius dei: et vt credentes vitam
habeatis in nomine eius.

XXI

Postea manifestauit se iterū ihesus ad
mare tiberiadis. Manifestauit aūt sic.
Erant simul simon petrus ⁊ thomas q̄ dicit'
didimus ⁊ nathanael qui erat a chana ga-
lilee: ⁊ filij zebedei: ⁊ alij ex discipulis eius
duo. Dicit eis simon petrus. Vado piscari.
Dicūt ei. Venimus ⁊ nos tecū. Et exierūt et
ascenderūt in nauī: ⁊ illa nocte nichil prē-
diderūt. Mane aūt facto stetit ihesus ī lit-
tore: nō tamē cognouerūt discipuli q̄ ihe-
sus ē. Dicit ergo eis ihesus. Pueri: nunq̄d
pulmētariū habetis? Rndērūt ei. Nō. Dicit
eis. Mittite in dexterā nauigij rete: ⁊ inuenie-
tis. Miserūt ergo: ⁊ iam nō valebāt illud
trahere p̄ multitudine piscīū. Dicit ergo di-
scipulus ille quē diligebat ihs petro. Do-
minus ē. Simon petrus cū audisset q̄ dn̄s
est. tunica succinxit se: erat enim nudus: et mi-
sit se in mare. Alij autē discipuli nauigio ve-
nerūt. Non enim lōge erāt a terra: sed quasi
cubitis ducēs trahentes rete piscīū. Vt er-
go descenderūt in terrā viderūt prunas po-
litas: ⁊ piscez suppositū ⁊ panē. Dicit eis ihe-
sus. Afferte de piscib̄ quos prēdidistis nūc.
Ascendit simon petrus ⁊ traxit rete in terrā:
plenū magnis piscib̄ centū quinq̄gīta tri-
bus. Et cū tanti essent: non est scissum rete.
Dicit ei ihs. Venite prandete. Et nemo au-
debat discumbentiū interrogare eū tu quis
es: sciētes q̄ dn̄s ē. Et venit ihs ⁊ accepit
panem ⁊ dat eis: ⁊ piscez similiter. Hoc iā
tercio manifestatus ē ihs discipulis suis: cū
resurrexisset a mortuis. Cuz ergo prandisset:
dixit simon petro ihs. Simon iohānis di-
ligis me plus his? Dicit ei. Etiam domine
tu scis: q̄ amo te. Dicit ei. Pasce agnos me-
os. Dicit ei iterum. Simon iohannis dili-
gis me? Ait illi. Etiam domine tu scis: quia
amo te. Dicit ei iterū. Pasce agnos meos.
Dicit ei tercio. Simō iohannis amas me?
Contristatus ē petrus q̄ dixit ei tercio amas
me: ⁊ dicit ei. Dne tu omia nosti: tu scis q̄
amo te. Dicit ei. Pasce oues meas. Amen a-
mē dico tibi: cū esses iunior cingebas te: ⁊ ā-
bulabas vbi volebas. Cū aūt senueris exte-
des manus tuas: ⁊ alius te cinget: ⁊ ducet
quo tu nō vis. Hoc aūt dixit: significans q̄
morte clarificaturus esset deū. Et cū hoc dixisset:
dicit ei. Sequē me. Conūsus petrus vidit il-
lū discipl'm quē diligebat ihs sequētē: q̄ et
recubuit in cena sup pectus eius et dixit: dne
quis est qui tradet te. Hūc ergo cū vidisset
petrus: dicit ihesu. Domine: hic autē quid?
Dicit ei ihs. Sic eū volo manē: donec veniā.
Quid ad te? Tu me sequē. Exijt ergo fmo
iste inter frēs: q̄ discipulus ille nō moriet'.
Et nō dixit ei ihesus nō moritur: sed sic euz vo-
lo manē donec veniā: quid ad te. Hic ē disci-
pulus ille qui testimoniū phibet de his: et
scripsit hec. Et scimus: q̄ verū ē testimoniū
eius. Sūt aūt ⁊ alia multa q̄ fecit ihs: q̄ si scri-
bant' p singula nec ipm arbitror mundū ca-
pere posse eos qui scribendi sunt libros.

Explicit euāgeliū fm iohem Incipit pfacō sancti
hieronimi in oēs eplas sū pauli.

Primū queritur quare post euā-
gelia q̄ supplemētuz legis sūt.
et in quib̄ nobis exēpla p̄-
cepta viuēdi plenissime di-
gesta sūt: voluerit apostolus has epistolas
ad singulas ecclias destinare. Hac autē cau-
sa factū videt': ut sez initia nascentis ecclie
nouis causis existentib̄ p̄uenirēt: et vt pnīa atq̄
oriēta resecarēt vicia: ⁊ post futuras
excluderēt q̄stiones: exemplo ꝓphaz. qui
post editam legē moysi in qua omia dei mā-
data legebant': nichilominus tamē de ctri-
na sua reddituā semp̄ populi oppressere pec-
cata: ⁊ ꝓpter exemplū viuēdi libros ad no-
stram etiam memoriā transmiserūt. Deinde
queritur cur nō amplius q̄ decem epistolas
ad ecclias scripserit. Decem sūt enim cū ea
que dicit' ad hebreos: nā reliq̄ quatuor ad
discipl'os specialiter sūt porrecte. Vt ostēde-
ret nouū nō discrepare a veteri testamēto. et
se contra legez non facere moysi: ad numerū

primorꝫ decalogi mãdatorꝫ suas epistolas destinauit: ⁊ quot ille p̃ceptis a pharaone instituit liberatos: tot dẽ epistolis a diabolo et ydolatrie seruitute edocet acquisitos. Nam ⁊ duas tabulas lapideas duorꝫ testamẽtorꝫ figurã habuisse viri eruditissimi tradiderũt. Epistolam sane q̃ ad hebreos scribit quidã pauli non esse affirmãt eo q̃ nõ sit eius noĩe titulata ⁊ ꝓpter ꝗmonis stilq̃ distantiã: sed aut barnabe iuxta tertullianũ aut luce iuxta quosdam: vel certe clemẽtis discipuli apostolorꝫ ⁊ episcopi rõne ecĉie post apostolos ordinati. Quibꝫ respõdendũ ẽ: si ꝓterea pauli nõ erit q̃ eius nõ habꝫ nomẽ: ergo nec alicuius erit: q̃ nullius nomine titulat. Qõ si inconuenientẽ absurdũq̃ ẽ: ipsius magis esse credẽda ẽ q̃ tãto doctrine sue fulget eloquio. Sed q̃m apud hebreorꝫ ecĉias quasi destructor legis falsa suspicõe habebat: voluit tacito nomine de figuris legis et veritate cristi reddẽ racõꝫ: ne odiũ nominis fronte p̃lati utilitatẽq̃ excludẽt lectõis. Nõ ẽ sane mirũ si eloquẽtior videat m ꝓprio id ẽ hebreo q̃ m pegno id est in greco: quo cetere epistole fuĩt scripte sermone. Mouet etiam quosdam quare romanorꝫ epistola ĩ primo sit posita: cũ eã nõ ꝑmo scriptã ratio manifestet. Nã hãc se ꝓficiscẽtẽ ihesolimã sep̃ fisse testat: cũ corinthios et alios iam ante ut ministeriũ qõ secũ portaturus erat colligerẽt litteris adhortatus sit. Sed inde intelligi quidaꝫ volũt ita omnes epistolas ordinatas ut prima ponẽtur quãtus posterior fuerit destinata: ut per singulas epistolas gradibus ad ꝑfectiora veniret. Romanorꝫ nãq̃ pleriq̃ tam rudes erãt ut nõ intelligerẽt dei se gratia et nõ suis meritis esse saluatos: ⁊ ob hoc duo inter se populi ꝛ̃flictarẽt. Idcirco illos mdigere asserit corrigi: vicia gentilitatis p̃ora ꝛ̃memorans. Corinthijs autem iam dicit scĉie gratiaꝫ ẽe ꝛ̃cessam: ⁊ nõ tã omnes increpat: q̃ cur peccãtes nõ increpauerit reprehendit sicut ait. Audit̃ inter vos fornicacõ. Et iterum. Cõgregatis vobis cũ meo spũ: tradẽ huiusmodi satanae. In secũda vero laudãt̃: et ut magis ac magis ꝑficiant cõmnent̃. Galathe vẽo iam nullius criminis arguũt̃ nisi hoc tantũ q̃ callidissimis pseudo apostolis credidерũt. Ephesij sane nulla reprehensione sed multa laude fuĩt digni: q̃ fidẽ apostolicã seruauerunt. Philipenses etiã multo magis collaudãtur: qui nec audire quidem falsos aplos voluerũt. Thessalonicenses nichilominus in duabꝫ epistolis omni laude ꝓsequitur: eo q̃ nõ solũ fidem inconcussam seruauerint veritatis: sed etiã in ꝑsecutione ciuiũ fuerint cõstantes inuenti. Colosenses aũt tles erãt: ut cũ ab aplo visi corporaliter nõ fuissent: hac laude digni haberẽtur. Et si corpore inquit absens sum: sed spiritu vobiscũ sum gaudens ⁊ videns ordinẽ vestrum. De hebreis vero quid dicendum est quorꝫ thessalonicenses q̃ plurimũ laudati fuĩt imitatores facti esse dicuntur? Sicut ipse ait. Et vos fratres imitatores facti estis ecĉliarꝫ dei quae sunt in iudea: eadẽ enim passi estis ⁊ vos a cõtribulibꝫ vestris: que et illi a iudeis. Apud ipos q̃q̃ hebreos eadẽ ꝛ̃memorat dicẽs. Nã et vinctis ꝛ̃passi estis: et rapinã bonorꝫ vrorꝫ cũ gaudio suscepistis: ꝛ̃gnoscẽtes vos habẽ meliorẽ ⁊ manentẽ substãtiã.

Explicit ꝓlogus generalis in omnes epl'as

Incip̃ ꝓlogus specialis in epl'am ad rõnos.

Romani sunt qui ex iudeis et gẽtibus crediderũt. Hi superba cõtentione volebãt se alterutrũ suꝓponere. Nã iudei dicebãt. Nos sumus ꝑpul̃ dei quos ab initio dilexit ⁊ fouit: nos circũcisi ex genere abrahã sancta descẽdim̃ ex stirpe: et notus retro apud iudeã tãtũ deus. Nos de egipto signis dei ⁊ virtutibꝫ liberati mare sicco ꝑtrãsiuim̃ pede: cũ inimicos nostros grauissimi fluct̃ inuoluerẽt. Nobis pluit mãna dñs in deserto: ⁊ quasi filijs suis celeste pabulũ ministrauit. Nos die noctuq̃ ĩ colũna nubis ignisq̃ p̃cessit: ut nobis ĩ mutio iter ostẽderet. Atq̃ ut cetera ei̇ circa nos immẽsa beneficia taceam̃: nos soli digni sumũ dei legẽ accipe ⁊ vocẽ dei loquẽtis audire: eiusq̃ cognoscẽ volũtatẽ. In q̃ lege nobis ꝓmissus est cristus: ad quos etiã ipse se venisse testatus est dicẽs. Non venisi ad oues que pierãt dom̃ israel: cũ vos canes potius q̃ homines appellauerit. Equiꝫ

ne ergo est ut ydola hodie deserentes. quibus ab initio deseruistis. nobis cōparemini: et nō potius in ꝓselitorum locū ex legis auctoritate et cōsuetudine deputemini? Et hoc ipm nō merebamur: nisi qua larga semp dei clemēcia voluit vos ad nostrā imitationē admittere. Dentes etiā ecōtrario respōdebāt. Quāto enim maiora erga vos dei beneficia narraueritis: tāto maioris vos ēmimini reos esse mōstrabitis. Semp enim hijs omnibus extitistis ingrati. Nā ipsis pedibus q̄ibus aridū mare trāsistis. ludebatis ante ydola que fecistis: et ipso ore quo paulo ātē obnecē adūsarios domino cātaueratis. simulacra vobis fieri poposcistis: illis oculis q̄bus venerādo deum in nube vel igne cōspicere solebatis: simulacra intuebamini. Manna q̄ vobis fastidio fuit: et semp in deserto ostra dñm murmurastis: ad egiptum vnde vos manu valida eiecerat redire cupiētes. Quid plura? Ita patres vri crebra puocacōne dominū irritauerūt. ut omnes in heremo morerēt: nec plus ex semoribus eorū q̄ duo hoies terram repromissionis intrarēt. Sed quid ātiqua replicamus: cū etiā si illa minime fecisseris. de hoc solo. nemo vos dignos venia iudicaret. q̄ dñm cristū ꝓphanū semper vobis vocabis repromissum nō solū suscipere noluistis sj etiam morte pessima pemistis? Quem vt nos cognouimus statim credidimus: cū nobis de eo antea nō fuerit p̄dicatum. Vnde pbat: q̄ ydolis seruiuimus. nō obstmacōm mētis: sj ignorātie deputandū. Qui enim ognitū ilico sequim: olim vtiq̄ sequremur si ātea cognouissemus. Sic autē vos de generis nobilitate iactatis: quasi nō morū imitacō magis q̄ carnalis natīta filios vos faciat esse scōrū. Demiq̄ esau ysmahel cū de stirpe sint abrahe: minime tam in filios reputātur. Hijs taliter altercātibus. apostolus se mediū interponēs: ita partiū dirimit q̄stiones. ut neutrū corū sua iustitia salutē meruisse ofirmet: ambos vero ꝓplōs et scienter et grauiter deliquisse: iudeos q̄ p puaricacōez legis deū inhonorauerint: gētes vero q̄ cū cognitū de creatura creatorē vt deum debuerint venerari. glorīā eius in manufacta mutauerint simulacra: vtrosq̄ etiam similiter venia ofecutos. equales esse veracissima racōe demōstrat: pserim cum in eadē lege p̄dictū et iudeos et gētes ad cristi fidē vocādos ēe ostēdat. Quāobrē vicissim eos hūliās: ad pacē et ocordiā cohortat.

Expl. plogus ꝓcatis. Incipit argumentū

Omam fuit partis ytalie. Hij preuenti sunt a falsis aplis: et sub nomine domini nostri ihesu cristi in legem et ꝓphas erant indocti. Nos reuocat apostolus ad veram et euangelicam fidem scribens eis a corinthio. Explicit argumentū

Incip epistola beati pauli apli ad romanos

Paulus seruus ihu cristi. vocatus apostol? segregatus in euāgelium dei. qō ante pmiserat p ꝓphetas suos in scripturis sanctis de filio suo. qui factus ē ei ex semīe dauid secōz carnē: q̄ p̄destinatus est filius dei in virtute secōm spiritū sanctificationis ex resurrectiōe mortuorū ihesu cristi dñi nri: p quē accepimus gratiam et apostolatū ad obediēdū fidei in omnibus gentibus pro nomine eius: in quibus estis et vos vocati ihesu cristi: omnibus q̄ sūt rome. dilectis dei vocatis sanctis. Gratia vobis et pax a deo patre et domino nro ihesu cristo. Primū quidē gratias ago deo meo p ihesū cristū p omnibus vobis: quia fides vra ānūciatur in vniuerso mūdo. Testis enim michi est deus cui seruio in spiritu meo in euāgelio filij eius q̄ sine intermissiōe memoriam vestri facio semp in orationibus meis: obsecrans si quomodō tandē aliquādo ꝓsperū iter habeā in voluntate dei veniēdi ad vos. Desidero enim videre vos: ut aliq̄d impertiar vobis gratie spiritualis ad cōfirmādos vos: id est simul cōsolari in vobis p eā que inuicē est fidem vestrā atq̄ meā. Nolo autē vos ignorare fratres: quia sepe ꝓposui venire ad vos et prohibitus sum vsq̄ adhuc: ut aliquē fructū habeam in vobis sicut et in ceteris gentibus. Grecis ac barbaris sapiētibus et insipiētibus debitor sum: itaq̄ quod in me pmptū est et vobis q̄ rome estis euangelizare. Nō enim erubesco

euangeliū. Virtus enim dei est in salutē omi
credēti: iudeo primū ⁊ greco. Justicia enim
dei in eo reuelatur ex fide in fidē: sicut scp̄tū
est. Justus autē ex fide viuit. Reuelat enī
ira dei de celo sup oēm impietatē ⁊ iniusticiā
hominū: eorū qui veritatē dei in iniusticia de-
tinēt: qr qd̄ notū ē dei manifestū est in illis.
Deus enim illis reuelauit. Inuisibilia enim
ipius a creatura mūdi p ea q̄ facta sūt intel-
lecta ospiciūt: sempiterna q̄q̄ eius virtus ⁊
diuinitas: ita ut sint inexcusabiles. Quia cū
cognouissent deū nō sicut deū glorificarunt
aut gratias egerūt: sed euanuerūt in cogita-
tionib̄ suis: ⁊ obscuratū est insipiēs cor eo-
rū. Dicētes enim se esse sapiētes: stulti facti
sūt. Et mutauerūt gloriā incorruptibilis dei
in similitudinē imaginis cōruptibilis hoīs:
et volucrū ⁊ quadrupedū ⁊ serpentū. Pro-
pter qd̄ tradidit illos deus in desideria cor-
dis eorū in immūdiciā: ut ontumelijs afficiāt
corpora sua in semetipsis. Qui ontauerūt
veritatē dei in mendacū: ⁊ coluerūt ⁊ fuie-
rūt creature potius q̄ creatori: qui est bn̄di-
ctus in secula amē. Propter hoc tradidit illos
deus in passiōes ignominie. Nā femīe eorū
immutauerūt naturalē vsū: in eum vsū qui ē
contra naturā. Similiter autē ⁊ masculi reli-
cto naturali vsu femīne exarserūt in deside-
rijs suis in invicē: masculi in masculos t̄pi-
tudinē operātes: ⁊ mercedē quā oportuit
errōris sui in semetipsis recipiētes. Et sicut
nō p̄bauerūt deum habere in noticia. tradi-
dit illos deus in reprobū sensū. ut faciāt ea
que nō cōuenūt: repletos omni iniquitate.
malicia. fornicacōne. auaricia. nequicia. ple-
nos invidia. homicidijs. ontencōe. dolo. ma-
lignitate. susurrones. detractores. deo odibi-
les: ontumeliosos. superbos. elatos. inuētores
malorū. parētib̄ nō obediētes: insipientes.
incompositos. sine affectōe. absq̄ fedē: sine
misericordia. Qui cū iusticiā dei ognouisset.
nō intellexerūt quoniā qui talia agūt diḡ
sunt morte: nō solum qui ea faciunt: sed et-
iam qui consentiunt facientib̄.

II

Propter qd̄ inexcusabilis es o homo
omis qui iudicas. In quo enim iudi-
cas alterū: teipsū odēnas. Eadē enim agis
q̄ iudicas. Scimus enim: quoniā iudiciū
dei est sēdm veritatē in eos q̄ talia agūt. Exi-
stimas autē hoc o homo q̄ iudicas eos qui
talia agūt ⁊ facis ea: qr tu effugies iudiciū
dei? An diuitias bonitatis eius ⁊ patiētie et
lōganimitatis ontēnis? Ignoras quoniā be-
nignitas dei ad penitentiā te adducit? Se-
cūdū autem duriciā tuā ⁊ impenitēs cor the-
saurisas tibi iram in die ire ⁊ reuelacōnis iu-
sti iudicij dei: q̄ reddet vnicuiq̄ sēdm opera
eius. Bijs quidē qui sēdm patiētiam bonī o-
peris: gloriā ⁊ honorē et incorruptōēz que-
rentib̄ vitā eternā. Vijs autēz q̄ sūt ex ontē-
cōne ⁊ qui nō acquiescūt veritati. credūt au-
tem iniq̄tati: ira. et indignacō. tribulacō. et
angustia in omēz aiam hominis operantis
malū: iudei primū ⁊ greci. Gloria aūt et ho-
nor ⁊ pax omi operanti bonū: iudeo primū et
greco. Nō enim est accepcō p̄sonarū apud
deuz. Quicūq̄z enim sine lege peccauerūt. si-
ne lege peribūt: ⁊ quicūz in lege peccauerit:
p legem iudicabūtur. Nō enim auditores le-
gis iusti sūt apud deum: sed factores legis iu-
stificabūtur. Cū enim gētes q̄ legem nō ha-
bēt naturaliter ea q̄ legis sūt faciūt: eiusmo-
di legem nō habētes ipsi sibi sūt lex: q̄ ostē-
dūt opus legis scriptū in cordib̄ suis: testi-
moniū reddētē illis oscia ipōrū ⁊ inter se in-
uicē cogitationū accusantiū aut etiā defendē-
tiū: in die cū iudicabit deus occulta hominū
sēdm euāgeliū meū p ihesum cristū. Si aūt
tu iudeus ognominaris ⁊ requiescis i lege.
et gloriaris in deo. et nosti voluntatē eius. et
p̄bas vtiora instructus p legē: ofidis te
ipm ēe ducē cecorū. lumē eorū q̄ in tenebris
sūt. eruditorē insipientiū. magistrū infantiū.
habentē formā scientie ⁊ veritatis i lege: q̄ er-
go aliū doces teipsū nō doces. Qui p̄dicas
nō furandū furaris: q̄ dicis nō mechandum
mecharis. Qui abominaris ydola: sacrilegiū
facis. Qui in lege gloriaris: p p̄uaricacōem
legis deum inhonoras. Nomē enim dei per
vos blasphematur inter gētes: sicut scriptū
ē. Circūcisio quidē p̄dest si legē obseruēs:
si autēz p̄uaricator legis sis: circūcisio tua p̄
putiū facta ē. Si igitur p̄puciū iusticias legis
custodiat: nōne p̄puciū illius in circūcisionē
reputabitur? Et iudicabit id qd̄ ex natura
est p̄puciū legē cōsummās te: qui p litteram

et circũcisionẽ p̃uaricator es legis. Nõ enĩ
qui in manifesto iudeus ẽ neq; q̃ in manife=
sto in carne est circũcisio: sed qui ĩ abscondi=
to iudeus ẽ ⁊ circũcisio cordis in spũ nõ lra:
cuius laus nõ ex hominib; ſ ex deo ẽ. III

Quid ergo amplius iudeo. aut q̃ utili=
tas circũcisionis? Multũ p oẽz modũ.
Primũ quidẽ: q̃ credita sũt illis eloq̃a dei.
Quid enim si quidam illoꝝ nõ crediderũt?
Nũquid incredulitas illoꝝ fidẽ dei euacuau=
bit? Absit. Est aũt deus verax: omis autem
homo mẽdax sicut scriptũ est: ut iustificeris
in sermonib; tuis ⁊ vincas cũ iudicaris. Si
aũt iniquitas nostra iusticiã dei ꝯmendat:
quid dicemus? Nũquid iniquus ẽ deus:
qui infert iram? Secundũ hoiem dico. Ab=
sit. Alioquĩ quomodo iudicabit deus hũc
mũdũ? Si enim veritas dei ĩ meo mẽdacio
abũdauit in gloriã ipius: quid adhuc et e=
go tãq̃ peccator iudicor ⁊ nõ sicut blasphe=
mam̃ et sicut aũt quidã nos dicere. Facia=
mus mala ut veniãt bona? Quoꝝ damnacõ
iusta est. Quid ergo? Precellimus eos?
Nequaq̃. Causati enim sumus iudeos et
grecos omes sub peccato esse: sicut scriptũ
est. Quia nõ est iustus quisq̃: nõ est intelli=
gẽs: nõ est requirẽs deũ. Omes declinauerũt
simul inutiles facti sũt: nõ est qui faciat
bonũ nõ est vsq; ad vnũ. Sepulcrũ patẽs
est guttur eoꝝ: linguis suis dolose agebãt:
venenũ aspidũ sub labris eoꝝ. Quoꝝ os
maledictõe ⁊ amaritudine plenũ ẽ: veloces
pedes eoꝝ ad effundendũ sanguinẽ. Cõtri=
tio ⁊ infelicitas in viis eoꝝ: et viã pacis nõ
cognouerũt: nõ est timor dei ante oculos
eoꝝ. Scimus autẽ: quoniã quecũq; lex lo=
quit̃ his q̃ in lege sũt loquit̃. Vt omne os
obstruat̃ et subditus fiat omis mũdus deo:
q̃ ex operib; legis nõ iustificabit̃ ois caro
coram illo. Per legẽ enim cognitio peccati.
Nũc aũt iustitia dei sine lege manifesta ẽ:
testificata a lege ⁊ ꝓphetis. Iustitia aũt dei
p fidẽ ihesu cristi: in omes ⁊ sup oẽs qui cre=
dũt in eũ. Nõ enim est distinctio. Oẽs enĩ
peccauerũt: ⁊ egẽt gloria dei. Iustificati gra=
tis p griã ipius p redẽptionẽ que est in
cristo ihesu: quẽ ꝓposuit deus ꝓpiciatorẽz p
fidẽ in sangune ipius ad ostẽsionẽ iustitie
sue ꝓter remissionẽ ꝓcedentiũ delictoꝝ in
sustentacõe dei ad ostensionẽ iustitie eius
in hoc tempore: ut sit ipe iustus ⁊ iustificans
eũ q̃ ex fide ẽ ihesu cristi. Vbi ẽ ergo gloria=
tio tua? Exclusa ẽ. Per quã legez? Facto=
rũ? Nõ. Sed p legẽ fidei. Arbitramur enĩ
iustificari hoiẽz p fidẽ: sine opib; legis. An iu=
doꝝ de? tm? Nõne ⁊ gentiũ? Immo ⁊ gentiũ.
Quã quidẽ vnus ẽ deus q̃ iustificat circũcisionẽ
ex fide: ⁊ ꝓputiũ p fidẽ. Legẽ ergo destruimus
p fidẽ? Absit. Sed legẽ statuimus. IIII

Quid ergo dicemus inuenisse abrahã
prẽm nostrũ secũdũ carnẽ? Si enim a=
brahã ex opib; iustificatus est. habet gliam:
sed nõ apud deũ. Quid enim dicit scptura?
Credidit abrahã deo: ⁊ reputatũ est illi ad
iusticiã. Ei aũt qui opãt̃ merces nõ impu=
tat̃ secũdũ gratiã: sed secũdũ debitũ. Ei vero q̃
nõ operat̃ credẽti aũt in eum qui iustificat
impiũ reputat̃ fides eius ad iusticiã secũdũ
ꝓpositũ gratie dei: sicut ⁊ dauid dicit beatitu=
dinẽ hominis cui deus accepto fert iusticiã
sine operib;. Beati quoꝝ remisse sũt iniqui=
tates: ⁊ quoꝝ tecta sunt pcã. Beatus vir cui
nõ imputabit dns peccatũ. Beatitudo ergo
hec in circũcisione manet: an etiam in ꝓputio?
Dicimus enim: q̃ reputata ẽ abrahe fides
ad iusticiã. Quõ ergo reputata ẽ? In circũ=
cisione: an in preputio. Non in circũcisione:
sed in prepucio. Et signum accepit circũcisi=
onis signaculũ iustitie fidei que est in ꝓpu=
tio: ut sit pater omniũ credẽtiũ p ꝓputiũ: ut
reputet̃ ⁊ illis ad iusticiã. Et sit pater circũ=
cisionis: nõ his tãtũ qui sũt ex circũcisione:
sed ⁊ his qui sectãt̃ vestigia fidei q̃ est in
ꝓputio patris nostri abrahe. Nõ enim per le=
gem ꝓmissio abrahe aut semini eius ut hẽs
esset̃ mũdi: ſ p iusticiã fidei. Si enim qui ex
lege hẽredes sũt. exinanita ẽ fides: abolita
est ꝓmissio. Lex enim iram operat̃. Vbi enĩ
nõ est lex: nec p̃uaricacõ. Ideo ex fide: vt
secũdũ grãz firma sit ꝓmissio omi semini. Nõ
ei qui ex lege ẽ solũ: sed ⁊ ei qui ex fide ẽ a=
brahe qui pater est oim nostrũ: sicut scptũ
est. Quia prẽm multarũ gentiũ posui te an=
te deũ cui credidisti: qui viuificat mortuos:
et vocat ea q̃ non sũt tanq̃ ea que sũt. Qui
ꝓtra spem ĩ spem credidit: ut fiẽt prẽ multarũ

gentiū: secūdū q̃ dictū ē ei. Sic erit semen
tuū: sicut stelle celi ⊓ arena maris. Et nō in-
firmatus est in fide: nec cōsideravit corpus
suū emortuū: cū iam fere centū esset ānorū:
et emortuā vulvā sare. In repromissiōe eti-
am dei nō hesitavit diffidētia: sed cōfortat?
est fide dans gloriā deo: plenissime sciens.
q̃ quecūq̃ ꝓmisit deus potēs est ⊓ facere.
Ideo et reputatū est illi ad iusticiam. Nō ē
aūt scriptū tm̄ ꝓter ipsū q̃ reputatū ē illi
ad iusticiā: sed et ꝓter nos quib? reputa-
bitur credētibus m eū qui suscitavit ihesum
cristū dnm̄ nostrū a mortuis: qui tradit? ē
ꝓter delicta nrā. ⊓ resurrexit ꝓter iustifi-
Vstificati ergo ex V cacionē nostrā.
fide pacē habeam? ad deū p dnm̄ nostrum
ihesū cristū: per quē habemus accessum per
fidē m gratiā istā: m qua stamus ⊓ glori-
amur in spe glorie filiorū dei. Nō solū aūt: ⊓
et gloriamur ī tribulationib: sciētes q̃ tri-
bulatio pacientiā operat̄: patiencia aūt ꝓ-
bationē: ꝓbatio vero spem. Spes aūt nō
cōfundit: quia caritas dei diffusa ē in cordi-
bo nostris: per spiritū sanctū qui datus est
nobis. Vt quid enī cristus cū adhuc infir-
mi essemus secūdū tēpus ꝓ impijs mortu-
us ē? Vix enī pro iusto quis moriet̄. Nam
ꝓ bono forsitan quis audeat mori. Cōmē-
dat aūt caritatē suā deus ī nobis: quoniam
cū adhuc peccatores essemus secūdū tem-
pus: cristus ꝓ nobis mortuus est. Multo
igit̄ magis nūc iustificati m sanguine ipsi-
us salvi erim? ab ira per ipsum. Si enī cū
inimici essem? recōciliati sumus deo. ꝓ mor-
tē filij eius: multo magis recōciliati salvi e-
rimus m vita ipsius. Nō solum aūt: sed ⊓
gloriamur ī deo p dnm̄ nostrū ihesū cristū:
p quē nūc recōciliationē accepimus. Pro-
pterea sicut p vnū hominē peccatū in hūc
mundū intravit ⊓ p peccatū mors: et ita in
omnes homines mors ptrāsiit: in quo omnes
peccaverūt. Vsq̃ ad legem enī peccatū erat
in mūdo. Peccatū aūt nō imputabat̄ cum
lex non esset: sed regnavit mors ab adam
usq̃ ad moysen. etiā m eos qui nō peccave-
rūt m similitudinē p̄varicationis ade: qui ē
forma futuri. Sed nō sic delictū: ita ⊓ donū.
Si enim vnius delicto multi mortui sunt:
multo magis gratia dei ⊓ donū. ī gratia vni-
us hominis ihesu cristi. in plures abūdavit.
Et nō sicut p vnū peccatū: ita et donū. Nam
iudiciū ex vno ī cōdemnationē: gratia aūt
ex multis delictis in iustificationē. Si enim
vnius delicto mors regnavit p vnū: multo
magis abundantiā gratie et donacōnis et iu-
sticie accipientes in vita regnabūt per vnū
ihesum cristū. Igit̄ sicut per vnius delictum
in omnes homines ī cōdemnatōnem: sic ⊓ per
vnius iusticiā in omnes homines in iustifica-
tionē vite. Sicut enim p inobedientiā vni?
hominis peccatores constituti sunt multi: ita
et p vnius obedicōnem iusti constituentur
multi. Lex aūt subintravit: ut abūdaret delic-
tū. Vbi aūt abūdavit delictū. supabūda-
vit gratia: ut sicut regnavit peccatū ī mortē.
ita ⊓ gratia regnet p iusticiā in vitā eternā:
per ihesum cristū dnm̄ nostrum. VI
Quid ergo dicem? ⊓ Manebim? ī peccō:
vt gra abūdet ⊓ Absit. Si enī mortui
sumus peccato: quomō adhuc viuemus in
illo? An ignoratis fratres: q̃ quicūq̃ bap-
tizati sumus ī cristo ihesu ī morte ipsius bap-
tizati sumus? Cōsepulti enim sum? cū illo per
baptismū in mortē: ut quomō cristus surre-
xit a mortuis per gloriā patris: ita ⊓ nos in
nouitate vite ābulem?. Si enim cōplātati
facti sumus similitudini mortis eius: simul ⊓
resurrectōnis erim?. Hoc scientes: quia ve-
tus homo noster simul crucifixus est ut de-
struatur corpus peccati: ut vltra non seruia-
mus peccato. Qui enī mortuus est: iustifica-
tus est a peccato. Si aūt mortui sumus cū
cristo credim? quia simul etiā viuemus cū
cristo: scientes q̃ cristus resurgens ex mor-
tuis iam nō moritur: mors illi vltra nō dnabi-
t̄. Quod enī mortuus est peccato. mortu-
us est semel: qō aūt viuit viuit deo. Ita ⊓
vos existimate vos mortuos quidē esse pec-
cato: viuentes aūt deo in cristo ihesu. Non
ergo regnet peccatū ī vestro mortali corpo-
re: ut obediatis concupiscentijs eius. Sed
neq̃ exibeatis membra vestra arma iniq̃ta-
tis peccato: sed exibete vos deo tanquā ex
mortuis viuentes: ⊓ membra vestra arma iu-
sticie deo. Peccatū enim vobis nō dnabitur.
Nō enī sub lege estis: sed sub gratia. Quid

ergo? Peccabimus: quomã non sumus sb
lege sed sub gratia? Absit. An nescitis qm
cui exhibetis vos seruos ad obediendum:
serui estis ei? cui obedistis. siue peci ad mor-
te siue obedicõmis ad iusticiã? Gratias aũt
deo q̃ fuistis serui peci: obedistis autem ex
corde in eã formã doctrine in q̃ traditi estis.
Liberati aũt a peco: serui facti estis iusticie.
Humanũ dico: ꝓpter infirmitatẽ carnis ve-
stre. Sicut enim exhibuistis mẽbra vestra
seruire immũditie et iniquitati ad iniq̃tatẽ:
ita nũc exhibete mẽbra vra seruire iusticie
in sanctificacõem. Cũ enim serui essetis pec-
cati: liberi fuistis iusticie. Quẽ ergo fructum
habuistis tũc i illis: in q̃b nũc erubescitis?
Nam finis illoꝝ mors est. Nũc vero libera-
ti a peco. serui aũt facti deo: habetis fructũ
vestrũ in sanctificacõeꝫ: finẽ vero vitaꝫ eter-
nam. Stipendia enim peci mors: gr̃a autẽ
dei vita etna. in cristo ihu dño nro.

VII

Aut ignoratis fres sciẽtib̃ enim legeꝫ
loquor: q̃ lex i hoie dñat quãto tpe
viuit? Nã que sub viro est mulier: viuente
viro alligata est legi. Si aũt mortuus fue-
rit vir eius: soluta est a lege viri. Igitur vi-
uẽte viro vocabit adultera si fuerit cũ alio
viro: si aũt mortuus fuerit vir eius. liberata
est a lege viri: vt non sit adultera si fuerit
cũ alio viro. Itaq̃ fratres mei et vos morti-
ficati estis legi p corpus cristi: ut sitis alteri-
us qui ex mortuis resurrexit: ut fructificem⁹
deo. Cũ enim essemus in carne. passiones pec-
catoꝝ que p legeꝫ erãt operabant in mem-
bris nostris: ut fructificarẽt morti. Nũc au-
tem soluti sumus a lege mortis. in qua dẽti-
nebamur: ita ut seruiamus in nouitate spi-
ritus et nõ in vetustate littere. Quid ergo di-
cemus? Lex peccm est? Absit. Sed peccatũ
nõ cognoui: nsi p legẽ. Nã ꝛcupiscentiam
nesciebã: nsi lex diceret. Nõ ꝛcupisces. Oc-
casione aũt accepta. peccm p mandatũ ope-
ratũ ẽ in me omẽꝫ ꝛcupiscentiã. Sine lege
enim peccatũ mortuũ erat. Ego aũt viuebã
sine lege aliquãdo. Sed cũ venisset manda-
tũ: peccm reuixit. Ego autem mortuus sũ: et in-
uentũ est michi mandatũ quod erat ad vi-
tã: hoc eẽ ad mortẽ. Nã peccatũ occasione
accepta p mandatũ seduxit me: et per illud
occidit. Itaq̃ lex quidẽ sancta: et mandatũ
sanctũ et iustũ et bonũ. Quod ergo bonũ est mi
factum est mors? Absit. Sed peccatũ ut ap-
pareat peccatũ p bonũ operatũ ẽ michi mor-
tẽ: ut fiat supra modũ peccãs peccm p mãda-
tũ. Scimus enim: q̃ lex spũalis est. Ego aũt
carnalis sũ: venũdatus sb peco. Quod enim
operor nõ intelligo. Non enim q̃d volo bonũ
hoc ago: sed quod odio malũ illud facio.
Si aũt q̃d nolo illud facio: consentio legi
q̃m bona est. Nũc aũt iã non ego operor il-
lud: sed q̃d habitat in me peccm. Scio enim:
q̃ nõ habitat in me. hoc est in carne mea. bo-
nũ. Nã velle adiacet michi: pficere aũt bonũ
nõ inuemo. Nõ enim quod volo bonũ hoc
facio: sed q̃d nolo malũ hoc ago. Si autem
q̃d nolo illud facio: iã nõ ego operor illud:
sed q̃d habitat in me peccatũ. Inuemo igit̃
legẽ volẽti michi facẽ bonũ: quomã michi
malũ adiacet. Cõdelector enim legi dei secũ
interiorẽ hoiem: Video aũt aliã legẽ in mem-
bris meis. repugnãtem legi mẽtis mee: et ca-
ptiuantẽ me in lege peci que est in membris
meis. Infelix ego homo: quis me liberabit
de corpore mortis huius? Gratia dei: p ihesũ
cristũ dñm nrm. Igit̃ ego ipse mẽte seruio le-
gi dei: carne aũt legi peci.

VIII

Nihil ergo nũc damnacõis est his
qui sũt in cristo ihesu: qui nõ secũm car-
nẽ ambulãt. Lex enim spũs vite i cristo ihesu:
liberauit me a lege peci et mortis. Nã q̃d im-
possibile erat legi in quo infirmabat̃ p car-
nẽ: deus filiũ suũ mittẽs in similitudinẽ carnis
peci: et de peco dãnauit peccatũ in carne. ut iu-
stificacõ legis impleretur in nob: q̃ non secũ
carnẽ ãbulamus: sed secũ spiritũ. Qui enim
secũ carnẽ sũt. q̃ carnis sũt sapiũt: qui vero se-
cũdũ spiritũ sũt: que sũt spũs sentiũt. Nam
prudentia carnis mors est: prudentia autẽ
spũs vita et pax. Quomã sapientia carnis imi-
mica est deo. Legi enim dei nõ est subiecta:
nec enim potest. Qui aũt in carne sũt: deo pla-
cere nõ possunt. Vos aũt in carne nõ estis si
in spũ: si tamẽ spũs dei habitat in vobis. Si
q̃s aũt spiritũ cristi nõ habet: hic nõ est eius.
Si aũt cristus in vobis est: corpus quidem
mortuũ ẽ ꝓpter peccm: spũs vero viuit ꝓpter
iustificacõem. Nõ si spũs eius qui suscitauit

ihesum a mortuis habitat in vobis: qui suscitauit ihesum cristum a mortuis viuificabit et mortalia corpora vestra: ꝓpter inhabitātē spiritū eius in vobis. Ergo fratres debitores sumus: nō carni ut secōm carnē viuamus. Si enī secundū carnē vixeritis. moriemini: si autē spiritu facta carnis mortificaueritis. viuetis. Quicūq; enim spiritu dei aguntur: hij sunt filij dei. Nō enim accepistis spiritū seruitutis iterū i timore. sed accepistis spiritum adopcōnis filiorū dei: i quo clamamus abba pater. Ipse enī spiritus testimoniū reddit spiritui nostro: q̄ sumus filij dei. Si aūt filij. et heredes: heredes quidē dei. coheredes aūt cristi: si tamē cōpatimur ut et glorificemur. Existimo enī: q̄ nō sunt cōdigne passiones hui⁹ tēporis ad futurā gloriā. q̄ reuelabit̄ in nobis. Nā exspectatio creature reuelationē filiorū dei exspectat. Vanitati enim creatura subiecta ē non volēs: sed propter eū qui subiecit eā i spe: quia et ipa creatura liberabit̄ a seruitute corruptiōis in libtatē glorie filiorū dei. Scimus enim: q̄ omnis creatura ingemiscit et parturit usq; adhuc. Non solū aūt illa: sēd nosipsi primitias spiritus habētes. et ipsi intra nos gemimus adoptionē filiorū dei: exspectātes redēptionē corporis nostri. Spe enī salui facti sumus. Spes aūt q̄ videtur nō est spes. Nā qd̄ videt quis q̄d sperat? Si aūt quod nō videmus speramus: per patientiam exspectamus. Similiter aūt et spiritus adiuuat infirmitatē nostrā. Nam q̄d oremus sicut oportet nescimus: sed ipse spiritus postulat ꝓ nobis gemitib⁹ inenarrabilib⁹. Qui autē scrutatur corda. scit q̄d desideret spiritus: quia secūdū deū postulat ꝓ sanctis. Scim⁹ aūt quomā diligētib⁹ deū. omnia cooperantur in bonū: his q̄ secūdū ꝓpositū vocati sūt sancti. Nam quos ꝑscitut et ꝑdestinauit conformes fieri imaginis filij sui: ut sit ipse primogenitus in multis fratrib⁹. Quos aūt ꝑdestinauit hos et vocauit: et quos vocauit hos et iustificauit. Quos autem iustificauit: illos et glorificauit. Quid ergo dicemus ad hec? Si deus pro nobis: quis contra nos? Qui etiā ꝓprio filio non pepercit: sed ꝓ nobis oīb⁹ tradidit illū. Quomō non etiam cum illo omnia nobis donauit? Quis accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat. Quis est qui condemnet? Xp̄us ihesus qui mortuus est immo qui et resurexit: qui est ad dexteram dei: qui etiaz interpellat pro nobis. Quis ergo nos separabit a caritate cristi? Tribulatio angustia an fames an nuditas an periculum: an ꝑsecutio an gladius? Sicut scriptū ē. Quia propter te mortificamur tota die: estimati sum⁹ sicut oues occisionis. Sed in hijs omnib⁹ superamus: ꝓpter eū q̄ dilexit nos. Certus sum enī: q̄ neq; mors neq; vita neq; angeli neq; principatus neq; virtutes neq; instātia neq; futura neq; fortitudo neq; altitudo neq; ꝓfundū neq; creatura alia poterit nos separare a caritate dei: q̄ est i cristo ihesu dño nostro.

IX

Veritatē dico in cristo ihesu. non mentior. testimoniū michi phibēte conscientia mea in spiritu sancto: quomā tristicia michi est magna: et cōtinuus dolor cordi meo. Optabaz enī ego ipse anathema esse a cristo ꝓ fratrib⁹ meis q̄ sūt cognati mei secundū carnem qui sūt israhelite: quorū adoptio est filiorū et gloria et testamentū et legislatio et obsequiū et ꝓmissa: quorū patres ex quib⁹ cristus secūdum carnē. qui est sup omnia deus benedictus in secula amen. Nō aūt q̄ exciderit verbum dei. Nō enī omnes qui israhel hij sunt israhelite: neq; qui semē sunt abrahe omnes filij. Sed in ysaac vocabit̄ tibi semen: id est nō qui filij carnis hij filij dei: sed q̄ filij sunt ꝓmissiōis. estimāt̄ in semine. Promissionis enī verbū hoc ē. Secundū hoc tēpus veniā: et erit sare filius. Nō solū aūt illa: sed et rebecca ex vno cōcubitu habēs ysaac patris nostri. Cū enī nondū nati fuissent aut aliq̄d boni egissent aut mali: ut secūdū electōnem ꝓpositum dei maneret. nō ex operib⁹ sed ex vocāte dictū ē ei: quia maior seruiet minori sicut scriptū ē. Jacob dilexi: esau aūt odio habui. Quid ergo dicemus? Nūquid iniq̄tas apud deū? Absit. Moysi enī dicit. Miserebor cui misertus sum: et misericordiā prestabo cui misereꝝ. Igitur nō volentis neq; currētis: sed miserētis est dei. Dicit enim scriptura pharaoni. Quia in hoc ipm excitaui te ut ostendā

in te virtutē meā: ⁊ ut annūciet nomē meū
in vniūsa terra. Ergo cui vult miseretur: ⁊
quē vult indurat. Dicis itaq; michi. Quid
adhuc queritē? Voluntati ei? quis resistit?
O homo: tu q̄s es · qui respondeas deo? Nū-
quid dicit fig mētū ei qui se finxit: q̄d me fe-
cisti sic? An nō habet potestatē figulus luti
ex eadē massa facere aliud quidē vas in ho-
norē: aliud vero ī cōtumeliā? Q̄ d si deus vo-
lens ostēdere irā · et notā facere potētiā suā
sustinuit in multa patientia vasa ire apta ī
interitū: ut ostenderet diuitias glorie sue in
vasa misericordie que ꝓparauit in gloriā?
Quos ⁊ vocauit nos: nō solū ex iudeis sed
etiā ex gētib: sicut in osee dicit. Vocabo nō
plebē meā · plebē meā: ⁊ nō dilectā dilectā:
et nō misericordiā cōsecutā misericordiā cōse-
cutā. Et erit: ī loco vbi dictū ē eis nō plebs
mea vos: ibi vocabūt filij dei viui. Ysaias
aūt clamat p israel: Si fuerit numerus filiorū
israel tanq̄ arena maris: reliquie salue fient.
Verbū enī cōsūmans ⁊ abbreuiās in equi-
tate: quia verbū breuiatū faciet dnus super
terram. Et sicut p̄dixit ysaias nisi dominus
sabaoth reliquisset nobis semē sicut sodoma
facti essemus: ⁊ sicut gomorra similes fuis-
semus. Quid ergo dicemus? Q̄ d gētes q̄
nō sectabant iusticiā apḡhenderunt iusticia-
m: iusticiā autē que ex fide est. Israhel ve-
ro sectādo legem iusticie: in legem iusticie
nō peruenit. Quare? Quia nō ex fide: ſ q̄ si ex
operib. Offenderūt enim in lapidē offensio-
nis: sicut scriptū est. Ecce pono in syon la-
pidē offensionis ⁊ petrā scādali: ⁊ omis qui
credit in eū nō cōfundetur. X

Fratres: volūtas quidē cordis mei et
obsecratio ad deū fit p illis in salutē. Testi-
monū enī phibeo illis q̄ emulationem q̄dē
dei habēt: sed nō secōm scientiā. Ignorātes
enī iusticiam dei · ⁊ suā querentes statuere:
iusticie dei nō sūt subiecti. Finis enim legis
cristus: ad iusticiā omni credenti. Moyses
enim scripsit: quoniā iusticiā que ex lege ē
qui fecerit homo: viuet in ea. Que aūt ex
fide est iusticia sic dicit. Ne dixeris in corde
tuo · quis ascēdet in celū · id ē cristū deduce-
re: aut quis descēdet ī abyssum · hoc ē cristū
a mortuis reuocare. Sed q̄d dicit scriptura?
Prope est verbum in ore tuo et in corde tuo.
Hoc ē verbū fidei quod p̄dicamus: quia si
cōfitearis ī ore tuo dnm ihesū: ⁊ in corde tuo
credideris · q̄ deus illū suscitauit a mortuis:
saluus eris. Corde enī creditur ad iusticiam:
ore autē cōfessio fit ad salutē. Dicit enī scrip-
tura. Omnis qui credit in illū nō confundet.
Nō enī est distinctō iudei ⁊ greci. Nā idem
dns omnū: diues in omnes qui inuocant il-
lū. Omnis enī quicūq; in uocauerit nomen
domini: saluus erit. Quomodo ergo inuoca-
būt in quē nō crediderūt? Aut quomō cre-
dēt ei: quē nō audierūt? Quomō autē audi-
ent: sine p̄dicante? Quomō vero p̄dicabūt:
nisi mittātur? sicut scriptū est. Quā speciosi
pedes euāgelizātiū pacē: euāgelizātiū bona.
Sed nō omnes obediūt euāgelio. Ysaias
enim dicit. Dne: quis credidit auditui nro?
ergo fides ex auditu: auditus aūt p verbū
cristi. Sed dico. Nūquid nō audierūt? Et
quidē in omnē terrā exiuit sonus eorū: et in
fines orbis terre verba eorū. Sed dico. Nun-
quid israhel nō cognouit? Primus moyses
dicit. Ego ad emulationem vos adducā in
nō gētem: in gētem insipiētem: in iram vos
mittā. Ysaias aūt audet et dicit. Inuētus sū
a nō querentib me: palā apparui hijs q̄ me
nō interrogabāt. Ad israhel aūt dicit. To-
ta die expādi manus meas ad populū nō
credētem: ſ cōtradicētē michi. XI

Dico ergo. Nūq̄d deus repulit poplm
suū? Absit. Nam et ego israhelita sum ex se-
mine abrahā de tribu benamin. Non repu-
lit deus plebē suā quā p̄sciuit. An nescitis in
helya quid dicit scriptura: quē ad modū in-
terpellat deū aduersū israhel? Dne ꝓphetas
tuos occiderūt: altaria tua suffoderūt · ⁊ ego
relictus sū solus: ⁊ querūt aiam meā. Sed
q̄d dicit illi diuinū rep̄sū? Reliqui michi se-
ptē milia virorū: q̄ nō curauerūt genua āte
baal. Sic ergo et in hoc tempore: reliquie
secūdum electionem gratie salue facte sunt.
Si aūt gratia: iam nō ex operib. Alioquī
gratia iam nō est gratia. Quid ergo? Q̄ d
quereba t israhel hoc nō est consecutus: ele-
ctio aūt cōsecuta est: ceteri vero excecati sūt
sicut scriptū est. Dedit illis deus spiritū com-
pūctionis: oculos ut nō videāt et aures ut

nō audiāt: usq; in hodiernū diē. Et dauid
dicit. Fiat mensa eorū coram ipsis in laqueū:
et in captionē ⁊ in scandalū ⁊ in retributionē
illis. Obscurētur oculi eorū ne videāt: ⁊ dorsū eorū semp incurua. Dico ergo. Nunquid
sic offendērūt ut cadērēt? Absit. Sed illorū
delicto salus gētib: ut illos emulēt. Nō si
delictū eorū diuitie sunt mūdi. ⁊ diminutio
eorū diuitie gentiū: quanto magis plenitudo eorū? Vobis enī dico gentib. Quādiu
quidē ego sū gentiū aplūs ministerū meū
honorificabo: si quo mō ad emulandū p̄uocē carnē meā: ⁊ saluos faciam aliquos ex
illis. Si enī amissio eorū reconciliatio ē mundi: q̄ assumptio nisi vita ex mortuis? Nō si
delibatō sancta est: ⁊ massa. Et si radix sancta: ⁊ rami. Nō si aliqui ex ramis fracti sūt:
tu aūt cū oleaster esses insertus es ī illis: ⁊
socius radicis et pinguedinis oliue factus
es: noli gloriari adūsus ramos. Nō si gloriaris: nō tu radicē portas: ſ̄ radix te. Dicis
ergo. Fracti sunt rami: ut ego inserar. Bene Propter incredulitatē fracti sūt. Tu autē fide stas. Noli altū sapere sed time. Si enim deus naturalib ramis nō pepcit: ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatē ⁊ seueritatē dei. In eos quidē q̄ ceciderūt seueritatē: ī te aūt bonitatē dei: si pmāseis ī bonitate.
Alioquin ⁊ tu exciderīs. Sed ⁊ illi si non pmāserint ī incredulitate inserent. Potens
est enī deus iterū inserere illos. Nam ⁊ si tu
ex naturali excisus es oleastro ⁊ contra naturā inserius es ī bonā oliuā: quāto magis
hij qui secundū naturā inserent sue oliue?
Nolo enī vos ignorare fratres misterū hoc
ut nō sitis vobisipis sapientes: q̄ cecitas
ex parte cōtingit ī israhel donec plenitudo
gentiū intraret: ⁊ sic omis israhel saluus fieret sicut scriptū est. Veniet ex sion: qui eripiat ⁊ auertat impietatē ab iacob. Et hoc
illis a me testamentū: cū abstulero peccata
eorū. Secūdū euangeliū quidē inimici propter vos: sēdm electionem aūt carissimi propter patres. Sine pentēcia enī sūt dona et
vocatio dei. Sicut enī aliquādo et vos nō
credidistis deo. nūc autē misericordiā cōsecuti estis p̄ter incredulitatem illorū: ita ⁊
isti nūc nō credideūt in vrā misericordiā:
ut et ipsi misericordiā cōsequāt. Conclusit
enī deus omia ī incredulitate: ut ommū misereat. O altitudo diuitiarū sapientie ⁊ scientie dei: quā incōprehēsibilia sunt iudicia ei?:
et inuestigabiles vie ei?. Quis enī cognouit sensū dñi: aut quis cōsiliarius eius fuit?
Aut q̄s prior dedit illi: ⁊ retribuet ei? Quoniā ex ipso et p ipsum et in ipso sunt omnia:
ipi gloria ī secula seclorū amē. XII

Obsecro itaq; vos fratres p misericordiaz dei: ut exhibeatis corpa vestra hostiam viuentē. sanctā. deo placentem: rationabile obsequiū vestrū. Et nolite cōformari
huic seculo: sed reformamini ī nouitate sensus vestri: ut p̄bētis q̄ sit voluntas dei bona.
et bene placēs. ⁊ pfecta. Dico enim p gratiā
que data est mihi. omib q̄ sūt inter vos:
nō plus sapere q̄ oportet sapere. sed sapere
ad sobrietatē: ⁊ vnicuiq; sicut deus diuisit
mensurā fidei. Sicut enī in vno corpe multa
mēbra habemus: omia aūt mēbra nō eūdem
actū habēt: ita multi vnū corpus sumus in
cristo: singuli aūt alter alterius mēbra: habētes donationes secundū gratiā que data ē
nobis differētes. Siue p̄phetiam: secundū
rationē fidei. Siue ministerū: in ministrando.
Siue qui docet: in doctrina. Qui exhortat:
ī exhortando. Qui tribuit: ī simplicitate. Qui
preest: ī sollicitudine. Qui miserēt: in hilaritate. Dilectio: sine simulatione. Odientes
malū: adhērētes bono. Caritatē fraternitatis
inuicē diligentes: honore inuicē p̄uenientes.
Sollicitudine nō pigri: spiritu feruētes: domino seruiētes. Spe gaudētes: ī tribulatione patientes: orationi instātes. Necessitatibus sanctorū cōmunicātes: hospitalitatē sectantes. Bēdicite p̄sequentib vos. Bēdicite: ⁊ nolite maledicere. Gaudere cū gaudentibus: flere cū flentib. Idipm inuicē sentiētes. Non alta sapientes: sed humilib cōsentiētes. Nolite esse prudētes apud vosmetipos. Nulli malū p malo reddētes: p̄uidentes bona nō tātum coram deo: sed etiā coram
omib hominib. Si fieri potest q̄ ex vobis
est: cū omib hominib pacē habētes. Non
vosmetipos defendentes carissimi: ſ̄ date locū ire. Scriptū est enim. Michi vindictaz:
et ego retribuā dicit dñs. Sed si esurierit

inimicus tuus ciba illũ: si sitit: potum da illi.
Hoc enim faciẽs: carbones ignis cõgeres
sup caput eius. Noli vinci a malo: sed vince in
bono malum. XIII
Omnis aĩa potestatibꝫ sublimioribus subdita sit.
Nõ est enim potestas nisi a deo. Que aũt sũt
a deo: ordinata sunt. Itaq; qui resistit potes-
tati: dei ordinationi resistit. Qui autem resi-
stunt: ipi sibi damnationẽ acquirũt. Nam
pncipes non sunt timori boni operis sed mali.
Vis aũt nõ timere potestatẽ? Bonũ fac: et
habebis laudẽ ex illa. Dei enim minister ẽ:
tibi in bonũ. Si aũt malũ feceris · time. Nõ
enim sine causa gladiũ portat. Dei enim min-
ster est: vindex in irã ei qui malũ agit. Ide-
oq; necitate subditi estote: non solũ ꝓter
iram: sed etiã ꝓter conscientiã. Ideo enim et
tributa prestatis. Ministri enim dei sũt: in hoc
ipsum seruientes. Reddite ergo omibꝫ de-
bita. Cui tributũ tributũ: cui vectigal vecti-
gal: cui timorem timorem · cui honorẽ hono-
rem. Nemini quicq; debeatis: nisi ut mutuũ
diligatis. Qui enim diligit pximũ: legẽ im-
pleuit. Nã nõ adulterabis · nõ occides · nõ
furaberis · nõ falsum testimoniũ dices · non
cõcupisces: et si qd est aliud mãdatũ in hoc
verbo instaurat: diliges pximũ tuũ sicut te-
ipsum. Dilectio pximi malũ nõ operat. Ple-
nitudo ergo legis est dilectio. Et hoc scientes
tẽpus: qꝗ hora est iam nos de somno surgẽ.
Nunc enim ꝓpior est nostra salus: qꝗ cũ cre-
didimus. Nox pcessit: dies aũt appropin-
quauit. Abiciamus ergo opa tenebrarũ et
induamur arma lucis: sic ut in die honeste
ãbulemus. Nõ in comessationibꝫ et ebrietati-
bus · nõ in cubilibꝫ et impudicitijs · nõ in ꝓtẽ-
tione et emlatione: sed indimini dñm ihesũ cristũ: et
carnis curã ne feceritis in desiderijs. XIIII
Infirmũ autem in fide assumite: non in dis-
ceptationibus cogitationum. Alius enim
credit mãducare se omia. Qui aũt infirm?
est: olus mãducet. Is q mãducat · nõ man-
ducãtem nõ spernat: et q nõ mãducat: man-
ducantẽ non iudicet. Deus enim illũ assum-
psit. Tu quis es qui iudicas alienũ seruũ?
Domino suo stat aut cadit. Stabit autem.
Potens est enim deus statuere illũ. Nã alius
iudicat diem inter diem: alius aũt iudicat
omnẽ diem. Vnusquisq; in suo sensu abũdet.
Qui sapit diem · dño sapit: et qui mãducat ·
domino mãducat. Gratias enim agit deo. Et
qui nõ mãducat · dño nõ mãducat: et grãas
agit deo. Nemo enim nrm sibi viuit: et nemo
sibi moritur. Siue enim viuimus · domino viui-
mus: siue morimur · dño morimur. Siue ergo
viuimus siue morimur: dñi sumus. In hoc enim
xpus mortuus est et resurrexit: ut et viuorũ
et mortuorũ dñetur. Tu aũt qd iudicas fra-
trem tuũ: aut tu quare sperns fratrẽ tuum?
Omnes enim stabimus ãte tribunal dei. Scri-
ptũ est enim: Viuo ego dicit dñs: qm mihi
flectetur omne genu: et omis lingua cõfite-
bitur deo. Itaq; vnusquisq; nostrum ꝓ se ratio-
nem reddet deo. Non ergo ãplius inuicẽ
iudicemus. Sed hoc iudicate magis: ne
ponatis offendiculum fratri vel scandalum.
Scio et confido in domino ihesu: qꝗ nihil cõ-
mune ꝑ ipm · nisi ei qui existimat qd omune
esse: illi cõmune est. Si enim ꝓter cibũ frat
tuus cõtristat: iam nõ secũdũ caritatẽ ãbu-
las. Noli cibo tuo illũ pdẽ: ꝑ quo xps mortu-
us est. Nõ ergo blasphemetur bonũ nostrũ.
Nõ est enim regnũ dei esca et potus: sed iusti-
cia et pax et gaudiũ in spiritu sancto. Qui enim
in hoc seruit xpo placet deo: et pbatus ẽ ho-
minibꝫ. Itaq; que pacis sunt sectemur: et que
edificationis sũt in inuicẽ custodiamus. No-
li ꝓter escam destruere opus dei. Omnia q-
dem sũt munda: sed malũ ẽ homini qui ꝑ offen-
diculũ mãducat. Bonũ est nõ manducare
carnem et nõ bibere vinũ: neq; in quo frater
tuus offendit aut scãdalizat aut infirmat.
Tu fidem habes penes temetipm: habe co-
rã deo. Beatus qui nõ iudicat semetipm in
eo q pbat. Qui aũt discernit: si mãducaue-
rit dãnatus est: qꝗ nõ ex fide. Omne aũt qd
non ẽ ex fide · peccatũ est. XV
Debemus aũt nos firmiores imbecillita-
tes infirmorũ sustinere: et nõ nob placere. Vnus-
quisq; vestrũ pximo suo placeat in bonum:
ad edificationem. Etenim xpus nõ sibi placuit:
sed sicut scriptũ est: improperia improperã-
tiũ tibi ceciderunt sup me. Quecũq; enim scri-
pta sũt ad nostrã doctrinã scripta sũt: ut per
patientiam et cõsolationem scripturarũ spem
habeamus. Deus autẽ patiẽtie et solatij det

vobis idipm sapere in alterutrũ secũdum
ihesũ xpm: ut vnanimes vno ore honorificetis
deũ et prem dñi nostri ihesu xpi. Propter
quod suscipite inuicẽ: sicut et xpus suscepit
vos in honorẽ dei. Dico enim xpm ihesũ mi-
nistrũ fuisse circũcisionis ꝓpter veritatẽ dei
ad cõfirmãdas pmissiones patrũ: gentes
aũt sup misericordia honorare deũ: sicut scri-
ptũ est. Propterea cõfitebor tibi in gẽtib
domine: et nomini tuo cãtabo. Et iterũ dicit.
Letamini gẽtes cũ plebe eius. Et iterũ. Lau-
date omnes gẽtes dñm: et magnificate eũ
omnes ꝓpli. Et rursus ysaias ait. Erit radix
iesse: et qui exsurget regere gẽtes. in eũ gẽtes
sperabũt. Deus aũt spei repleat vos omni
gaudio et pace in credẽdo: ut abũdetis in
spe et virtute spiritus sancti. Certus sum aũt
fratres mei et ego ipe de vobis: quoniã et ipi
plem estis dilectõne. repleti omni scientia:
ita ut possitis alterutrũ monere. Audacius
aũt scripsi vobis fratres ex parte. tanq̃ in
memoriã vos reducens: ꝓpter gratiã que
data est michi a deo ut sim minister xpi ihe-
su in gẽtib sanctificans euãgeliũ dei: ut fiat
oblatio gẽtiũ acceptabilis et sanctificata in spiritu
sancto. Habeo igitur gloriam in xpo ihesu
ad deũ. Nõ enim audeo aliquid loqui eorũ
que p me nõ efficit xpus in obedientiã gen-
tiũ: verbo et factis in virtute signorũ et pdi-
giorũ in virtute spiritus sancti: ita ut ab ihe-
rusalẽ p circuitũ usq̃ ad illiricũ repleuerim
euãgeliũ xpi. Sic aũt pdicaui euãgelium
hoc. nõ vbi nominatus est xpus ne sup ali-
enũ fundamẽtũ edificarẽ: sed sicut scriptũ ẽ
quib nõ est annũciatũ de eo videbũt: et q̃
nõ audierũt de eo intelligent. Propter qd
et impediebar plurimũ veniẽ ad vos. Nũc
vero vlterius locũ nõ habẽs in hijs regiõi-
bus: cupiditatẽ aũt habẽs veniẽdi ad vos
ex multis iam pcedẽtib ãnis: cũ in hyspa-
nias pficisci cepero. spero q̃ pteriens videã
vos. et a vobis deducar illuc. si vobis pri-
mũ ex parte fruitus fuero. Nũc igitur pfici-
scar in ihrlm ministrare sanctis. Probauerũt enim
macedonia et achaia collaõnẽ aliq̃
facere in pauperes sanctorũ q̃ sũt in ihrlm.
Placuit enim eis: et debitores sũt eorũ. Nã si
spiritualiũ eorũ participes facti sũt gẽtes:
debent et in carnalib ministrare eis. Hoc igit
cũ cõsũmauero et assignauero eis fructũ hũc:
per vos pficiscar in hyspaniã. Scio autem:
qm veniẽs ad vos in abũdãtia benedictõis
xpi veniam. Obsecro ergo vos fratres per
dominũ nostrũ ihesũ xpm et p caritatẽ sancti
spiritus ut adiuuetis me in oracõib ad de-
um. ut liberer ab infidelib qui sũt in iudea:
et obsequij mei oblatio accepta fiat in ihe-
rusalem sanctis: ut veniã ad vos in gaudio
p volũtatẽ dei ut refrigerer vobiscũ. Deus
aũt pacis sit cũ oib vobis amẽ. XVI.

Commẽdo aũt vobis pheben sororem
nrãm que est in ministerio ecclesie q̃
est cenchris ut eã suscipiatis in dño digne
sanctis: et asistatis ei in quocũq̃ negocio
vestri indiguerit. Etenim ipsa q̃q̃ astitit mul-
tis: et michi ipi. Salutate priscam et aquilã
adiutores meos in xpo ihesu: qui p anima
mea suas ceruices suppoſuerunt: quib non
solus ego gratias ago sed et cũcte ecclesie gẽ-
tiũ: et domesticã ecclesiam eorũ. Salutate e-
phenetũ dilectũ michi: qui est primitiuũ asie
in xpo ihu. Salutate mariã q̃ multũ laborauit
in vobis. Salutate andronicũ et iuliam
applis: q̃ et ante me fuerũt in xpo. Saluta-
te ampliatũ dilectissimũ michi in dño. Sa-
lutate cognatos et captiuos meos q̃ sũt nobiles in
apostolis qui et ante me fuerũt in xpo. Salutate
vrbanũ adiutorẽ nostrũ in xpo ihesu:
et stachin dilectũ meũ. Salutate apellen
probũ in xpo. Salutate eos qui sunt ex ari-
stobuli domo. Salutate herodiõem cogna-
tũ meũ. Salutate eos qui sũt ex narcisi do-
mo: qui sunt in dño. Salutate triphenam et
triphosam: que laborãt in dño. Salutate p-
sidã carissimã: q̃ multũ laborauit in domino.
Salutate rufum electũ in dño: et matrẽ eius
et meã. Salutate asinkretũ flegõtã hermen
patrobam herman: et qui cũ eis sũt fratres.
Salutate philologũ et iuliam nereũ et soro-
rem eius et olimpiadem: et omnes qui cũ eis
sũt sanctos. Salutate invicẽ in osculo san-
cto. Salutãt vos omnes ecclesie xpi. Rogo
aũt vos fratres ut obseruetis eos q̃ dissen-
siones et offendicla pter doctrinã quã vos
didicistis faciunt: et declinate ab illis. Hu-
iuscemodi enim xpo dño nro nõ seruiunt sed
suo vẽtri: et p dulces sermones et bẽdictõnes

seducūt corda inno cēnū. Vestra enī obedi-
entia in omni loco diuulgata est. Gaudeo
igit' in vobis: ſz volo vos ſapientes eſſe in
bono: et ſimplices in malo. Deus aūt pacis
cōterat ſathanan ſub pedib' veſtris velocit'.
Gratia dñi noſtri ihu xpi vobiſcū. Salutat
vos timotheus aduto: meus: et lucius et
iaſon et ſoſipater cognati mei. Saluto vos
ego tertius: qui ſcripſi epiſtolā in domio.
Salutat vos gaius hoſpes meus: et vniuſe
eccleſie. Salutat vos eraſtus archarius ci-
uitatis: et quartus frater. Gratia domī no-
ſtri ihesu xpi cū omnib' vobis amen. Et aūt
qui potens ē nos cōfirmare iuxta euāgeliū
meū et p̄dicacōē ihesu xpi: ſecōm reuelacōē
miſterij tēporibꝫ eternis tacti qd' nūc pate-
factū ē p ſcripturas ꝓphetarꝫ ſecōm p̄ceptū
eterni dei ad obedientiā fidei in cūctis gēti-
bus cognitū ſoli ſapiēti deo p ihesū xpm: cui
honor et gloria in ſecula ſeculorum amen.

Expliciat epiſtola ad Romanos. Incipit
prologus in epiſtolam ad Corinthios.

Orinthij ſunt achaici: et hij ſi-
militer ab aplo audierūt ver-
bum veritatis: et ſubuerſi ſūt
multiphariē a falſis apoſto-
lis. Quidam a philoſophie
verboſa eloquentia: alij ſecta legis iudaice
inducti ſūt. Nos reuocat apoſtolus ad ve-
ram fidem et euāgelicā ſapientiā: ſcribēs eis
ab epheſo p timotheū. Expliciat prolo-
gus Incipit epiſtola ad corinthios prima.

Paulus vocatus apls
ihu xpi p voluntatē dei
et ſuſtenes frater eccle-
ſie dei q̄ ē corinthi: ſan-
ctificatis in xpo ihesu
vocatis ſanctis: cum
omib' qui inuocāt no-
men domini noſtri ihesu criſti in omni loco
ipſorum et noſtro. Gratia vobis et pax a
deo patre noſtro: et domino ihesu xpo. Gra-
tias ago deo meo ſemper pro vobis in gra-
tia dei que data eſt vobis in criſto ihesu: qꝫ
in omnibus diuites facti eſtis in illo in om-
ni verbo et in omni ſcientia: ſicut teſtimo-
nium criſti confirmatum ē in vobis ut nihil
vobis deſit in illa gratia: exſpectantibus
reuelacōnē domī noſtri ihesu xpi: qui et cōfir-
mabit vos uſqꝫ in finem ſine crimine: in die
aduētus dñi noſtri ihesu xpi. Fidelis deus:
p quē vocati eſtis in ſocietatē filij eius ihesu
xpi domini noſtri. Obſecro aūt vos fratres
p nomē dñi noſtri ihesu xpi: ut idipm dica-
tis omnes: et nō ſint in vobis ſciſmata. Si-
tis aūt pfecti in eodē ſenſu: et in eadem ſciē-
tia. Significatū eſt enī mihi de vobis fra-
tres mei ab hijs qui ſunt does: quia cōten-
cōnes ſunt inter vos. Hoc autem dico: qd'
vnuſquiſqꝫ veſtrū dicit. Ego quidē ſū pau-
li: ego aūt apollo. ego vero cephe: ego au-
tem xpi. Diuiſus eſt xps? Nūquid paulus
crucifixus eſt p vobis: aut in nomine pauli
baptizati eſtis? Gratias ago deo meo q̄ ne-
minē veſtrū baptizaui. niſi criſpum et gaiū:
ne quis dicat q̄ in noīe meo baptizati eſtis.
Baptizaui aūt et ſtephane domū: cetera nes-
cio ſi quē aliū veſtrū baptizauerim. Nō enī
miſit me xps baptizare ſed euāgeliſare: nō
in ſapiēntia verbi: ut non euacuet' crux criſti.
Verbū enī crucis peūtib' quidē ſtultitia ē:
hijs aūt qui ſaluī fūt id eſt nobis dei virtus
eſt. Scriptū eſt enī. Perdā ſapiēntiam ſapi-
entiū: et prudentiā prudentium reprobabo.
Vbi ſapiēs vbi ſcriba: vbi inquiſitor huius
ſeculi? Nōne ſtultā fecit deus ſapiēntiā hui?
mūdi? Nam quia in dei ſapientia nō cogno-
uit mūdus p ſapientiā deū: placuit deo per
ſtultitiā p̄dicationis ſaluos facere credē-
tes. Quoniā et iudei ſigna petūt: et greci ſa-
pientiā querūt. Nos aūt p̄dicamus criſtū
crucifixū: iudeis quidē ſcandalū. gēti-
b' aūt ſtultitiam: ipis aūt vocatis iudeis atqꝫ gre-
cis. criſtū dei virtutē et dei ſapientiā. Quia
qd' ſtultū eſt dei. ſapientius eſt hominib': et
qd' infirmū eſt dei: fortius eſt hominib'. Vide-
te enī vocacōnem veſtrā fratres: q̄ nō mul-
ti ſapientes ſecūdū carnem nō multi poten-
tes nō multi nobiles: ſed q̄ ſtulta mūdi
elegit deus ut confundat ſapientes: et infir-
ma mūdi elegit deus ut confundat fortia: et
ignobilia mūdi et cōtemptibilia elegit deus
et ea que nō ſunt. ut ea que ſunt deſtrueret:
vt nō gloriet' omnis caro in conſpectu eius.
Ex ipo aūt vos eſtis in xpo ihesu: q̄ factus
eſt nobis ſapiēntia et iuſtitia et ſanctificatio et

redemptō: ut quemadmodū scriptum est:
qui gloriatur in domino gloriet. II

Et ego cum venissem ad vos fratres:
veni non in sublimitate sermonis aut
sapientie: annūcians vobis testimoniū xpi.
Nō enī iudicaui me scire aliquid inter vos
nisi ihesū xpm: et hūc crucifixū. Et ego in in-
firmitate et timore et tremore multo fui apud
vos: et sermo meus et prdicatō mea nō in p-
suasibilibus humane sapientie verbis: sed in
ostensione spiritus et virtutis: ut fides vra
nō sit in sapientia hominū sed in virtute dei.
Sapientiā autē loq̄mur inter pfectos. Sa-
pientiam vero nō huius seculi neq; principū
huius seculi qui destruūtur: sed loq̄mur dei sa-
pientiam in misterio que abscondita ē: quam
prdestinauit deus ante secula in gloriā nrā;
quā nemo principū huius seculi cognouit.
Si enī cognouissent: nūq̄ dnm glorie cru-
cifixissent. Sicut scriptū ē: qd̄ oculus nō vi-
dit nec auris audiuit nec in cor hominis as-
cendit: q̄ ꝓparauit deus his q̄ diligūt illum.
Nobis autē reuelauit deus per spiritum suū.
Spiritus enim omnia scrutatur: etiā profunda
dei. Quis enim scit hominū que sunt hominis:
nisi spiritus hominis qui in ipso est? Ita et que
dei sūt nemo cognouit nisi spiritus dei. Nos
autē nō spiritū huius mūdi accepimus sed
spiritū qui ex deo est: ut sciamus q̄ a deo do-
nata sūt nobis: que et loq̄mur nō in doctis
humane sapientie verbis. sed in doctrina
spiritus: spiritualibus spiritualia cōparantes.
Animalis autē homo nō percipit ea que sunt
spiritus dei. Stultitia enim est illi: et nō po-
test intelligere: quia spiritualiter examinatur.
Spiritualis autē iudicat omnia: et ipse a ne-
mine iudicatur: sicut scriptū ē. Quis enim co-
gnouit sensū dni: aut qs instruxit eū? Nos
autem sensum cristi habemus. III

Et ego fratres non potui vobis loqui
quasi spiritualibus: sed quasi carnalibus.
Tanq̄ paruulis in xpo lac vobis potui de-
di nō escam. Nondū enī poteratis: sed nec nūc
quidē potestis. Adhuc enim carnales estis.
Cū enim fuerit inter vos zelus et contentio:
nōne carnales estis et secūdū hominē ābulatis?
Cū enim qs dicat ego quidē sū pauli
alius autē ego apollo: nōne homines estis?
Quid igitur est apollo? Quid vero paulus?
Ministri eius cui credidistis. Et vnicuq;
sicut dns dedit. Ego plantaui apollo riga-
uit: sed deus incremētū dedit. Itaq; neq;
q̄ plātat est aliqd neq; qui rigat: sed q̄ incre-
mētū dat deus. Qui plātat autē et qui rigat
vnū sūt. Vnusquisq; autē ꝓpriā mercedē acci-
piet secundū suū laborē. Dei enim sumus ad-
iutores. Dei agricultura estis: dei edificatio
estis. Secōm gratiam dei q̄ data ē michi ut
sapiēs architectus fundamētū posui: alius
autē supedificat. Vnusquisq; autē videat quo-
mō supedificet. Fundamētū enim aliud ne-
mo potest ponere ꝑter id qd̄ positū est: qd̄ ē
xpus ihesus. Si quis autē supedificat supra
fundamentū hoc aurū argētū lapides prcio-
sos ligna fenū stipulam: vniuscuiusq; opus
manifestū erit. Dies enim dni declarabit: q̄a
in igne reuelabitur et vniuscuiusq; opus q̄le
sit ignis ꝓbabit. Si cuius opus manserit
qd̄ supedificauit: mercedē accipiet. Si cui?
opus arserit detrimētū patiet: ipse autē salu?
erit: sic tamē q̄si p ignem. Nescitis q̄ tēplū
dei estis: et spiritus dei habitat in vobis? Si
quis autē templū dei violauerit: dispdet illū
deus. Templū enim dei sanctū est: qd̄ estis
vos. Nemo se seducat. Si quis videtur in-
ter vos sapiēs esse in hoc seculo: stult? fiat
ut sit sapiēs. Sapientia enim huius mūdi
stultitia est apud deum. Scriptum ē enim.
Conpreendā sapientes in astucia eorum. Et
iterū. Deus nouit cogitationes sapientium:
quoniā vane sūt. Nemo itaq; gloriet in ho-
minibus. Omnia vestra sūt: siue paulus siue
apollo siue cephas siue mūdus siue vita si-
ue mors siue prsentia siue futura. Omnia enim
vestra sūt: vos autē cristi: xpus autem dei.

Sic nos existimet homo ut IIII
ministros cristi: et dispensatores mi-
steriorum dei. Hic iam quirit inter dispensa-
tores: ut fidelis quis inueniatur. Michi au-
tem pro minimo est ut a vobis iudicet: aut
ab humano die. Sed neq; meipm iudico.
Nichil enī michi cōscius sum: sed nō in hoc
iustificatus sum. Qui autē iudicat me: dns ē.
Itaq; nolite ante tempus iudicare: quoad
usq; veniat dns q̄ et illuminabit abscondita
tenebrarum et manifestabit ꝓsilia cordiū: et tūc

laus erit vnicuiq; a deo. Hec autē fratres
trāsfigurauī meq; apollo ꝓpter vos: ut in
vobis discatis ne supra quā scriptū est vn?
adūsus alterū inflatur ꝓ alio. Quis enim te
discernit? Quid aūt habes qd non accepi-
sti? Si aūt accepisti: qd gloriaris quasi nō
acceperis? Jam saturati estis: iā diuites fa-
cti estis. Sine nobis regnatis. Et vtinam
regnetis: ut q̃ nos vobiscū regnemus. Pu-
to enī q̃ deus nos apl'os nouissimos ostē-
dit tāq̃ morti destinatos: quia spectaculū fa-
cti sumus mūdo et ãgelis et hominib̄. Nos
stulti ꝓpter xpm: vos autē prudētes in xpo.
Nos infirmi: vos aūt fortes. Vos nobiles:
nos aūt ignobiles. Vsq; in hāc horam q̃ e-
surimus q̃ sitim? q̃ nudi sumus: q̃ colaphis
cedimur q̃ instabiles sumus: q̃ laboramus
operãtes manib̄ nris. Maledicimur: q̃ bēdici-
mus. Persecutionē patimur: q̃ sustinemus.
Blasphemamur: q̃ obsecram? Tanq̃ purga-
mēta huius mūdi: facti sumus omīm peripsi-
ma usq; adhuc. Non ut cōfundā vos hec
scribo: sed ut filios meos carissimos moneo.
Nam si decē milia pedagogorū habeatis i
xpo: sed nō multos patres. Nam in xpo ihe-
su p euãgeliū ego vos genui. Rogo ergo
vos: imitatores mei estote. Ideo misi ad
vos thimotheū qui ē filius meus carissim?
et fidelis in dño: qui vos cōmonefaciat vi-
as meas q̃ sūt in xpo ihesu: sicut vbiq; in o-
mni ecclesia doceo. Tāq̃ nō venturus sim ad
vos: sicut inflati sūt quidā. Veniam aūt ad
vos cito si dñs voluerit: q̃ cognoscam nō
sermonē eorū qui inflati sūt: sed virtutē. Non
enī in sermone ē regnū dei: sed in virtute. Quid
vultis? In virga veniam ad vos. an in cari-
tate et spiritu mansuetudinis. V

Omnino auditur inter vos fornicatio: q̃
talis fornicatio qualis nec inter gen-
tes: ita ut vxorem patris sui aliquis habeat.
Et vos inflati estis: et nō magis luctū ha-
buistis: ut tollatur de medio vestrū qui hoc
opus fecit. Ego quidē absens corpore: pnsꝰ
aūt spiritu: iā iudicaui ut psens eū qui sic o-
peratus ē in nomīe dñi nostri ihesu xpi con-
gregatis vobis q̃ meo spiritu cū virtute do-
mini ihesu tradere huiusmodi hominem sa-
thane in interitū carnis: ut spūs saluus fit in
die domini nostri ihesu xpi. Non ē bona glo-
riatio vra. Nescitis q̃ modicū fermētū totā
massam corrūpit? Expurgate vetus fermē-
tū: ut sitis noua conspersio sicut estis azimi.
Etenī pascha nrm immolatus ē xpus. Ita-
q; epulemur: nō in fermento veteri neq; in fer
mēto malicie q̃ nequicie: sed in azimisince-
ritatis q̃ veritatis. Scripsi vobis in epla: ne
cōmisceamī fornicarijs. Nō vtiq; fornicarijs
huius mūdi aut auaris aut rapacibus aut
ydolis seruiēnb̄: alioquī debueratis de hoc
mūdo exisse. Nūc aūt scripsi vobis nō cōmi-
sceri. Si is qui frater noiatur inter vos q̃ ē
fornicator aut auar? aut ydolis seruiēs aut
maledicus aut ebriosus aut rapax: cū hu-
iusmodi nec cibū sumē. Quid enim michi de
hijs q̃ foris sūt iudicare? Nōne de hijs qui
intus sūt vos iudicatis? Nam eos qui foris
sūt deꝰ iudicabit. Auferte malū ex vobisipis.

Audet aliquis vestrū habēs VI
negociū adūsus alterū iudicari apd
iniqs: et nō apud sanctos. An nescitis q̃m
sancti de hoc mūdo iudicabūt? Et si in vobis
iudicabit mūdus: indigni estis q̃ de minimis
iudicetis? Nescitis quomā angelos iudica-
bimus? Quātomagis secl'aria? Secularia
igit iudicia si habueritis: cōtemptibiles q̃
sūt in ecclesia illos cōstituite ad iudicādum.
Ad verecūdiā vram dico. Sic nō est inter
vos sapiens quisq̃ q̃ possit iudicare inter
fratrē suū: sed frater cū fratre iudicō cōtēdit:
et hoc apud infideles. Jam quidē omīno de-
lictū ē in vobis: q̃ iudicia habetis inter vos.
Quare nō magis iniuriā accipitis? Quare
nō magis fraudē patimī? Sed vos iniuriaz
facitis q̃ fraudatis: q̃ hoc fratrib̄. An nescitis
quia iniqui regnū dei nō possidebūt? Nolite
errare: neq; fornicarij neq; ydolis seruiētes.
neq; adulteri neq; molles: neq; masclorum
concubitores neq; fures neq; auari neq; e-
brioſi neq; maledici neq; rapaces regnum
dei possidebūt. Et hec quidē fuistis: sed ablu-
ti estis. sed sanctificati estis. sed iustificati estis:
in nomīe domini nostri ihesu xpi et in spiritu
dei nostri. Omnia michi licēt: sed nō omnia
expediūt. Omnia michi licent: sed ego sub
nullius redigar potestate. Esca vētri et ven-
ter escis: deus autem et hūc et hāc destruet.

Corpus aūt nō fornicacōni sed dño: et dñs
corpori. Deus vero ⁊ dñm suscitauit: et nos
suscitabit p virtutē suā. Nescitis quomā cor-
pora vestra mēbra sūt xpi? Tollēs ergo mē-
bra xpi: faciā mēbra meretricis? Absit. An
nescitis: quomā qui adhæret meretrici vnū
corpus efficitur? Erunt enim inquit duo in
carne vna. Qui aūt adhæret domino: vnus
spiritus est. Fugite fornicationez. Omne enī
peccatū qōcunqz fecerit homo extra corpus
est: qui aūt fornicat' in corpus suum peccat.
An nescitis quomā mēbra vestra templum
est spiritus sancti qui in vobis ē quē habe-
tis a deo: et nō estis vestri? Empti enī estis p-
cio magno: glorificate et portate deū in cor-
pore vestro.

De quibus autē VII
scripsistis michi: bonū ē homī mlierē
nō tangere. Propter fornicationem autem
vnusquisqz suam vxorem habeat: et vnaq-
qz suū virū habeat. Vxori vir debitū reddat:
similiter aūt et vxor viro. Mulier sui corpo-
ris potestatē nō habet sed vir: similiter aūt
et vir sui corporis potestatem nō habet sed
mulier. Nolite fraudare inuicem nisi forte
ex cōsensu ad tempus ut vacetis oratiōi:
et iterū reuertimini in idipm: ne tempter vos
sathanas propter incōtinentiā vrāz. Hoc
autē dico secūdū indulgentiā: nō secūduz
imperiū. Volo aūt omnes vos homines ēe
sicut meipm. Sed vnusquisqz ꝓpriū donū
habet ex deo: alius quidem sic: alius vero sic.
Dico aūt nō nuptis et viduis: bonū est illis
si sic pmānerint sicut et ego. Qd si nō se cōti-
nent · nubant. Melius est enim nubere q̄
vri. Hijs aūt q̄ matrimonio iūcti sūt preci-
pio nō ego ſ dominus: vxorem a viro nō
discedere. Qd si discesserit · manere innup-
tam: aut viro suo reconciliari. Et vir vxorē
nō dimittat. Nā ceteris ego dico non dñs.
Si q's frater vxorem habet infidelē · et hæc
cōsentit habitare cū illo: nō dimittat illam.
Et si qua mulier habet virū infidelez et hic
cōsentit habitare cū illa: non dimittat virū.
Sanctificatus ē enim vir infidelis p mulie-
rem fidelem: et sanctificata est mulier infi-
delis p virū fidelem. Alioquī filij vestri im-
mūdi essent: nūc autem sancti sunt. Qd si in-
fidelis discedit · discedat. Nō enim seruituti
subiectus ē frater aut soror in eiusmodi. In
pace aūt vocauit vos deus. Vnde enim scis
mulier si virum saluū facies? Aut vnde scis
vir si mulierē saluam facies? Nisi vnicuiq
sicut diuisit dominus. Vnūquēqz sicut voca-
uit deus ita ambulet: et sicut in omnib ecclē-
sijs doceo. Circūcisus aliquis vocatus est:
nō adducat ꝓpuciū. In ꝓpucio aliquis voca-
tus est: nō circūcidatur. Circūcisio nichil est.
et ꝓpuciū nichil est: sed obseruatio mādato-
rū dei. Vnusquisqz in qua vocacōe vocatus
est: in ea pmaneat. Seruus vocatus es: nō
sit tibi cure. Sed ⁊ si potes fieri liber: magis
vtere. Qui enim in domino vocatus est ser-
uus: libertus est domini. Similiter q̄ liber
vocatus ē: seruus ē xpi. Precio empti estis:
nolite fieri serui hominū. Vnusquisqz ergo
in quo vocatus est frater: in hoc pmaneat
apud deū. De virginib aūt p̄ceptū domini
nō habeo: cōsiliū aūt do tanq̄ miserico-dia
cōsecutus a deo: ut sim fidelis. Existimo enī
hoc bonū esse ꝓpter instantē necessitatem:
quomā bonū est homini sic esse. Alligatus
es vxori: noli querere solutionē. Solutus
es ab vxore: noli querere vxorem. Si aūt
acceperis vxorem nō peccasti: et si nupserit
virgo nō peccauit. Tribulationē tamen car-
nis habebūt huiusmodi. Ego autem vobis
parco. Hoc itaqz dico fratres. Tēpus bre-
ue ē. Reliquū est: ut et qui habēt vxores · tā-
q̄ nō habētes sint: et qui flent · tanq̄ nō flen-
tes: et qui gaudent · tāq̄ nō gaudētes: et q̄
emūt · tanq̄ nō possidentes: et qui vtuntur
hoc mūdo · tāq̄ nō vtant'. Preterit enī figu-
ra huius mūdi. Volo aūt vos sine sollicitu-
dine esse. Qui sine vxore est · sollicitus est q̄
domini sūt: quomō placeat deo. Qui aūt cū
vxore est · sollicitus est que sūt mūdi · quo-
mō placeat vxori: et diuisus est. Et mulier
innupta ⁊ virgo cogitat que domini sūt: ut
sit sancta corpore ⁊ spiritu. Que aūt nupta
est cogitat que sūt mūdi: quomō placeat
viro. Porro hoc ad vtilitatem vestrā dico.
nō ut laqueū vobis iniciam: ſ ad id qd̄ ho-
nestū est · et qd̄ facultatē p̄beat: sine impedi-
mēto dominū obsecrandi. Si q's autem tur-
pē se videri existimat sup virgine sua q̄ sit
supadulta et ita oportet fieri: qd̄ vult faciat.

Non peccat si nubat. Nã qui statuit ĩ corde suo firmus nõ habẽs necessitatẽ potestatẽ autẽ habẽs sue volũtatis: ⁊ hoc iudicauit ĩ corde suo seruare virginẽ suã: bene facit. Igit et qui matrimonio iũgit virginem suã bene facit: ⁊ qui nõ iũgit melius facit. Mulier alligata est legi: quanto tempore vir eius viuit. Quod si dormierit vir eius: liberata est. Cui aũt vult nubat: tantũ ĩ domino. Beatior aũt erit: si sic pmanserit secõm meũ ꝯsiliũ. Puto aũt: q̃ et ego spiritũ dei habeã.

VIII De hijs aũt q̃ ydolis immolãt scimus: q̃ omes scietiã habemus. Scietia inflat: caritas vero edificat. Si q̃s aũt se existimat scire aliquid: nõdũ ꝯgnouit quẽadmodũ oportet eũ scire. Si quis aũt diligit deũ: hic cognitus est ab eo. De escis autem que ydolis immolant scimus q̃ nichil est ydolũ ĩ mũdo: ⁊ q̃ nullus deus nisi vnus. Nã ⁊ si sũt qui dicant dij siue in celo siue in terra: siquidẽ sũt dij multi ⁊ domini multi: nobis tamẽ vnus deus pater ex quo omnia ⁊ nos in illo: ⁊ vnus dõs ihesus xp̃s p quẽ omnia: ⁊ nos p ipsũ. Sed nõ in omib̃ est scietia. Quidam autẽ cũ scientia vsq̃ nũc ydoli quasi ydolotitũ manducãt: et ꝯscientia ip̃orũ cũ sit infirma polluit. Esca aũt nos nõ ꝯmendat deo. Neq̃ enim si mãducauerimus abũdabimus: neq̃ si nõ mãducauerimus deficiemus. Videte autẽ: ne forte hec licetia nostra offendiculũ fiat infirmis. Si enim quis viderit eum qui habet scientiã in ydoleo recumbentẽ: nõne ꝯscia eius cũ sit infirma edificabit ad manducandũ ydolotita? Et peribit infirmus in tua cõscietia frater: ꝓpter quẽ xp̃us mortuus est. Sic aũt peccantes in fratres ⁊ percutientes cõscias eorũ infirmãt: in xp̃m peccatis. Quapropter si esca scãdalizat frẽm meũ nõ mãducabo carnẽ in eternũ: ne frẽz meũ scandalizem.

IX Non sũ liber? Nõ sũ apostolus? Nonne xp̃m ihesũ dominũ nr̃m vidi? Nõne opus meũ vos estis in dõo? Et si alijs nõ sum apostolus: ꝫ tamẽ vobis sũ. Nã signaculũ apostolatus mei vos estis ĩ dõo. Mea defensio apud eos q̃ me interrogant hec est. Nũquid nõ habemus potestatem manducãdi ⁊ bibẽdi? Nũquid nõ habem? potestatẽ mulierẽ sororẽ circũducẽdi: sicut et cetri apostoli ⁊ fratres domini ⁊ cephas? Aut ego solus aut barnabas nõ habemus potestatẽ hoc operandi? Quis militat suis stipẽdijs vnq̃? Quis plantauit vineã: et de fructu eius nõ edit? Quis pascit gregem: et de lacte gregis nõ manducat? Nunquid secõm hoiem hec dico? An ⁊ lex hec nõ dicit? Scriptũ ẽ enim ĩ lege moysi. Nõ alligabis os boui trituranti. Nũquid de bũbꝫ cura est deo? An ꝓpter nos vtiq̃ dicit? Nam ꝓpter nos scripta sũt: qm̃ debet in spe q̃ arat arare: et q̃ triturat in spe fructus percipiendi. Si nos vobis spũalia seminauimus: magnũ est si nos carnalia vra metamus? Si alij potestatis vre participes sũt quare nõ potius nos? Sed non vsi sumus hac ptãte. Sed omia sustinem: ne qd̃ offendiculũ demus euãgelio xp̃i. Nescitis quomã qui in sacrario operãt q̃ de sacrario sũt edũt? Et qui altario deseruiũt cum altario participãt: ita ⁊ dõs ordinauit hijs q̃ euangeliũ annũciãt: de euãgelio viuẽ. Ego aũt nullo horũ vsus sũ. Nõ aũt scripsi hec: vt ita fiãt in me. Bonũ est enim michi magis mori: q̃ vt gloriã meã q̃s euacuet. Nã ⁊ si euãgelizauero: non ẽ michi gloria. Necessitas enim michi incũbit. Ve enim michi est: si nõ euãgelizauero. Si enim volens hec ago mercedẽ habeo: si aũt invitus dispensacõ michi credita est. Que est ergo merces mea? Vt euangeliũ predicãs sine sumptu ponã euangeliũ: ut non abutar potestate mea in euãgelio. Nã cũ liber essem ex omib̃ omm̃ me seruũ feci: vt plures lucrifacerem. Et factus sum iudeis tanq̃ iudeus: vt iudeos lucrarer. Hijs qui sub lege sunt quasi sb̃ lege essem cũ ipse nõ essem sb̃ lege: vt eos qui sb̃ lege erãt lucrifacerẽ. Hijs q̃ sine lege erãt tanq̃ sine lege eẽm: cum sine lege dei nõ essem ꝫ in lege essem xp̃i: vt lucrifacerẽ eos qui sine lege erant. Factus sũ infirmis infirmus: vt infirmos lucrifacerem. Omib̃ omia factus sũ: ut omes facerẽ saluos. Oia aũt facio ꝓpter euãgeliũ: ut particeps eius efficiar. Nescitis q̃ hij q̃ in stadio currũt omes quidẽ currũt: sed vnus accipit brauiũ? Sic currite: ut ꝯprehendatis. Omis autẽ q̃ in agone ꝯtẽdit ab omib̃ se abstinet:

et illi quidē ut cōruptibilē coronā accipiāt:
nos aūt incorruptā. Ego igitur sic curro nō
quasi in incertū: sic pugno nō quasi aerem
verberās. Sed castigo corpus meū: et in ser-
uitutē redigo: ne forte cū alijs p̄dicauerim.

Nolo enim ipse reprobus efficiar.
vos ignorare frēs: quomā patres
nostri omēs sub nube fuerūt & omēs mare
transierūt: & omēs in moyse baptizati sunt in
nube & in mari. Et omēs eandē escam spiri-
talē manducauerūt: & omēs eundē potum
spiritalem biberūt. Bibebāt aūt de spiritali
sequēte eos petra: petra aūt erat xp̄s Sed
non in pluribus eorū beneplacitū est deo. Nā
p̄strati sūt in deserto. Hec aūt in figura fcā
sūt nrī: ut nō simus cupiscentes malorū: si-
cut & illi cupierūt. Neq; ydolatre efficiami
sicut quidam ex ipsis: quēadmodū scriptū
est. Sedit ꝓpl̄s manducare & bibere: & sur-
rexerūt ludere. Neq; fornicemur sicut qui-
dam ex ipsis fornicati sūt: & ceciderūt vna die
viginti tria milia. Neq; temptemus cristū
sicut quidam eorū temptauerūt: & a serpēti-
bus perierūt. Neq; murmurauerītis sicut
quidā eorū murmurauerūt: & pierūt ab ex-
terminatore. Hec aūt omia in figura cōtige-
bāt illis: scp̄ta sūt aūt ad correpcōēz nrāz:
in quos fines seculorū deuenerūt. Itaq; qui
se existimat stare: videat ne cadat. Tēpta-
tio vos nō ap̄hendat nisi humana. Fidelis
aūt deus est. q̄ non patietur vos temptari
supra id qd̄ potestis: sed faciet cū tēptacōe
etiam puentū: ut possitis sustinē. Propter
qd̄ carissimi michi fugite ab ydolorū culti-
ra. Vt prudētibus loquor. vosipi iudicate qd̄
dico. Calix bn̄dictōis cui benedicimus:
nōne comūcatio sanguinis xp̄i ē? Et pans
quē frangimus: nōne participacō corporis
dn̄i est? Quomā vnus pans & vnū corpus
multi sumus: omnes qui de vno pane ptici-
pamus. Videte israhel secundū carnē. Nō-
ne qui edunt hostias. participes sunt alta-
ris? Quid ergo? Dico q̄ ydolis immolatū
sit aliq̄d: aut q̄ ydolū sit aliquid? Sed q̄
immolant gētes. demonijs immolāt: et nō
deo. Nolo aūt vos socios fieri demoniorū
Qua nō potestis calicē domini bibere. et cali-
cem demoniorū: nō potestis mense domini
ptcipes ēe: & mense demoniorū. An emulami
dominū? Nūquid fortiores illo sumus? Oia
michi licent: ſ nō omnia expediūt. Omnia
michi licent: sed non omnia edificant. Nemo
qd̄ suū est querat: ſ qd̄ alterius. Omne qd̄ in
macello venit manducate: michil interrogā-
tes ꝓpter osciam. Domini ē terra: & plenitu-
do eī?. Si quis vocat vos infidelū & vulnſ
ire: omne qd̄ vobis apponē manducate: mi-
chil interrogātes ꝓpter osciam. Si q̄s aūt
dixerit hoc immolatū ē ydolis: nolite mādu-
care ꝓpter illū qui indicauit: & ꝓpter osciam.
Consciam aūt dico: nō tuā. sed alterius. Vt
qd̄ enim libertas mea iudicat̄ ab aliena osci-
entia? Si ego cū grā participo: q̄d blasphe-
mor ꝓ eo q̄ grās ago? Siue ergo manduca-
tis siue bibitis. vel aliud quid facitis: oia
in gloriā dei facite. Sine offensione estote
iudeis & gentibus & ecclie dei: sicut & ego p oia
omnibus placeo: nō querēs qd̄ michi vtile ē:
sed quod multis vt salui fiant. XI

Imitatores mei estote: sicut & ego xp̄i. Lau-
do aūt vos frēs q̄ p omnia mei memores e-
stis: & sicut tradidi vobis p̄cepta mea tene-
tis. Volo aūt vos scire: q̄ omnis viri caput
cristus est: caput autē mulieris vir. Caput
vero cristi deus. Omnis vir orās aut ꝓphetās
velato capite: deturpat caput suū. Omnis
autē mulier orans aut ꝓphetans nonvela-
to capite: deturpat caput suū. Vnū enī est:
ac si decaluēt. Nam si nō velatur mulier: ton-
deat̄. Si vero turpe est mulieri tonderi aut
decaluari: velet caput suū. Vir quidē nō debet
velare caput suū: qm̄ imago & gloria dei est:
mulier aūt gloria viri est. Non enim vir ex
muliere est: sed mulier ex viro. Etenim non
ē creatus vir ꝓpter mulierē: ſ mulier ꝓpter
virū. Ideo debet mulier velamē habere sup̄
caput suū: & ꝓpter ãgelos. Verūtamē neq;
vir sine muliere: neq; mulier sine viro i dn̄o.
Nam sicut mulier de viro: ita & vir p mlierē.
Omnia aūt ex deo. Vosipi iudicate: decet mu-
lierē nō velatā orare deū? Nec ipa natura do-
cet vos. Qd̄ vir quidē si comā nutriat igno-
minia est illi: mulier vēo si comā nutriat glo-
ria est illi: qm̄ capilli p velamine ei dati sunt.
Si quis aūt videt̄ ostentiosus esse: nos ta-
lem cōsuetudinē nō habemus: neq; ecclesia

dei. Hoc aūt p̄cipio: nō laudās q̄ nō in melius sed in deterius ouenitis. Primū quidē ouenientibus vobis in eccl̄iam audio scissuras esse inter vos: ⁊ ex parte credo. Nā oportet hereses esse: vt et q̄ pbati sūt manifesti fiāt in vobis. Conuenientibus ergo vobis in vnū: iam nō est dominicā cenā māducare. Vnusquisq; enim suā cenā p̄sumit ad manducandū. Et alius quidē esurit: alius aūt ebrius est. Nūquid domos nō habetis ad māducandū ⁊ bibendū? Aut ecl̄iaz dei ꝯtemnitis: et ꝯfunditis eos qui non habēt? Quid dicā vobis? Laudo vos: in hoc nō laudo. Ego enim accepi a dño q̄d ⁊ tradidi vobis: q̄m dñs ihesus in qua nocte tradebat̄. accepit panem: ⁊ gr̄as agēs fregit ⁊ dixit. Accipite et manducate. Hoc ē corpus meū: q̄d ꝯ vobis tradet̄. Hoc facite in meā ꝯmemoracōem. Similiter ⁊ calicē: postq̄ cenauit dicēs. Hic calix nouū testamentū est in meo sangume. Hoc facite quotiēscūq; bibetis: in meā ꝯmemoracōm. Quotiēscūq; enī māducabitis panē hūc ⁊ calicē bibetis: mortē dñi annūciabitis donec veniat. Itaq; quicūq; manducauerit panē ⁊ biberit calicē dominī indigne: reus erit corporis ⁊ sanguinis dñi. Probet aūt seip̄m homo: et sic de pane illo edat ⁊ de calice bibat. Qui enim māducat et bibit indigne iudiciū sibi māducat et bibit: nō diiudicās corpus dñi. Ideo int̄ vos multi infirmi ⁊ imbecilles: ⁊ dormiūt multi. Q ō si nosmetip̄os diiudicarem?: nō vtiq; iudicarem̄. Dū iudicam̄ aūt a dño corripim̄: vt nō cū hoc mūdo dānem̄. Itaq; fratres mei cū ouenitis ad māducandū: mutuē expectate. Si quis esurit domi māducet: vt nō in iudiciū ouenatis. Cetera autez cum venero

XII

E spūalib̄ aūt disponam. nolo vos ignorare frēs. Scitis aūt q̄m cum gentes essetis: ad simulacra muta put ducebamini eūtes. Ideo notū vobis facio: q̄ nemo in spū dei loquēs dicē anathema ihesu. Et nemo potest dicere dñs ihesus: nisi in spū scō. Diuisiōes vero gr̄az sūt: idē aūt spiritus. Et diuisiōes ministracōm sūt: idez aūt dñs. Et diuisiones opationū sūt: idē vero deus qui opat̄ oīa in oīb̄. Vnicuiq; aūt dat̄ manifestacō spiritus: ad vtilitatē. Alij quidē p spiritū dat̄ sermo sapiēcie: alij aūt sermo scie secōm eundē spiritū. Alteri fides in eodē spū: alij gratia sanitatū in vno spiritu. Alij operacō virtutū: alij ꝓphetia: alij discrecō spirituū: alij gēna linguaz: alij interpretacō sermonū. Hec aūt oīa operatur vnus atq; idē spūs: diuidens singulis put vult. Sicut enim corpus vnū est ⁊ membra habet multa: oīa aūt mēbra corporis cum sint mlta vnū tamē corpus sūt: ita ⁊ cristus. Etenim in vno spū oēs nos in vnū corpus baptizati sumus: siue iudei siue gēiles siue serui siue liberi: ⁊ omes vno spū potati sum?. Nā ⁊ corpus nō est vnū membrū sed multa Si dixeit pes: q̄m nō sū manus: nō sū de corpore: nūq̄ ideo nō est de corpore? Et si dixerit auris: quoniā nō sū oculus: nō sū de corpō: nūq̄ ideo nō est de corpore? Si totū corpus oculus: vbi auditus? Si totū auditus: vbi odoratus? Nūc aūt posuit deus mēbra: vnūquodq; eorū in corpore sicut voluit. Quod si essent oīa vnū membrum: vbi corpus? Nūc aūt mlta quidē mēbra: vnū aūt corp?. Nō potest aūt dicere oculus manui: opera tua nō indigeo: aut iterū caput pedib̄: nō estis michi necessarij. Sed multo magis q̄ videntur mēbra corpis infirmiora ēe: necessariora sūt. Et q̄ putamus ignobiliora membra esse corporis: hūs honorē abūdāiorē circūdamus. Et q̄ inhonesta sūt nostra: abūdāiorem honestatē habēt. Honesta aūt nostra nullius egēt. Sed deus temperauit corp?. ei cui deerat: abundantiorē tribuendo honorem: vt nō sit scisma in corpore: sed ī idipsm pmutuē sollicita sint mēbra. Et si q'd pat̄ vnū membrū: opatiūt̄ oīa membra: siue gloriatur vnū membrū: ⁊ gaudet oīa membra. Vos autez estis corpus xpi: ⁊ membra de membro. Et quosdā quidē posuit deus in ecclesia: primū apostolos: secō ꝓphas: tercio doctores: deinde virtutes: exinde gr̄as curationū: opitulacōes gubernacōes: genera linguaz: interp̄tacōes sermonū. Nūquid oēs apostoli? Nūquid omes ꝓphete? Nūquid omnes doctores? Nūquid omnes virtutes? Nūquid oēs gr̄az habēt curationū? Nūq'd oēs linguis loquūt̄? Nūquid omnes interp̄tant̄? Emulami aūt carismata meliora. Et

adhuc excellentiorē viam vobis demōstro.

Si linguis hominū loquar XIII
et angelorū: caritatē autē nō habeā:
factus sū velut es sonās ā cimbalū tinniēs.
Et si habuero ꝓphetiā. et nouerim mysteria
omnia oēs scientiā habuero omēq; fidē
ita vt montes transferā: caritatē aūt nō ha-
buero: nichil sum. Et si distribuero in cibos
pauperū omes facultates meas. et si tradi-
dero corpus meū ita vt ardeam: caritatem
autē nō habuero: nichil mi ꝓdest. Caritas
patiēs est: benigna est. Caritas nō emula-
tur. non agit ꝓperam. nō inflatur. non ē am-
biciosa: nō querit que sua sūt. Nō irritatur.
nō cogitat malū: nō gaudet sup iniq̄tate:
o gaudet aūt veritati. Omia suffert. omnia
credit: omia sperat: omia sustinet. Caritas
nunq̄ excidit. Siue ꝓphetie euacuabunt:
siue lingue cessabūt: siue scia destrucet. Ex
parte enim cognoscimus: et ex parte ꝓphe-
tamus. Cū autem venerit quod pfectū est:
euacuabit qd ex parte ē. Cū essem paruu-
lus loquebar vt paruulus: sapiebā ut par-
uulus: cogitabam ut paruulus. Quādo aūt
factus sum vir: euacuaui que erāt paruuli.
Videmus nūc p speculū in enigmate: tunc
autē facie ad faciē. Nūc cognosco ex pte:
tūc aūt cognoscam: sicut et cognitus sū. Nūc
autē manēt fides spes caritas tria hec. Ma-
ior autem horum est caritas. XIIII

Sectamini caritatē: emulami spūalia:
magis aūt ut ꝓphetetis. Qui enim lo-
quit lingua: nō hominib; loquit sed deo.
Nemo enim audit. Spūs autē loquit mi-
steria. Nam qui ꝓphetat: hominib; loquit
ad edificacōem et exhortacōem et solacōem.
Qui loquit lingua semetipsū edificat: qui
aūt ꝓphetat eccia dei edificat. Volo autem
omes vos loqui linguis: magis aūt ꝓphe-
tare. Nam maior est qui ꝓphetat q̄ qui loq̄-
tur linguis: nisi forte interpretet: ut ecclesia e-
dificationē accipiat. Nūc aūt frēs. si venēo
ad vos linguis loquēs. quid vob ꝓdero:
nisi vobis loquar aut in reuelacōne. aut in
scia. aut in ꝓphetia. aut in doctrina? Tamen
que sine anima sunt vocē dantia. siue tybia
siue cithara. nisi distinctōnem sonitū dederit
quō scietur id qd canitur aut qd citharizat?
Et enim si incertam vocē det tuba. quis para-
bit se ad bellū? Ita et vos p linguā nisi mani-
festū sermonē dederitis: quō scietur id qd dicit?
Eritis enim in aera loqntes. Tā multa vt puta
gēna linguarū sūt in hoc mūdo: et nichil sine
voce ē. Si ergo nesciero virtutē vocis ero ei
cui loquar barbar?: et q̄ loquitur mi barba-
rus. Sic et vos qm emlatores estis spiritū
ad edificacōem eccie: querite ut abundetis.
Et ideo qui loquitur lingua oret ut interpre-
tur. Nā si orem lingua spūs meus orat: mēs
aūt mea sine fructu ē. Quid ergo ē? Orabo
spū: orabo et mēte. Psallam spū: psallā et mē-
te. Ceterū si benedixeris spū: quis supplet lo-
cū idiote? Quō dicet amē sup tuā bēdicti-
onē? Quoniā quid dicas nesciet. Nā tu quidē
bene gratias agis: sz alter nō edificat. Gra-
tias ago deo q̄ oim vestrum lingua loquor.
Sed in eccia volo quīq; verba sensu meo lo-
qui. ut et alios instruā: q̄ decē milia verborū in
lingua. Frēs: nolite pueri effici sensib; sed
malicia paruuli estote: sensib; autē pfecti e-
stote. In lege enim scptum est. Quoniā in
alijs linguis et labijs alijs loquar populo
huic: et nec sic exaudiet me dicit dominus.
Itaq; lingue in signū sūt nō fidelib; sed infi-
delib; ꝓphetie aūt nō infidelib; sed fidelib;.
Si ergo conueniat vniūsa eccia in vnū et oēs
linguis loquant: intrent aūt idiote aut in-
fideles. nōne dicēt quid insanitis? Si autē
omes ꝓphetēt: intret aūt quis infidelis vel i-
diota conuincit ab omib;: diiudicat ab omib;.
Occulta cordis eius manifesta fūt: et ita ca-
dens i facie adorabit deū: pnūciās q̄ vere
deus in vobis sit. Quid ergo ē fratres? Cū
cōueniris. vnusquisq; vestrū psalmū habet.
doctrinā habet. apocalipsim habet: linguam
habet: interpretacōem habet: omia ad edifica-
tionē fiant. Siue lingua quis loquit secōm
duos. aut vt multū tres. et p partes: et vnus
interpretetur. Si aūt non fuerit interpres ta-
ceat in eccia: sibi aūt loquat et deo. Prophe-
te aūt duo aut tres dicāt: et ceteri diiudicēt.
Quod si alij reuelatū fuerit sedēti: prior ta-
ceat. Potestis enim omes p singulos ꝓpha-
re: ut omes discant: et omes exhortent. Et
spūs ꝓphetarū ꝓphetis subiectus ē. Nō enim
dissentionis ē deus sz pacis: sicut et in omib;

ecclesijs scōr̄ doceo. Mulieres in ecclesijs
taceāt. Nō enim pmittit̄ eis loqui ſ̄ ſubditas esse: sicut a lex dicit. Si quid aūt volūt
discere: domi viros suos interrogent. Turpe
est enim mulieri loqui in eccia. An a vobis
v̄bū dei pcessit: aut in vos solos peruenit?
Si quis videtur ꝓphēta esse. aut spūalis: cognoscat q̄ scribo vobis: q̄ dñi sūt mandata.
Si quis aūt ignorat: ignorabit̄. Itaq̄ fratres emulamini ꝓphetare: a loqui linguis
nolite prohibere. Omia autē honeste et secundū ordinem fiant in vobis. **XV**

Notū autē vobis facio fres euāgeliū
quod p̄dicaui vobis. qd̄ a accepistis.
in quo a statis. p quod a saluamini: q̄ ratione p̄dicauerim vobis si tenetis: nisi frustra
credidistis. Tradidi enim vobis in p̄mis
quod et accepi: quomā xp̄us mortuus est
p pecis nr̄is secōm scp̄turas: a q̄ sepultus ē
et q̄ resurrexit tcia die secōz scp̄turas: a q̄ visus ē cephe: a post hoc vnde cī. Deinde visus
est plusq̄ quīgēns fratribus simul: ex quibus
multi manēt vsq̄ adhuc: quidā aūt dormierūt. Deinde visus est iacobo: deinde aplis
omibus. Nouissime autē omī. tāq̄ abortiuo
visus ē a michi. Ego enim sū minimus apostolorū: q̄ non sū dignus vocari aplus: qm̄
psequtus sū eccīam dei. Gratia autē dei sū id
quod sū: a gratia eius in me vacua nō fuit:
sed abundāntius illis omibus laborauī. Non
ego aūt: ſ̄ gratia dei mecū. Siue enim ego
siue illi: sic p̄dicauim̄: a sic credidistis. Si
aūt xp̄us predicat̄ q̄ resurrexit a mortuis:
quomodo quidā dicūt in vobis. quomaz
resurrectio mortuorū nō est? Si autē resurrectio mortuorū nō ē: neq̄ xp̄us resurrexit.
Si autē xp̄us nō resurrexit: inanis est p̄dicatio nr̄a: inanis ē a fides vestra. Inuenimur
autē a falsi testes dei: quomā testimoniū dixīmus aduersus deū q̄ suscitauit xp̄m quē
nō suscitauit: si mortui nō resurgūt. Nam si
mortui nō resurgūt: neq̄ xp̄s resurrexit. Q̄ d̄
si xp̄s non resurrexit: vana ē fides vr̄a. Adhuc enim estis in peccatis vestris. Ergo et q̄
dormierūt in xp̄o pierūt. Si in hac vita tm̄
in xp̄o sperātes sum̄: miserabiliores sumus
omib̄ hoib̄. Nūc aūt xp̄s resurrexit a mortuis p̄mitie dormiētiū: qm̄ quōd p hoiez mors:
et p hoiez resurrectio mortuorū. Et sicī adā
omes moriūt̄: ita a in xp̄o oes viuificabūt̄.
Vnusquisq̄ aūt in suo ordine: p̄mitie xp̄us.
Deinde hij qui sūt xp̄i: qui in aduentū eius
crediderūt. Deinde finis cū tradideit regnū
deo a patri: cū euacuauerit omnē p̄ncipatū
et potestatē a v̄tutē. Oportet aūt illū regnare: donec ponat omnes inimicos sub pedibus
eius. Nouissime autē inimica destruet̄ mors.
Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cū aūt
dicat omnia subiecta sūt ei: sine dubio p̄ter
eum q̄ subiecit ei oia. Cū aūt subiecta fuerīt
illi oia: tūc a ipse filius subiectus erit illi qui
subiecit sibi oia: ut sit deus oia in omib̄. Alioquī quid facient q̄ baptizantur p mortuis?
Si omnino mortui nō resurgūt: ut quid et
baptizantur p illis? Vt q̄d et nos periclitamur
omni hora? Quotidie morior ꝓter vestram
gloriā frēs: quā habeo in xp̄o ihesu domino
nr̄o. Si secōz hoiez ad bestias pugnauī ephesi: q̄d michi p dest si mortui non resurgunt?
Manducemus a bibamus: cras enī moriemur. Nolite seduci. Corrūpūt mores bonos
colloquia mala. Euigilate iusti: a nolite peccare. Ignorantiā enim dei quidā habēt. Ad
reuerentiā vobis loquor. Sed dicit aliq̄s
Quō resurgūt mortui? Quali autē corpore
venīt? Insipiēs tu quod seminas nō viuificat̄: nisi prius moriat̄. Et quid seminas? Nō
corpus quod futurū est seminas: ſ̄ nudū grānū: vt puta tritici. aut alicuius ceterorū. Deus aūt dat illi corpus sicut vult: a vnicuiq̄
seminū ꝓpriū corpus. Nō omis caro eadem
caro: ſ̄ alia hominū alia pecorū alia volucrū:
alia aūt piscīū. Et corpora celestia: a corpora
terrestria. Sed alia quidē celestiū gloria:
alia aūt terrestriū. Alia claritas solis: alia
claritas lune: a alia claritas stellarū. Stella
enim a stella differt in claritate: sic a resurrectio mortuorū. Seminat̄ in corrupcōne:
surget ī incorrupcōe. Seminat̄ in ignobilitate: surget ī gloria. Seminat̄ in infirmitate: surget in v̄tute. Seminat̄ corpus aīale:
surget corpus spiritale. Si ē corpus aīale
est a spiritale: sicut scriptū est. Factus ē primus homo adam in animā viuentē: nouissimus adam in spiritū viuificantē. Sed non
prius quod spiritale ē: sed qd̄ aīale: deinde

qd spiritale. Primus hō de terra terrenus:
secūdus homo de celo celestis. Qualis ter-
renus tales et terreni: et qlis celestis: tales
et celestes. Igitur sicut portauimus imaginē
terreni: portemus et imaginē celestis. Hoc
autē dico frēs: q caro et sanguis regnū dei
possidere nō possunt: neq corrupcō incorru-
ptelam possidebit. Ecce misteriū vob dico.
Omnes quidē resurgem?: ꝗ nō omnes immu-
tabimur. In momēto in ictu octi: in nouissi-
ma tuba. Canet enī tuba: et mortui resurgēt
incorrupti: et nos immutabimur. Oportet e-
nim corruptibile hoc induē incorrupcōez:
et mortale hoc induere immortalitatē. Cū
autē mortale hoc induerit immortalitatē:
tūc fiet sermo qui scriptus est. Absorta est
mors in victoria. Vbi est mors victoria tu-
a? Vbi est mors stimulus tuus? Stimulus
autem mortis p cēm ē: Vis vero peccati lex.
Deo aūt grias: qui dedit nob victoriā p do-
minū nostrū ihesū xpm. Itaq frēs mei dile-
cti stabiles estote et immobiles: abūdātes
in omni opere domini semp: scientes q labor
vester nō est inanis in domino. XVI

De collectis autez que fiunt in scōs: si-
cut ordinauī ecclis galatie: ita et vos
facite p vnam sabbati. Vnusquisq vestrum
apud se reponat recondēs qd ei bene placu-
erit: ut nō cū venero tūc collecte fiāt. Cum
autē presens fuero: quos pbaueritis p epi-
stolas hos mittā pferre gratiā vestraz in ihe-
rusalem. Quod si dignū fuerit ut ego eam:
mecum ibunt. Venā autem ad vos: cum
macedoniam ptrāsiero. Nam macedoniā
ptransibo. Apud vos autē forsitā manebo
vel etiam hyemabo: ut vos me deducatis q
cūq iero. Nolo enim vos modo in transitu
videre. Spero enim me aliquantulū tpis
manere apud vos: si dns pmiserit. Permane-
bo aūt ephesi vsq ad pēthecosten. Ostiū
enim michi aptū ē magnū et euidēs: et ad-
uersarij multi. Si aūt veneit thimotheus:
videte vt sine timore sit apud vos. Opus
enim domini operat sicut et ego. Ne quis er-
go illū spnat. Deducite aūt illū in pace: vt
veniat ad me. Exspecto enim illum cū fratri-
bus. De apollo autē fratre vob notū facio:
quomā multū rogaui eū ut veniret ad vos
cū fratribo: et vtiq nō fuit volūtas eius vt
nūc veniret. Veniet autez: cū ei vacuū fuerit
Vigilate state in fide: viriliter agite et fortā-
mini: omnia vra in caritate fiant. Obsecro
autē vos frēs. nostis domū stephanee for-
tunati quomā sūt primitie achaye. et in mini-
sterū sanctorz ordinauerūt seipos: ut et vos
subditi sitis eiusmodi: et omni cooperāti et la-
boranti. Hauideo autē in pnia stephane et
fortunati et achayci: qm id quod vobis de-
rat ipsi supleuerūt. Refecerūt enim et meū spi-
ritū et vrm. Cognoscite ergo que eiusmodi
sūt. Salutant vos omnes eccie asye. Salu-
tant vos in domino multū aquila et priscilla
cū domestica sua eccia: apud qs et hospitor.
Salutāt vos omnes frēs. Salutate invicē:
in osculo sancto. Salutatio mea: manū pau-
li. Si quis nō amat dominū nostrū ihesum
xpm: sit anathema maranatha. Gratia do-
mini nostri ihesu cristi vobiscum. Caritas
mea cū omnibus vobis in cristo ihesu amē.

Explicit epla prima ad corinthios. Incip
plogus in secunda epla ad corinthios.

Post actam a corinthijs pen-
tentiā cōsolatoriā scribit eis
epistolā apostolus a troade
p thitū. et collaudās eos hor-
tat ad meliora: ꝗ tristatos q-
dem eos sed emēdatos ostendēs. Explicit
plogus. Incip epla secūda ad corinthios.

Paulus apostolus xpi
ihesu p voluntatez dei
et thimotheus frater:
ecclesie dei q est corin-
thi cū omnib sanctis q
sunt in vniuersa achai-
a. Gratia vob et pax
a deo patre nostro et domino ihu cristo. Be-
nedictus deus et pater domini nri ihu cristi
pater misericordiarz et deus totius ꝗsolacō-
nis. qui ꝗsolatur nos in omni tribulacōe nra:
vt possimus et ipi consolari eos qui in omni
pssura sūt p exhortacōez qua exhortamur et
ipsi a deo: quomā sicut abundāt passiones
cristi in nobis ita et p cristū abundat ꝗsola-
tio nra. Siue aūt tribulamur. p vra exhor-
tacōne et salute: siue ꝗsolamur. p vra ꝗsola-
tione: siue exhortamur p vestra exhortacōe

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

que operat' tollerantiā earundē passionū
quas et nos patimur: ut spēs nostra firma sit
p vob: scientes quomā sicut socij passionū
estis: sic eritis et ꝯsolacōis. Non enim volu=
mus ignorare vos frēs de tribulacōne nra
que facta est in asia: quomā supē modū gra=
uati sumus supra virtutē: ita vt tederet nos
etiam viuere. Sed ipsi in nobismetipsis re=
sponsū mortis habuimus: vt nō simus fidē=
tes in nobis sed in deo q̄ suscitat mortuos:
qui de tantis periculis nos eripuit et eruit: in
quē speramus q̄m et adhuc eripiet adiuuā=
tibus et vobis in oracōe p nobis: vt ex multa
rum psonis faciei ex eius q̄ in nobis est dona=
cōis p multos gratie agantur p nob. Nā
gloria nostra hec est testimoniū cōscientie
nostre: q̄ in simplicitate cordis et sincerita=
te dei et nō in sapiētia carnali sē in gratia dei
conuersati sumus in hoc mundo: abundāius
autē ad vos. Nō enim alia scribimus vo=
bis q̄ quē legistis et cognouistis. Spero
autē q̄ usq̄ in finem cognoscetis sicut et co=
gnouistis nos ex parte: q̄ gloria vra sum?
sicut et vos nra in die domini nostri ihesu xpi.
Et hac ꝯfidentia volui prius venire ad vos
vt secundā grām haberetis: et p vos transi=
rem in macedoniā et iterū a macedonia ve=
nirem ad vos: et a vobis deduci in iudeam.
Cū ergo hoc voluissem: nunquid leuitate
vsus sū. Aut q̄ cogito secūdū carnē cogito:
vt sit apud me est et nō? Fidelis autē deus:
q̄ sermo noster qui fuit apud vos. nō ē in
illo est et non: sed est in illo ē. Dei enim filius
ihesus xp̄us qui in vobis p nos p̄dicatus ē
p me et siluanū et thimotheū nō fuit in illo ē et
nō: sed in illo fuit. Quotquot enim p̄missio=
nes dei sūt: in illo est. Ideo et p ipm amē deo
ad gloriam nrā. Qui autē ꝯfirmat nos vo=
biscū in xp̄o. et q̄ vnxit nos deus: et q̄ signa=
uit nos et dedit pignus spūs in cordib nris.
Ego autē testem deū inuoco in ammā meā
q̄ parcēs vob non veni vltra corinthū: non
q̄ dominamur fidei vestre: sē adiutores su=
mus gaudij vestri. Nam fide statis. II

Statui aūt hoc ipsū apud me: ne iterū
in tristicia venirem ad vos. Si enim
ego cōtristo vos. et quis ē qui me letificet
nisi qui ꝯtristatur ex me? Et hoc ipm scripsi
vobis ut nō cū venero tristiciā sup tristiciā
habeam. de quib oportuerat me gaudere:
ꝯfidens in omib vobis quia meū gaudiū
omnū vestrum ē. Nam ex multa tribulatio=
ne et angustia cordis scripsi vobis p multas
lacrimas nō ut ꝯtristemini. sed ut sciatis quā
caritatē habeā abundāius in vob. Si quis
aūt ꝯtristauit me. nō me ꝯtristauit. sē ex par=
te: vt nō onerem omnes vos. Sufficit illi
qui eiusmodi ē obiurgacō hec q̄ fit a plib:
ita vt ecōtrario magis donetis et ꝯsolemini:
ne forte abundāiori tristicia absorbeat' qui
eiusmodi est. Propter quod obsecro vos:
vt ꝯfirmetis in illū caritatē. Ideo enim et scri=
psi vobis ut cognoscam expimentū vrm: an
in omib obedientes sitis. Cui aūt aliquid
donastis: et ego. Nā et ego q̄d donaui. si q̄d
donaui p̄pter vos. in psona cristi: ut nō circū=
ueniamur a sathana. Nō enim ignoramus
cogitacōes eius. Cū venissem autē troadē
p̄pter euangeliū xp̄i. et ostiū michi aptū est
in domino: nō habui requiē spiritui meo. eo
q̄ nō inuenerim titū frēm meū: sed valefa=
ciēs eis p̄fectus sū in macedoniā. Deo autē
gratias qui semp triūphat nos in xp̄o ihesu.
et odorē notitie sue manifestat p nos in omi
loco: q̄ cristi bonus odor sumus deo in hijs
qui salui fiūt: et in hijs qui pereūt. Alijs qui=
dem odor mortis in mortē: alijs autē odor
vite in vitā. Et ad hec quis tam ydoneus?
Nō enī sum? sicut plurimi adulterātes verbū
dei: sed ex sincerita sicut ex deo coram deo in
Incipimus iterum III cristo loquimur.
nosmetipos omendare. Aut nūquid egem?
sicut quidam omendaticis eplis ad vos
aut ex vobis? Epistola nra vos estis scripta
in cordib nris. que scit' et legit' ab omibus
hominib manifestati: quomā epla estis xp̄i
ministrata a nobis et scripta nō attramento.
sed spiritu dei viui: nō in tabulis lapideis. sē
in tabulis cordib carnalib. Fiduciā autem
talem habemus p xp̄m ad deum: nō q̄ suffi=
cientes simus cogitare aliquid a nobis q̄si
ex nobis: sed sufficiēcia nra ex deo est: qui et
ydoneos nos fecit ministros noui testamēti
nō littera sed spū. Littera enim occidit: spi=
ritus aūt viuificat. Quod si ministratio mor=
tis litteris deformata in lapidib fuit in gl'ia.

ita ut nō possent intendere filij israhel in faciem moysi. ꝓpter gloriā vultus eius q̄ euacuatur: quomodo nō magis ministracō spiritus erit in gloria? Nā si ministracō dānacōnis gloria ē: multo magis abundat ministerū iustitie in gloria. Nam nec glorificatum est qd̄ claruit in hac parte: ꝓpter excellētē gloriā. Si enim qd̄ euacuat̄ p gloriaz est: multo magis qd̄ manet in gloria ē. Habentes igit̄ talem spem: multa fiducia vtimur. Et non sicut moyses ponebat velamē super faciē suā: vt nō intenderēt filij israhel in faciem eius qd̄ euacuat̄: sed obtusi sūt sensus eorū. Vsq; in hodiernū enim diē idipsū velamē in lectōe veteris testamēti manet non reuelatū. quomā in xpo euacuat̄: ſ usq; in hodiernū diē cū legit̄ moyses velamē positū est sup cor eorū. Cū autē conuersi fuerint ad dēū auferetur velamē. Dominus autē spūs est. Vbi autē spūs domini ibi libertas. Nos vero omnes reuelata facie gloriā dni speculātes in eādē imaginē transformam̄ a claritate in claritatē tanq̄ a domini spiritu. IIII

patre nostro ⁊ xpo ihesu domino nro. Gra-
tias ago deo meo cui seruio a ꝓgenitorib⁹
meis in ꝓscientia pura: q̄ sine intermissione
habeam tui memoriā in oracōib⁹ meis no-
cte ac die desiderans te videre memor lacri-
maz tuaz: vt gaudio implear. Recordatio-
nē accipiens eius fidei que ē in te non fi-
cta: que ⁊ habitauit pmū in auia tua loide
et matre tua eunice: certus sū aūt q̄ ⁊ in te.
Propter quā causam amoneo te: vt resuscī-
tes gratiā dei q̄ est in te p impositōnem ma-
nuū mearum. Non enim dedit nobis deus
spiritum timoris: sed virtutis et dilectionis et
sobrietatis. Noli itaqz erubescē testimoniū
domini nri neqz me vinctū eius: sz collabora
euāgelio secōm virtutē dei· qui nos liberauit
et vocauit vocacōe sua sancta: nō seōz opa
nostra sed secōm ꝓpositum suū ⁊ gratiā· q̄ da-
ta est nobis in cristo ihesu ātē tempora secu-
laria. Manifestata est aūt nūc p illuminacō-
nem saluatoris nostri ihesu cristi: qui destru-
xit quidem mortē· illuminauit autē vitā ⁊ in-
corruptionē p euāgeliū: in quo positus sum
ego p̄dicator ⁊ apostolus ⁊ magister gēnū.
Ob quā causam etiā hec patior: sed non con-
fundor. Scio enim cui credidi: et certus sū
q̄ potens ē depositū meū seuare in illū diem.
Formam habe sanorz verborz q̄ a me audi-
sti in fide et in dilectione in cristo ihesu. Bo-
nū depositū custodi: p spiritū sanctū qui ha-
bitat in nobis. Scis enim hoc q̄ auersi sunt
a me oīes qui in asia sūt: ex quib⁹ ē phige-
lus ⁊ hermogenes. Det misericordiā domin⁹
onesifori domui: q̄ sepe me refrigerauit ⁊ ca-
thenam meā nō erubuit: sz cū romā venisset
sollicite me quesiuit ⁊ inuenit. Det illi dñs in-
uenire misericordiā a deo in illa die. Et quā-
ta ephesi ministrauit mihi tu melius nosti.

II

Tu ergo fili mi cōfortare in gra-
tia que est in cristo ihesu: et que audi-
sti a me per multos testes hec commenda
fidelib⁹ hominib⁹: qui ꝑdonei erūt ⁊ alios do-
cere. Labora sicut bonus miles cristi ihesu.
Nemo militans deo· implicat se negocijs se-
cularib⁹: vt ei placeat cui se ꝓbauit. Nam
et qui certat in agone nō coronabitur nisi le-
gitime certauerit. Laborantē agricolā opor-
tet p̄mū de fructib⁹ accipē. Intellige que di-
co: dabit enim tibi dominus in omnib⁹ intel-
lectum. Memor esto dñm ihesuz xpm resur-
rexisse a mortuis ex semine dauid secūdum
euāgeliū meū in quo laboro usqz ad vincula
quasi male operans: sed verbū dei non ē al-
ligatū. Ideo omnia sustineo ꝓter electos:
vt ⁊ ipsi salutē cōsequātur q̄ est in cristo ihe-
su cū gloria celesti. Fidelis sm̄o. Nam si cō-
mortui sumus· et cōuiuemus: si sustinebim⁹
et ꝓregnabimus: si negauerimus ⁊ ille ne-
gabit nos: si non credimus ille fidelis pma-
net: negare seipsum nō potest. Hec autem

cōmoue testificans coram deo. Noli contendere verbis: ad nichil enim vtile ē nisi ad subuersionē audientiū. Sollicite autē cura te ipsū. probabilē exhibere deo: operariū inconfusibilē: recte tractantē verbū veritatis. Prophana aūt a inamiloquia deuita. Multū enī proficiūt ad impietatē: et sermo eorū vt cācer serpit. Ex quibus ē hymeneus et philetus: qui a veritate exciderūt dicentes resurrectionem esse iam factam: et subuertūt quorundam fidē. Sed firmū fundamentū dei stat: habens signaculū hoc. Cognouit dominus que sūt eius: et discedat ab iniquitate omis qui inuocat nomē domini. In magna autē domo nō solū sūt vasa aurea a argētea. sē et lignea a fictilia: et quedam quidē in honorem: quedā aūt in cōtumeliā. Si q̄s ergo emūdauerit se ab istis. erit vas in honorez sanctificatū: et vtile dño ad omne opus bonū paratū. Juuenilia autē desideria fuge: sectare vero iusticiā fidem spem caritatē et pacem cū hijs qui inuocant dominū de corde puro. Stultas aūt a sine disciplina questiones deuita: sciens quia generant lites. Seruū aūt dñi non oportet litigare: sē mansuetū esse ad omes. docibilē. patientē cum modestia corripientē eos qui resistūt veritati: nequādo deus det illis penitentiaz ad cognoscendam veritatē. et resipiscant a diabolī laqueis: a quo captiui tenentur ad ipsius voluntatē. III

Hoc autē scito q̄ in nouissimis diebus instabūt tēpora piculosa: et erūt homies seipsos amantes. cupidi. elati. superbi. blasphemi parētibus nō obedientes. ingrati celesti. sine affectione. sine pace. criminatores. incōtinentes. immites. sine benignitate proditores. proterui. tumidi a voluptatū amatores magis q̄ dei: habentes speciem quidē pietatis. virtutē autē eius abnegātes. Et hos deuita. Ex hijs enī sūt qui penetrāt domos et captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis que ducunt varijs desiderijs: semp discētes a nunq̄ ad scientiā veritatis puenētes. Quēadmodū aūt iannes a mābres restiterūt moysi. ita a hij resistūt veritati: homines corrupti mente. reprobi circa fidem sed vltra non proficiet. Insipiēcia enim eorū manifesta erit omibus: sicut a illorum fuit. Tu aūt assecutus es meam doctrinā. institutionē. propositū. fidem longanimitatē dilectionez patiēciam persecutiones passiones: qualia michi facta sūt antiochie yconio listris. quales persecucōnes sustinui: et ex ommibus eripuit me dominus. Et omes qui pie volūt viuē in xpo ihesu persecutionē patient. Mali aūt homines a seductores proficient in peius: errantes a in errorem mittentes. Tu vero permane in hijs que didicisti. a credita sūt tibi. sciens a quo didiceris: et q̄ ab infantia sacras litteras nosti: q̄ te possunt instruē ad salutē p fidem que est in xpo ihesu. Omis scriptura diuinitus inspirata. vtilis est ad docendū. ad arguēdū. ad corripiendum. ad eruditēdū in iusticia: vt perfectus sit hō dei ad ome op? bonū instructus. IIII

Testificor coram deo a ihesu xpo qui iudicaturus est viuos et mortuos. et aduentū ipius a regnū eius: predica verbū. insta opportune importune: argue. obsecra. increpa in omni patiēcia a doctrina. Erit enim tēpus cū sanam doctrinā non sustinebūt: sē ad sua desideria coacerbabūt sibi magistros prurientes auribus: et a veritate quidē auditū aūtent: ad fabulas autē conuertent. Tu vero vigila. in ommibus labora: opus fac euangeliste. ministerium tuum imple: sobrius esto. Ego enim iam deliboz: et tempus resolucōis mee instat. Bonū certamen certaui: cursuz consūmaui: fidem seruaui. In reliquo reposita est michi corona iusticie: quā reddet michi dominus in illa die iustus iudex. Non solū autē michi: sed et hijs qui diligūt aduentū eius. festina ad me venire cito. Demas enī me reliquit diligēs hoc seculū a abijt thessalonicam: crescens in galaciam. titus in dalmaciam: lucas est mecū solus. Marcū assume a adduc tecū: est enim michi vtilis in ministerio. Thychicū aūt misi ephesū. Penulā quam reliqui troade apud carpū veniens affer tecū et libros: maxime autez membranas. Alexander erariūs multa mala michi ostendit: reddet illi dominus secūdū opera eius: quem a tu deuita. Valde enim resistit verbis nostris. In prima mea defensione. nemo michi affuit: sed omes me dereliquerūt: non illis reputetur. Dominus aūt m̄ assistit

et confortauit me ut p me p̄dicacō impleat:
et audiant omnes gentes q̄ liberatus sum
de ore leonis. Liberauit me dn̄s ab om̄i ope-
re malo: et saluū faciet in regnū suū celeste:
cui gloria in secula seculoꝝ amen. Saluta
priscillam ⁊ aquilaz: et onesifori domū. Era-
stus remansit corinthi: trophimū aūt reliq̄
infirmū milētū. festina ante hyemem venire.
Salutant te eubolus ⁊ pudens et linus et
claudia: et fratres omnes. Dominus ihesus
cristus cū spiritu tuo. Gratia vobiscū amē.

Explicit epistola secūda ad thimotheum.

Incip. argumētū in epistolam ad thytum.

Thytum commone facit et in-
struit de constitutione p̄sbi-
terij et de spūali conūsacōe
et hereticis vitandis. qui tra-
ditionibz iudaicis credunt:
scribens ei a nycopoli. Expl. argumētū.

Incipit epla ad thytum. Capitulū primū.

Paulus seruus dei ap-
stolus aūt ihesu cristi
secundū fidem electo-
rum dei ⁊ agnicōnem
veritatis. que secūdū
pietatē est in spem vi-
te eterne: quaz p̄misit
qui nō mētit deus ante tēporaria secularia.
manifestauit aūt temporibz suis verbū suū
in p̄dicacōne. que credita ē michi secōm pre-
ceptū saluatoris nostri dei: thyto dilecto fi-
lio secōm cōmunē fidem gratia ⁊ pax a deo
patre ⁊ cristo ihesu saluatore nostro. Hui?
rei gratia reliqui te crete ut ea que desūt cor-
rigas: et constituas p ciuitates presbiteros
sicut ⁊ ego disposui tibi si quis sine crimine
est vnus vxoris vir: filios habens fideles
non in accusacōne luxurie aut non subditos.
Oportet enim episcopū sine crimine esse sicē
dei dispensatorem: non supbū non iracūdum
non vinolentū non percussorem. nō turpis lu-
cri cupidū: sed hospitalem benignū. sobriū.
iustū. sanctū. tenentē. amplectentē eū qui
secundū doctrinā est fidelē sermonē: vt po-
tens sit exhortari in doctrina sana: et eos q̄
contradicūt arguere. Sūt enim multi etiaz
inobedientes. vaniloqui ⁊ seductores. ma-
xime qui de circūcisione sūt quos oportet
redargui: qui vniūsas domos subuertunt:
docentes que non oportet turpis lucri gra.
Dixit quidam ex illis ꝓprius ipoꝝ ꝓpheta.
Cretenses semp mendaces: male bestie: vē-
tris pigri. Testimoniū hoc verū est. Quam
ob causam increpa illos dure vt sani sint in
fide: non intendentes iudaicis fabulis et
mandatis hominū auersantium se a veritate.
Omnia mūda mūdis: coinquinatis aūt ⁊ in-
fidelibz. michil est mundū: sed inquinate sūt
eoꝝ ⁊ mens ⁊ conscientia. Confitentē se nosse
deū factis aūt negant: cū sint abomīnati ⁊ in-
credibiles ⁊ ad om̄e op? bonū reprobi. II

Tu aūt loquere q̄ decet sanā doctrinā.
Senes ut sobrij sint: pudici. prudētes.
sani in fide: in dilectione in patientia. Anus
simlr in habitu sancto: nō criminatrices. nō
multo vino seruientes: bene docentes vt pru-
dentiam doceant. Adolescentulas. ut viros
suos ament: filios suos diligant: prudētes.
castas. sobrias domus curā habentes: bem-
ignas. subditas viris suis: ut nō blasphēme-
tur verbū dei. Iuuenes similiter hortare ut
sobrij sint. In om̄ibz teipm prebe exemplū
bonoꝝ operū: in doctrina. in integritate. in
grauitate. Verbū sanū irreprehensibile: vt is
qui ex adūso ē vereatur: michil habēs malū
dicere de nobis. Seruos dominis suis sub-
ditos esse in ommbz placentes: nō contradi-
centes. non fraudantes. sed in om̄ibz fidem
bonam ostendentes: ut doctrinā saluatoris
nostri dei ornent in ommbz. Apparuit enim
gratia dei ⁊ saluatoris nostri om̄ibz homini-
bus erudiens nos: vt abnegātes impieta-
tem ⁊ secularia desideria. sobrie ⁊ iuste ⁊ pie
viuamus in hoc seculo: expectantes beataz
spem ⁊ aduentū gloriē magni dei ⁊ saluato-
ris nostri ihesu cristi: qui dedit semetipsum p
nobis vt nos redimeret ab omni iniquita-
te: ⁊ mūdaret sibi populū acceptabilē secta-
torem bonoꝝ operū. Hec loquere ⁊ exhortare:
et argue cū omni imperio. Nemo te otēnat.

Admoue illos principibz et po- III
testatibus subditos esse: dicto obe-
dire: ad omne opus bonū paratos esse: ne-
minem blasphemare. nō litigiosos esse. sed
modestos: omnē ostendentes mansuetudi-
nem ad om̄es homines. Eram? enim aliqn̄

et nos insipientes increduli errantes seruientes desideriis et voluptatibus variis: et malicia et invidia agentes: odibiles. odientes invicem. Cum autem benignitas et humanitas apparuit saluatoris nostri dei non ex operibus iustitie que fecimus nos sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis et renouationis spiritus sancti quem effudit in nos abunde per ihesum xpm saluatorem nrm: vt iustificati gratia ipsius heredes simus secundum spem vite eterne. Fidelis sermo est. Et de hiis volo te confirmare: ut curent bonis operibus preesse qui credunt deo. Hec sunt bona et utilia hominibus. Stultas autem questiones. et genealogias et contentiones et pugnas legis deuita. Sunt enim inutiles et vane. Hereticum hominem post vnam et secundam correptionem deuita: sciens quia subuersus est qui eiusmodi est: et delinquit cum sit proprio iudicio condemnatus. Cum misero ad te arteman aut tychicum: festina ad me venire nicopolim. Ibi enim statui hyemare. Zenam legisperitum et appollo sollicite premitte: ut nichil illis desit. Discant autem et nriis bonis operibus preesse ad vsus necessarios: vt non sint infructuosi. Salutant te qui mecum sunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia dei cum omnibus vobis amen.

Explicit epla ad tytum. Incip. argumtum in epistolam ad philemonem.

Philemoni familiares lras facit pro onesimo seruo eius: scribens ei ab vrbe roma de carcere per suprascriptum onesimum. Explicit argumentum Incip. epla ad philemonem.

Paulus vinctus cristi ihesu et timotheus frater: philemoni dilecto adiutori nostro. et appie sorori carissime et arcipo comilitoni nostro: et ecclesie que in domo tua est. Gratia vobis et pax a deo patre nostro: et domino ihesu cristo. Gratias ago deo meo semper memoriam tui faciens in orationibus meis audiens caritatem tuam et fidem quam habes in domino ihesu et in omnes sanctos: ut communicatio fidei tue euidens fiat in agnitione omnis opis boni in ihesu xpo. Gaudium enim magnum habui et consolationem in caritate tua: quia viscera sanctorum requieuerunt per te frater. Propter quod multam fiduciam habens in cristo ihesu imperandi tibi quod ad rem pertinet: propter caritatem magis obsecro cum sis talis vt paulus senex nunc autem et vinctus ihesu xpi: obsecro te pro meo filio quem genui in vinculis onesimo qui tibi aliquando inutilis fuit: nunc autem mihi et tibi vtilis: quem remisi tibi. Tu autem illum ut mea viscera suscipe. Quem ego volueram mecum detinere: ut pro te michi ministraret in vinculis euangelij. Sine consilio autem tuo nichil volui facere: vt ne velut ex necessitate bonum tuum esset. sed voluntarium. Forsitan enim ideo discessit ad horam a te. vt eternum illum recipieres: iam non vt seruum sed pro seruo carissimum fratrem: maxime michi. Quanto autem magis tibi: et in carne et in domino. Si ergo habes me socium: suscipe illum sicut me. Si autem aliquid nocuit tibi aut debet: hoc michi imputa. Ego paulus scripsi mea manu. Ego reddam: ut non dicam tibi quia et ipsum michi debes. Ita frater ego te fruar in domino: reficе viscera mea in cristo. Confidens in obedientia tua scripsi tibi: sciens quoniam et super id quod dico facies. Simul autem para michi hospicium: nam spero per orationes vras donari me vobis. Salutat te epafras concaptiuus meus in xpo ihesu: marcus aristarchus demas et lucas adiutores mei. Gratia domini nostri ihesu cristi cum spiritu vestro amen.

Explicit epistola ad philemonem. Incipit argumentum in epistolam ad hebreos.

In primis dicendum est cur apostolus paulus in hac epistola scribendo non fuauerit morem suum: ut vel vocabulum nominis sui vel ordinis describeret dignitatem. Hec causa est: quia ad eos scribens qui ex circumcisione crediderant quasi gentium apostolus et non hebreorum: sciens quos eorum superbiam suamque humilitatem ipse demonstrans: meritum officij sui noluit antetferre. Nam simili modo etiam iohannes apls propter humilitatem in epla sua nomen suum eadem racione non protulit. Nunc ergo epla m fertur apostolus ad hebreos. scriptam hebraica lingua misisse: cuius sensum ordine retinens lucas euangelista post excessum apli pauli greco sermone composuit. Expl. argumentum.

ad he

Incip epla ad hebreos.

Multiphariam multisq; modis olim deus loquens patribus in prophetis: nouissime diebus istis locutus est nobis in filio quem constituit heredem vniuersorum: per quem fecit et secula. Qui cum sit splendor gloriae et figura substantie eius: portansq; omnia verbo virtutis sue purgationem peccatorum faciens: sedet ad dexteram maiestatis in excelsis tanto melior angelis effectus: quanto differentius pre illis nomen hereditauit. Cui enim dixit aliquando angelorum filius meus es tu ego hodie genui te? Et rursum. Ego ero illi in patrem: et ipse erit michi in filium. Et cum iterum introducit primogenitum in vrbem terre dicit. Et adorent eum omnes angeli dei. Et ad angelos quidem dicit. Qui facit angelos suos spiritus: et ministros suos flammam ignis. Ad filium autem. Thronus tuus deus in seculum seculi: virga equitatis virga regni tui. Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus oleo exultationis p participibus tuis. Et tu in principio domine terram fundasti: et opera manuum tuarum sunt celi. Ipsi peribunt tu autem permanebis: et omnes ut vestimentum veterascent. Et velut amictum mutabis eos et mutabuntur: tu autem idem ipse es: et anni tui non deficient. Ad quem autem angelorum dixit aliquando sede a dextris meis: quoadusq; ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Nonne omnes sunt administratorij spiritus: in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis?

II

Propterea abundantius oportet obseruare nos ea que audiuimus: ne forte perfluamus. Si enim qui per angelos dictus est firmus factus est firmus: et omnis preuaricatio et inoboedientia accepit iustam mercedis retributionem: quomodo nos effugiemus si tantam neglexerimus salutem? Que cum initium accepisset enarrari per dominum: ab eis qui audierunt in nos confirmata est: contestante deo signis et portentis et varijs virtutibus et spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem. Non enim angelis subiecit deo orbem terre futurum: de quo loquimur. Testatus est autem in quodam loco quis dicens. Quid est homo quod memor es eius: aut filius hominis quoniam visitas eum? Minuisti eum paulo minus ab angelis: gloria et honore coronasti eum: et constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius. In eo enim quod omnia ei subiecit: michil dimisit non subiectum ei. Nunc autem necdum videmus omnia subiecta ei. Eum autem qui modico quam angeli minoratus est videmus ihesum. propter passionem mortis gloria et honore coronatum: vt gratia dei pro omnibus gustaret mortem. Decebat enim eum propter quem omnia et per quem omnia: qui multos filios in gloriam adduxerat: auctorem salutis eorum per passionem consummari. Qui enim sanctificat et qui sanctificantur: ex vno omnes. Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare dicens. Nunciabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesie laudabo te. Et iterum. Ego ero fidens in eum. Et iterum. Ecce ego et pueri mei: quos dedit michi deus. Quia ergo pueri communicauerunt carni et sanguini: et ipse similiter participauit eisdem: vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium id est diabolum: et liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruitutis. Nusquam enim angelos apprehendit: sed semen abrahe apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus similari: vt misericors fieret et fidelis pontifex ad deum: vt repropiciaret delicta populi. In eo enim in quo passus est ipse et temptatus: potens est et eis qui temptantur auxiliari.

III

Vnde fratres sancti vocationis celestis participes: considerate apostolum et pontificem confessionis nostre ihesum: qui fidelis est ei qui fecit illum: sicut et moyses in omni domo eius. Amplioris enim glorie iste per moyse dignus est habitus: quanto ampliorem honorem habet domus qui fabricauit illam. Omnis nanq; domus fabricatur ab aliquo. Qui autem omnia creauit deus. Et moyses quidem fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus in testimonium eorum que dicenda erant: xpus vero tanquam filius in domo sua. Que domus sumus nos: si fiduciam et gloriam spei vsq; ad finem firmam retineamus. Quapropter sicut dicit spiritus sanctus hodie si vocem audieritis nolite obdurare corda vestra: sicut in exacerbatione secundum die

temptationis in deserto. Vbi temptauerũt me patres vestri: ꝓbauerũt ⁊ viderũt opa mea quadraginta ãnis. Propter qõ infensus fui generacõni huic: ⁊ dixi semp errant corde. Ipi aũt nõ cognouerũt vias meas: quibus iurauí in ira mea si introibũt in req̃em meam. Videte fratres: ne forte sit in aliquo vr̃m cor malũ incredulitatis discedendi a deo viuo. Sz adhortamini vosmetipos per singulos dies donec hodie cognominatur: vt nõ obdurer̃ quis ex vobis fallacia peccati. Participes enim cristi effecti sumus: si tamen initiũ substantie eius vsqz ad finẽ firmũ retineamus: dũ dicit̃ hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vra quẽadmodũ in illa exacerbacõne. Quidã enim audientes exacerbauerũt: ſz non vniuersi qui ꝓfecti sunt ab egipto per moysen. Quibz aũt infensus est quadraginta ãnis? Nõne illis qui peccauerũt: quorz cadauera ꝓstrata sũt in deserto? Quibus aũt iurauit non introire in requiẽ ipsius: nisi illis qui increduli fuerũt? Et videmus q̃ non potuer̃t introire in requiẽ ipi? ꝓpter incredulitatẽ.

Timeamus ergo: ne forte IIII relicta pollicitacõne introeũdi in req̃em eius existimet̃ aliquis ex nobis deesse. Etenim ⁊ nobis nũciatũ est quẽadmodũ ⁊ illis: ſz non ꝓfuit illis sermo auditus non admixtus fidei ex hijs que audierũt. Ingrediemur enim in requiẽ qui credidimus: quẽadmodũ dixit. Sicut iurauí in ira mea: si introibũt in requiẽ meã. Etquidẽ operibz ab institucõe mũdi ꝓfectis: dixit enim quodã loco de die septima sic. Et requieuit deus die septima ab omnibus operibus suis. Et in isto rursum. Si introibunt in requiẽ meã. Quomã ergo superest introire quosdam in illam: et hij quibz ꝓoribz ãnũciatũ est nõ introierũt ꝓpter incredulitatẽ: iterũ terminat diẽ quendã hodie in dauid dicendo post tantũ tẽporis sicut supra dictũ est: hodie si vocez eius audieritis nolite obdurare corda vestra. Nam si eis ihesus requiẽ ꝓstitisset: nunq̃ de alia loquer̃t post hac die. Itaqz relinquitur sabbatismus ꝓplo dei. Qui enim ingressus est in requiẽ eius: etiã ipse requieuit ab operibz suis sicut ⁊ a suis deus. Festinemus ergo ingredi in illam requiẽ: vt ne in idipm quis incidat incredulitatis exemplũ. Viuus est enim sermo dei ⁊ efficax ⁊ penetrabilior omni gladio ancipiti: et pingens usqz ad diuisionẽ anime ac spũs compagũ quoqz ac medullarz: et discretor cogitacõni et intencõnũ cordis. Et nõ est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia aũt nuda et aperta sũt oculis eius: ad quẽ nob sermo. Habentes ergo pontificem magnũ qui penetrauit celos ihesum filiũ dei: teneamus spi nostre cõfessionẽ. Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibz nostris: temptatũ autẽ p omnia ꝓ similitudine absqz peccato. Adeamus ergo cũ fiducia ad thronũ gratie eius: vt misericordiã consequamur ⁊ grazz inueniamus in auxilio oportuno.

Omis nãqz põtifex ex hominibz V assumptus ꝓhominibz constituitur in hijs que sũt ad deũ: vt offerat dona ⁊ sacrificia ꝓ peccatis. Qui cõdolere possit hijs qui ignorant ⁊ errãt: qm ⁊ ipe circũdatus est infirmitate: et ꝓpterea debet quẽadmodũ pro populo ita etiã ⁊ ꝓ semetipo offerre ꝓ peccatis. Nec quisq̃ sumit sibi honorem: ſz qui vocatur a deo tanq̃ aaron. Sic ⁊ xpus nõ semetipm clarificauit ut pontifex fieret: sed q̃ locutus est ad eum. Filius meus es tu: ego hodie genui te. Quemadmodũ ⁊ in alio loco dicit. Tu es sacerdos in eternũ: secũdm ordinẽ melchisedech. Qui in diebz carnis sue preces supplicacõnesqz ad eũ qui possit illũ saluũ facere a morte cũ clamore valido ⁊ lacrimis offerens: exauditus est ꝓ sua reuerentia. Et quidem cum esset filius dei didicit ex hijs q̃ passus est obedientiã: et consũmatus factus est omnibz obtemperãtibz sibi causa salutis eterne: appellatus a deo pontifex iuxta ordinẽ melchisedech. De quo nob grãdis sermo ⁊ interpretabilis ad dicẽdũ: qm imbeciles facti estis ad audiẽdũ. Et enim cũ deberetis magistri esse ꝓpter tempus: rursũ indigetis ut vos doceamini que sint elemẽta exordij sermonũ dei: ⁊ facti estis quibz lacte opus sit nõ solido cibo. Omis enim q̃ lactis ẽ particeps: expers ẽ sermonis iusticie. Paruulus enim est. Perfectorz autez est solidus cibus: eorz qui ꝓ ipa ꝓsuetudine exercitatos

habent sensus ad discrecōnem boni ac mali.

VI

Quapropter intermittentes inchoacōnis cristi fmonē ad pfectionem feramur: non rursū iacientes fundamentū penitēte ab operib mortuis. et fidei ad deū. baptismatū. doctrine. impositōnis q̄ manuū. ac resurrectionis mortuorū: et iudicij eterni. Et hec faciemus: si quidē pmiserit deus. Impossibile enim ē eos qui semel sūt illuminati. gustauerūt etiā donū celeste. et participes facti sūt spūs sancti: gustauerūt nichilominus bonū dei verbū. virtutesq̄ seculi venturi. et plapsi sūt. rursus renouari ad penitentiam: rursū crucifigētes sibimetipsis filiū dei. et ostentui habentes. Terra enim sepe venientem sup se bibens ymbrem q̄ germinās herbam opportunā illis a quibus colitur accipit benedictionē a deo: pferens aūt spinas ac tribulos reproba ē et maledicto pxima: cuius consūmacō in cōbustionē. Confidimus aūt de vobis dilectissimi meliora q̄ vicinora saluti: tamq̄ si ita loquim̄. Non enim iniust? deus ut obliuiscat̄ operis vestri q̄ dilectōis quā ostendistis in nomine ipsius: qui ministrastis sanctis q̄ ministratis. Cupimus aūt vnū quenq̄ vestrū eandē ostentare sollicitudinē ad expletionē spi vsq̄ in finē ut nō segnes efficiamini: verū imitatores eorum qui fide q̄ patientia hereditabūt pmissiōes. Abrahe nāq̄ pmittens deus. qm̄ neminem habuit p quē iuraret maiorem: iurauit per semetipm dicens. nisi benedicens benedicā tibi q̄ multiplicans multiplicabo te: et sic longanimiter ferens adeptus est repromissionem. Homines enim p maiorem sui iurant: et omnis controūsie eorū finis ad confirmationem. est iuramētum. In quo abūdātius volens deus ostendē pollicitationis heredib immobilitatē consilij sui. interposuit iusiurādum: ut p duas res immobiles quibus impossibile est mentiri deū. fortissimū solatiū habeamus qui confugimus ad tenēdam ꝓpositam spem: quam sicut anchoram habemus animē tutam ac firmā q̄ incedentē vsq̄ ad interiora velaminis: vbi p̄cursor p nobis introijt ihesus secundum ordinem melchisedech: pōtifex factus in etnū.

VII

Hic enim melchisedech rex salē sacerdos dei sūmi qui obuiauit abrahe regresso a cede regū. et bēdixit ei: cui q̄ decimas omnium diuisit abraham: p̄mū quidē qui interp̄tatur rex iusticie. deinde aūt q̄ rex salem q̄d est rex pacis: sine patre. sine matre. sine genealogia. neq̄ initū dierū neq̄ finem vite habēs: assimilatus aūt filio dei manet sacerdos in ꝓpetuū. Intuemini aūt quātus sit hic: cui q̄ decimas dedit de p̄cipuis abrahā patriarcha. Et quidē de filijs leui sacerdotiū accipientes. mandatū habent decimas sumē a ꝓplo secōm legē id ē a fratrib suis: quāq̄ et ipi exierint de lūbis abrahe. Cuius autē generacō non ānumerat̄ in eis. decimas sūpsit ab abrahā: et hūc qui habebat repromissiones benedixit. Sine vlla aūt contradictione: q̄d minus est a meliore benedicit̄. Et hic quidē decimas morientes homines accipiūt: ibi aūt contestat̄ quia viuit. Et ut ita dictū sit p abraham q̄ leui: qui decimas accepit decimatus ē. Adhuc enim in lūbis patris erat: quando obuiauit ei melchisedech. Si ergo cōsūmacō p sacerdotiū leuiticū erat. populus enim sub ipo legem accepit: q̄d adhuc necessariū fuit secōm ordinē melchisedech alū surgē sacerdotē q̄ non secūdū ordinē aaron dici? Translato enim sacerdotio: necesse est ut q̄ legis trāslacō fiat. In quo enim hec dicūtur de alia tribu est: de qua nullus altario p̄sto fuit. Manifestū est enim q̄ ex iuda ortus sit dñs noster: in qua tribu nichil de sacerdotib moyses locutus est. Et amplius adhuc manifestū est. si secūdū similitudinē melchisedech exsurgat alius sacerdos qui nō secōm legē mandati carnalis factus ē: sed secōm virtutē vite insolubilis. Contestatur enim: qm̄ tu es sacerdos in eternū secōm ordinem melchisedech. Reꝓbacō quidē fit p̄cedentis mandati ꝓpter infirmitatē eius et inutilitatē. Nichil enim ad pfectū adduxit lex. Introductio vero melioris spei p quā p̄ximamus ad deum: et quantū est. nō sine iureiurādo. Alij quidē sine iureiurādo sacerdotes facti sūt: hic autem cū iureiurādo p eū qui dixit ad illū. Iurauit dñs q̄ nō penitebit eū: tu es sacerdos in eternū. In tantū melioris testamēti sponsor factus est ihesus. Et alij quidem plures

facti sūt sacerdotes idcirco q̄ morte prohibe
rent pmanere: hic aūt eo q̄ maneat in eter
nū sempiternū habet sacerdotiū. Vnde & sal
uare in ꝓpetuū potest accedens p semetipm
ad deū: semp viuēs ad interpellandū p no
bis. Talis enim decebat ut nobis esset pon
tifex: sanctus·innocens·impollutus·segre
gatus a peccatoribꝫ·et excelsior celis factus.
Qui nō habet necessitatē quotidie quēad
modū sacerdotes prius p suis delictis ho
stias offerre: deinde p ꝓpli. Hoc enim fecit
semel se offerendo. Lex enim homines con
stituit sacerdotes infirmitatē habentes: ser
mo autem iurisiurandi qui post legem est.
filiū in eternū perfectum. VIII
Capitulū aūt super ea que dicūtur. Ta
lem habemus pontificē: qui cōsedit in dextera
sedis magnitudinis in celis·sanctorꝫ mi
nister·et tabernaculi veri: qd̄ fixit deus & nō
homo. Omnis enim pontifex ad offerendū
munera & hostias ostituit. Vnde necesse ē
et hūc habere aliquid qd̄ offerat. Si ergo
esset sup terrā: nec esset sacerdos cū essent
qui offerrent sc̄ōm legem munera q̄ exēpla
ria & vmbre deseruiūt celestiū: sicut responsū
est moysi cū consūmaret tabernaculū. Vide in
quit omia facto sc̄ōm exēplar: qd̄ tibi ostē
sum est in monte. Nūc aūt melius sortitus ē
ministeriū quāto & melioris testamēti medi
ator est: qd̄ in melioribꝫ repromissionibus
sanctitū est. Nam si illud prius culpa vacas
set: nō vtiq̄ secūdi locus inq̄reretur. Vituperans
enim eos dicit. Ecce dies venient dicit
dn̄s: et consūmabo sup domū israhel & sup do
mū iuda testamētū nouū: nō sc̄ōm testamē
tum qd̄ feci patribꝫ eorꝫ in die qua ap̄hēdi
manū eorꝫ ut educerē illos de terra egipti:
qm̄ ipi nō pmanserūt in testamento meo: et
ego neglexi eos dicit dn̄s. Quia hoc est te
stamētum qd̄ disponā domui israhel post die
s illos dicit dominus·dando leges meas
in mente eorꝫ et in corde eorꝫ supscribā eas:
et ero eis in deū: et ipi erūt michi in ꝓplm. Et
non docebit vnusquisq̄ pximū suū et vnus
quisq̄ fratrem suū dicēs cognosce dominū:
qm̄ omnes scient me a minore usq̄ ad maio
rem: q̄ ꝓpicius ero iniquitatibꝫ eorꝫ·et pec
catorꝫ eorꝫ iam non memorabor. Dicendo
autem nouū: veterauit prius. Quod autē
antiquat et senescit: ꝓpe interitū est. IX
Habuit quidē & prius iustificacōes cul
ture: et sanctū seculare. Tabernaculū
enim factū est primū·in quo erāt cādelabra
& mensa & ꝓposicō panū quod dicit sancta:
post velamentū aūtē·secundū tabernaculū
quod dicit sancta scōrꝫ aureū habēs thuri
bulū & archam testamēti circūtectā ex oīm
parte auro: in qua vrna aurea habēs man
na·et virga aaron·q̄ frondiuerat·et tabule
testamēti: superq̄ eā cherubim glorie obum
brantia ꝓpiatoriū: de quibꝫ non est modo
dicendū p singula. Hns vero ita cōpositis
in priori quidē tabernaculo semp introibāt
sacerdotes sacrificiorꝫ officia consūmātes:
in secundo aūt semel in āno solus pontifex
non sine sanguine quē offerret p sua et ꝓpli
ignorantia: hoc significante spū sancto·nō
dū ꝓpalatam esse scōrꝫ viaz adhuc prior
tabernaculo habente statū. Que parabola ē
temporis instantis: iuxta quā munera & ho
stie offerūt que nō possunt iuxta oscientiā
pfectū facere seruientē: solūmodo in cibis
et in potibꝫ & in varijs baptismatibꝫ & iusti
cijs carnis: usq̄ ad tēpus correctionis im
positis. Cristus aūt assistens pontifex futu
rorꝫ bonorꝫ p amplius & pfectius taberna
culū nō manufactū id est non huius creati
onis: neq̄ p sanguinē hircorꝫ aut vitulorꝫ
sed p ꝓpriū sanguinē introiuit semel in san
cta: eterna redemptione inuēta. Si enim
sanguis hircorꝫ et thaurorꝫ et cinis vitule
aspersus inq̄natos sanctificat ad emūdati
onem carnis: quantomagis sanguis crisi
qui p spiritū sanctū semetipm obtulit immac
ulatum deo emūdabit conscientiā nīram ab
opibꝫ mortuis ad seruiēdū deo viuēti. Et ideo
nouī testamenti mediator ē: ut morte inter
cedente in redēptionē earꝫ puaricacōnū·q̄
erant sub p̄ori testamēto: repromissionē ac
cipiāt q̄ vocati sūt eterne hereditatis. Vbi
enim testamētum: mors necesse est interce
dat testatoris. Testamentū enim in mortu
is confirmatū est. Alioquin nondū valet:
dū viuit qui testatus ē. Vnde nec p̄mū qui
dem sine sanguine dedicatū est. Lecto enim
omni mandato legis a moyse vniūso ꝓplo:

accipiens sanguinē vitulorꝫ et hircorꝫ cū a-
qua ⁊ lana coccinea ⁊ ysopo: ipm q̄q̄ librū et
omnē ꝑplm asperſit dicens. Hic ſanguis te-
ſtamenti: qd̄ mandauit ad vos deus. Etiaꝫ
tabernaculū ⁊ omia vaſa miniſterij ſangui-
ne ſimiliter aſperſit. Et oma pene in ſangui-
ne ſcdm legem mūdantur: et ſine ſanguinis
effuſione nō fit remiſſio. Neceſſe eſt ergo
exēplaria quidē celeſtiū hijs mūdari: ipſa
autē celeſtia melioribꝫ hoſtijs q̄ iſtis. Nō
enim in manufacta ſancta ihesus introijt ex-
emplaria verorꝫ: ſed in ipſū celū: ut appa-
at nūc vultui dei ꝑ nobis. Neq̄ ut ſepe offe-
rat ſemetipm: quēadmodū pontifex intrat
in ſancta per ſingulos ānos in ſanguine alie-
no. Alioquin oportebat eū frequenter pati
ab origine mūdi. Nūc aūt ſemel in conſum-
matione ſeculorꝫ · ad deſtitutionē peccati p
hoſtiā ſuam apparuit. Et quēadmodū ſta-
tutū eſt hominibꝫ ſemel mori · poſt hoc autē
iudicū: ſic ⁊ criſtus ſemel oblatus ē ad mul-
torꝫ exhauriendā peccata: ſecdo ſine pecca-
to apparebit ōmibꝫ expectāntibꝫ ſe in ſalutē.

X

Umbram enim habens lex futu-
rorꝫ bonorꝫ nō ipſam imaginē rerū:
per ſingulos annos eiſdem ipis hoſtijs q̄s
offerūt indeſinenter: nunq̄ poteſt accedē-
tes pfectos facē. Alioquin ceſſaſſent offer-
ri: ideo q̄ nullā haberēt vltra cōſcientiā pec-
cati cultores ſemel mūdati. Sed in ipſis cō-
memoratio peccatorꝫ per ſingulos ānos fit.
Impoſſibile enim eſt ſanguine thaurorꝫ et
hircorꝫ auferri peccata. Ideo ingrediēs mū-
dū dicit. Hoſtiā ⁊ oblationē noluiſti: corp?
aūt aptaſti michi. Holocauſtomata ⁊ ꝑ pec-
cato nō tibi placuerūt. Tūc dixi. Ecce venio.
In capite libri ſcriptū eſt de me: ut faciā de?
volūtate tuā. Superius dicens · q̄ hoſtias
et oblationes ⁊ holocauſtomata ⁊ ꝑ peccato
noluiſti · nec placita ſūt tibi que ſcdm legē
offerūtur · tūc dixi ecce venio · ut faciam deus
volūtatē tuā: aufert ꝑmū ut ſequēs ſtatuat.
In qua volūtate ſanctificati ſumus: ꝑ obla-
tionē corpis ihesu criſti ſemel. Et omnis qui-
dem ſacerdos ꝑſto eſt quotidie miniſtrās:
et eaſdem ſepe offerens hoſtias que non
poſſunt auferre peccata. Hic aūt vnā ꝑ pec-
catis offerēs hoſtiam in ſempiternū ſedet
in dextra dei: de cetero expectans donec po-
nant inimici eius ſcabellū pedū eius. Vna
enim oblatione conſumauit in ſempiternū
ſanctificatos. Contestatur aūt nos ⁊ ſpirit?
ſanctus. Poſtq̄ enim dixit. Hoc aūt teſta-
mentū q̄d̄ teſtabor ad illos poſt dies illos
dicit dōs dādo leges meas in cordibꝫ eorꝫ
et in mētibꝫ eorꝫ ſupſcribā eas: et peccatorꝫ
et iniquitatū eorꝫ iam nō recordabor: ampli-
us. Vbi aūt horꝫ remiſſio: iā nō ē oblatio ꝑ
peccato. Habentes itaq̄ fratres fiduciā in
introitu ſanctorꝫ in ſanguine criſti quā inici-
auit nobis viam nouā ⁊ viuentē · ꝑ velamē
id ē carnē ſuā: et ſacerdotē magnū ſuper do-
mū dei: accedamus cū vero corde in plenitu-
dine fidei aſperſi corda a cōſcientia mala: et
abluti corpus aqua mūda: teneamus ſpei
noſtre confeſſionē indeclinabilem. Fidelis
enī eſt q̄ repromiſit. Et cōſideremus mutuē
in ꝑuocationem caritatis ⁊ bonorꝫ operū: nō
deſerentes collectionē noſtrā ſicut conſuetu-
dinis eſt quibuſdam ſ̄ conſolantes: et tanto
magis quanto videritis appropinquantem
diem. Volūtarie enim peccantibꝫ nobꝫ poſt
acceptā noticiaꝫ veritatis iam nō relinquit
pro peccatis hoſtia: terribilis aūt quedam
expectatio iudicij et ignis emulatio: que cō-
ſumptura eſt adūſarios. Irritā quis faciēs
legem moyſi ſine vlla miſeratione duobꝫ vel
tribus teſtibus moritur: quanto magis pu-
tatis deteriora mereri ſupplicia qui filiū dei
conculcauerit · et ſanguinē teſtamēti polluti
duxerit · in quo ſanctificatus ē · ⁊ ſpiritui gra-
tie contumeliam fecerit? Scimus enim qui
dixit. Michi vindictā: ego retribuā. Et ite-
rum. Quia iudicabit dōs ꝑplm ſuum. Hor-
rendū eſt incidē in manus dei viuentis. Re-
memoramini aūt priſtinos dies in quibus
illuminati magnum certamen ſuſtinuiſtis
paſſionū: et in altero quidem oprobrijs ⁊
tribulationibꝫ ſpectaculū facti: in altero au-
tem ſocij taliter conuſantū effecti. Nam et
vinctis compaſſi eſtis: et rapinam bonorꝫ
veſtrorꝫ cū gaudio ſuſcepiſtis: cognoſcen-
tes vos habere melioremet manentem ſub-
ſtantiam. Nolite itaq̄ amittē cōfidentiā ve-
ſtram: que magnam habet remunerationē.
Patiētia enī vobꝫ neceſſaria eſt: ut volūtatē

dei facientes repo:tetis ꝓmissionē. Adhuc
enim modicū aliquātulūq; qui venturus ē
veniet ⁊ non tardabit: iustus aūt meus ex
fide viuit. Quod si sꝑtraxerit se: nō placebit
aie mee. Nos aūt nō sumus sꝑtractionis filij
in ꝑdicōē: sed fidei in acquisitionē anime.

Est autem fides sperandarū XI
substantia rerū argumentū non appa-
rentiū. In hac enim testimoniū cōsecuti sūt
senes. Fide intelligimus aptata esse secula
verbo dei: ut ex inuisibilibus visibilia fierent.
Fide plurimā hostiam abel q̄ cayn obtulit
deo: ꝑ quā testimoniū consecutus est esse iu-
stus: testimoniū ꝑhibente muneribus eius
deo: et ꝑ illā defunctus adhuc loquit'. Fide
enoch translatus ē ne videret mortē: et nō
inueniebat' quia trāstulit illum dnūs. Ante
trāslacōnē enī testimoniū habuit placuisse
deo. Sine fide aūt impossibile est placere
deo. Credē enim opo:tet accedentē ad deū
quia est: et inquirentibus se remunerato: sit.
Fide noe responso accepto de hijs que ad-
huc nō videbant' metuens aptauit archā
in salutē domus sue: per quā damnauit mū-
dū: et iusticie que ꝑ fidem ē hereditatē ē institu-
tus. Fide qui vocat' abraham obediuit in lo-
cū exire quē acceptūrus erat in hereditatē:
et exijt nescaens quo iret. Fide demoratus ē
in terra repromissionis tanq̄ in aliena: in
casulis habitando cū ysaac et iacob coher-
dibus repromissionis eiusdē. Exspectabat
enim fundamenta habentē ciuitatē: cuius
artifex ⁊ conditor deus. Fide et ipsa sara ste-
rilis virtutē in cōceptione seminis accepit.
etiam ꝑter tempus etatis: qm̄ fidelē credi-
dit esse eū qui repromiserat. Propter qō ⁊
ab vno ortī sūt: et hoc emortuo tanq̄ sidera
celi in multitudinē: et sicut arena que est ad
orā maris innumerabilis. Juxta fidē defun-
cti sūt omēs isti nō acceptis repromissiōm-
bus: sed a longe eas aspicientes ⁊ salutan-
tes: et confitentes q̄ peregrini et hospites
sunt sup terrā. Qui enim hoc dicūt: significa-
nt se patriā inquirere. Et si quidē ipsius
meminissent de qua exierūt: habebāt vtiq;
tempus reūtendi. Nunc aūt meliorē appe-
tūt: id ē celestem. Ideo nō confundit' deus
vocari deus eorū. Parauit enī illis ciuitatē.

Fide obtulit abraham ysaac cū temptaret'.
et vnigenitū offerebat in quo susceperat re-
promissiones: ad quē dictū est q̄ in ysaac
vocabitur tibi semen: arbitrans q̄ et a mor-
tuis suscitare potens est deus. Vnde eū ⁊ in
parabolam accepit. Fide et de futuris bene-
dixit ysaac iacob ⁊ esau. Fide iacob moriēs
singulos filiorū ioseph benedixit: et adora-
uit fastigiū virge eius. Fide ioseph moriēs
de ꝑfectione filiorū israhel memoratus ē: et
de ossibus suis mādauit. Fide moyses natus
occultatus ē mensibus tribus a parentibus suis
eo q̄ vidissent elegantē infantē: et nō timu-
erūt regis edictū. Fide moyses grandis fa-
ctus negauit se esse filium filie pharaonis:
magis eligēs affligi cū ꝓplo dei q̄ tēporalis
peccati habere iocūditatē: maiores diuicias
estimans thesauro egipcōrū imperiū cristi.
Aspiciebat enim in remuneracōnem. Fide
reliquit egiptū: nō veritus āmositatē regis.
Inuisibilē enim tanq̄ videns sustinuit. Fide
celebrauit paschā ⁊ sanguinis effusionē: ne
qui vastabat ꝑmitua tangeret eos. Fide
transierūt mare rubrū tanq̄ ꝑ aridaz terrā:
quod experti egiptij deuorati sūt. Fide muri
iericho corruerūt circuitu diebus septē. Fide
raab meretrix nō perijt cū incredulis: exci-
piens exploratores cū pace. Et q̄d adhuc
dicā? Deficiet enim me tempus enarrātem
de gedion barach samson iepte dauid sa-
muhel et ꝓphetis: qui ꝑ fidē vicerūt regna
operati sūt iusticiā: adepti sunt repromissio-
nes. Obturauerūt ora leonū: extinxerūt impe-
tū ignis. Effugarūt aciem gladij: conualue-
rūt de infirmitate: fortes facti sunt in bello.
Castra verterūt exterorū: acceperūt mulie-
res de resurrectione mortuos suos. Alij aūt
distenti sūt non suscipientes redemptionē:
ut meliorē inuenirēt resurrectionē. Alij vero
ludibria et verbera experti insup ⁊ vincula et
carceres: lapidati sūt secti sūt tēptati sunt:
in occisione gladij mortui sūt. Circuierūt in
melotis in pellibus caprinis: egētes angusti-
ati afflicti quibus dignus non erat mūdus:
in solitudinibus errantes in montibus et spe-
lūcis ⁊ in cauernis tre. Et hij omēs testimo-
nio fidei ꝑbati nō acceperūt repromissionē:
deo ꝑ nobis melius aliquid ꝑuidēte: ut nō

sine nobis consummarentur. XII

Deoq; et nos tantā habētes impositā nubē testiū: deponētes omne pondus ⁊ circūstās nos peccatū per patiētiā curramus ad ꝓpositū nobis certamē. aspicientes in auctorē fidei. et consūmatorē ihesū: qui ꝓposito sibi gaudio sustinuit crucē. confusione contempta atq; in dextera sedis dei sedet. Recogitate enim eū qui talē sustinuit a peccatoribus adūsum semetipm contradictionē: ut ne fatigemini animis vestris deficiētes. Nondū enim usq; ad sanguinē restitistis aduersus peccatū repugnātes: et obliti estis consolationis que vobis tanq̄ filijs loquit̄ dicens. Fili mi noli negligē disciplinā domini: neq; fatigeris dū ab eo argueris. Quē enim diligit dōs castigat: flagellat aūt omnē filiū quē recipit. In disciplina pseuerate. Tanq̄ filijs vobis offert se deus. Quis enim filius quem non corripit pater? Quod si extra disciplinā estis. cuius pticipes facti sūt omes: ergo adulteri et non filij estis. Deinde patres quidem carnis nostre eruditores habuimus: et reuerebam̄ eos. Num multomagis obtemperabimus patri spirituū ⁊ viuemus? Et illi quidē in tēpore paucoꝝ dieꝝ secōm voluntatē suā eruiebant nos: hic aūt ad id qd vtile est in recipiēdo sanctificacōꝝ eius. Omnis aūt disciplina in pseni quidez videtur nō esse gaudij. sed meroris: postea aūt fructū pacatissimū exercitatis per eam reddet iusticie. Propter quod remissas manus et soluta genua erigite: et gressus rectos facite pedibus vestris. vt non claudicans quis erret: magis aūt sanetur. Pacē sequimini cum ommbus et sanctimoniam: sine qua nemo videbit deū. Contēplantes. ne quis desit gratie dei: ne qua radix amaritudinis sursū germinans impediat: et per illam inquinētur multi. Ne quis fornicator aut ꝓphanus ūt esau: q̄ ꝓpter vnā escam vendidit p̄imitiua sua. Scitote enī: qm̄ ⁊ postea cupiēs hereditare benedicōez reprobatus est. Non enī inuenit penitētie locū: quanq̄ cum lacrimis inquisisset eam. Non enim accessistis ad tractabilē ⁊ accessibilē ignem et turbinez. et caligines et procellam ⁊ tube sonū et vocem verboꝝ: quā qui audierunt excusauerūt se ne eis fieret verbū. Non enī portabāt quod dicebat̄: et si bestia tetigerit montē lapidabitur. Et ita terribile erat qd̄ videbat̄. Moyses dixit. Exterritus sum et tremebūdus. Sed accessistis ad syon mōtē ⁊ ciuitatē dei viuētis ihrlim celestē. et multoꝝ miliū angeloꝝ frequētiā. et ecclesiā primitiuoꝝ qui conscripti sūt in celis: et iudicē omniū deū ⁊ spiritus iustoꝝ pfectoꝝ. et testamenti noui mediatorē ihesum: et sanguinis aspersionē. melius loquentē q̄ abel. Videte ne recusetis loquentē. Si enim illi non effugerūt recusantes eum qui sup terrā loquebatur. multomagis nos qui de celis loquentē nobis auertimus: cuius vox mouit terrā tūc: nūc autē repromittit dicens. Adhuc semel: et ego mouebo nō solū terrā sed et celū. Qd̄ aūt adhuc semel dicit: declarat mobiliū translacōnez tanq̄ factoꝝ: ut maneant ea que sūt immobilia. Itaq; regnū immobile suscipiētes habemus grāz: p quā seruiamus placētes deo cū metu ⁊ reuerētia. Etenī deus noster ignis consumēs ē. XIII

Caritas fraternitatis maneat in vobis: et hospitalitatē nolite obliuisci. Per hanc enim placuerūt quidam angelis hospicio receptis. Memētote vinctoꝝ tanq̄ simul vincti: et laborantiū tanq̄ ⁊ ipsi in corpore morātes. Honorabile conubiū in ōmibus: et thorus immaculatus. Fornicatores enim ⁊ adulteros iudicabit deus. Sint mores sine auaricia: contenti pseniis. Ipse enim dixit. Nō te deseram neq; derelinquā: ita ut confidenter dicamus. Dominus michi adiutor est: nō timebo quid faciat michi homo. Memētote ꝓpositoꝝ vestroꝝ qui vobis locuti sūt verbū dei: quoꝝ intuentes exitū conuersacōnis. imitamini fidem. Ihesus cristus heri ⁊ hodie: ipse ⁊ in secula. Doctrinis varijs et peregrinis nolite abduci. Optimū ē enim gratia stabilire cor: nō escis que nō pfuerūt ambulāntib̄ in eis. Habemus altarē: de quo edere nō habent potestatē qui tabernaculo deseruiūt. Quoꝝ enim animaliū inferūt̄ sanguis p peccō in sancta p pontificē: hoꝝ corpora cremant̄ extra castra. Propter quod et ihesus ut sanctificaret p suū sanguinē populū. extra portā passus est. Exeamus igit̄

ad eū extra castra: improperiū eius portā-
tes. Non enim habemus hic manentē ciui-
tatē: sed futurā inquirimus. Per ipm ergo
offeramus hostiam laudis semp deo: id est
fructū labiorū ofitentiū nomini eius. Bene-
ficientie autē ⁊ cōmunionis nolite obliuisci.
Talib⁹ enim hostijs pmeretur deus. Obedi-
te ꝓpositis vestris: et subiacete eis. Ipsi enī
pnigilant quasi rationē p ānimabus vris
reddituri: ut cū gaudio hoc faciāt: ⁊ nō ge-
mentes. Hoc enim nō expedit vobis. Ora-
te p nobis. Confidimus enim q; bonā ōscī-
entiā habemus: in omnib⁹ bene volētes con-
uersari. Amplius autē depco: vos hoc face-
re: quo celerius restituar vobis. Deus au-
tem pacis qui eduxit de mortuis pastorem
magnū ouiū in sanguine testamenti eterni
dnm nostrū ihesū cristū. aptet vos in omni
bono vt faciatis eius voluntatē: faciens in
vobis quod placeat coram se p ihm xpm:
cui est gloria in secula seculorū amē. Rogo
autē vos fratres: ut sufferatis verbū solatij.
Etenim perpaucis scripsi vobis. Cognosca-
te fratrem vestrū thimotheū dimissum: cum
quo si celerius venerit videbo vos. Saluta-
te omnes ꝓpositos vestros: et omnes sanctos.
Salutant vos de ytalia fratres. Gratia cū
omnib⁹ vobis amē. Explicit epla ad hebreos.

gna dissensio facta esset: timens tribunus
ne discerperetur paulus ab ipsis. iussit mili-
tes descendē et rapere eū de medio eorū: ac
deducere eū in castra. Sequēti autē nocte
assistens ei dñs ait. Constans esto. Sicut
enim testificatus es de me in ihrusalē: sic te
oportet et rome testificari. Facta aūt die col-
legerūt se quidā ex iudeis: et deuouerūt se
dicētes neq māducaturos neq bibituros:
donec occiderent paulū. Erant aūt plus q̄
quadraginta viri qui hanc coniuracōnem
fecerant: qui accesserūt ad pncipes sacerdo-
tum et seniores: et dixerūt. Deuotione deuo-
uimus nos michil gustaturos: donec occida-
mus paulū. Nunc ergo vos notū facite tri-
buno cū consilio: ut p ducat illū ad vos tan-
q̄ aliquid certius cognituri de eo. Nos ve-
ro priusq̄ appropiet parati sumus interficē
illū. Quod cū audisset filius sororis pauli
insidias: venit et intrauit in castra: nūciauit
q paulo. Vocans autē paulus ad se vnū
ex centuriōnib ait. Adolescentē hunc ad-
duc ad tribunū. Habet enim aliquid indi-
care illi. Et ille quidē assumens eum: duxit
ad tribunū et ait. Vinctus paulus rogauit
me hūc adolescentē p ducē ad te: habentē
aliquid loqui tibi. Apphendens autē tribu-
nus manū illius secessit cū eo seorsū: et inter-
rogauit illū. Quid est quod habes indicare
michi? Ille aūt dixit. Iudeis conuenit rogare
te ut crastina die p ducas paulū in ꝯciliū. q̄
aliq̄d certius inquisituri sint de illo: tu vero
ne credideris illis. Insidiantur enī ei ex eis vi-
ri amplius q̄ quadraginta: qui se deuouerū
nō manducare neq bibere donec inter-
ficiant eū: et nūc parati sūt expectātes pro-
missum tuū. Tribunus igitur dimisit adole-
scentē: p̄cipiens ne cui loqueretur: qm̄ hec

nota sibi fecisset. Et vocatis duobus centurio-
nibus dixit illis. Parate milites ducentos
ut eant usq; cesaream: et equites septuaginta
et lancearios ducentos a tercia hora noctis:
et iumenta ꝓparare: vt imponentes paulum:
saluum pducerent ad felicem presidem. Ti-
muit enim ne forte raperent eum iudei et occi-
derent. et ipse postea calumniam sustineret:
scribens et epistolam continentem hec. Clau-
dius lisias: optimo presidi felici salutem: Vi-
rum hunc comprehensum a iudeis et incipientem
interfici ab eis. supueniens cum exercitu eri-
pui cognito q; romanus est: volensq; scire
causam quam obiciebant illi deduxi eum in con-
cilium eorum. Quem inuenni accusari de questioni-
bus legis ipsorum: nichil vero dignum morte
aut vinculis habentem crimen. Et cum michi
perlatum esset de insidijs quas parauerant illi
misi eum ad te: denuncians et accusatoribus ut
dicant apud te: Vale. Milites vero secum
preceptum sibi assumentes paulum duxerunt per
noctem in antipatridem: et postera die di-
missis equitibus ut cum eo irent: reuersi sunt
ad castra. Qui cum venissent cesaream tradi-
dissent epistolam presidi: statuerunt ante illum
et paulum. Cum legisset autem et interrogassi de
qua prouincia esset: et cognoscens q; de cili-
cia: audiam te inquit cum accusatores tui vene-
rint. Iussitq; in pretorio herodis custodiri eum.

XXIIII

Post quinq; autem dies descendit princeps sacerdotum ananias
cum senioribus quibusdam et tertullo quodam
oratore: qui adierunt presidem adusus paulum.
Et citato paulo: cepit accusare tertullus di-
cens. Cum in multa pace agamus per te et
multa corrigantur per tuam prouidentiam: semp
et vbiq; suscipimus optime felix cum omni
gratiarum actione. Ne diucius autem te ptra-
ham: oro breuiter. ut audias nos pro tua
clementia. Inuenimus hunc hominem pestifer-
um et concitantem sedicionem omnibus iudeis
in vniuerso orbe. et auctorem sedicionis secte
nazarenorum: qui etiam templum violare cona-
tus est: quem et apprehensum voluimus secum
legem nostram iudicare. Supueniens autem
tribunus lysias cum vi magna eripuit eum de
manibus nostris iubens accusatores eius ad
te venire: a quo poteris ipe iudicans de omnibus
istis cognoscere: de quibus nos accusamus
eum. Adiecerunt autem et iudei: dicentes hec
ita se habere. Respondit autem paulus: annu-
ente sibi preside dicere. Ex multis annis te
esse iudicem genti huic sciens: bono animo
pro me satisfaciam. Potes enim cognoscere
quia non plus sunt michi dies q̃ duodecim
ex quo ascendi adorare in ierlim: et neq; in
templo inuenerunt me cum aliquo disputantem
aut concursum facientem turbe. neq; in synago-
gis neq; in ciuitate: neq; probare possunt
tibi de quibus nunc me accusant. Confiteor
autem hoc tibi q; secum sectam quam dicunt here-
sim sic deseruio patri et deo meo: credens o-
mnibus que in lege et ꝓphetis scripta sunt:
spem habens in deum quam et hij ipsi expectant.
resurrectionem futuram iustorum et iniquorum. In
hoc et ipse studio sine offendiculo oscientiam
habere ad deum: et ad homines semper. Post
annos autem plures elemosinas facturus
in gentem meam veni. et oblacones a vota: in
quibus inuenerunt me purificatum in templo:
non cum turba neq; cum tumultu. Et apprehen-
derunt me: clamantes et dicentes. Tolle imi-
micum nostrum. Quidam autem ex asya iudei q̃s
oportebat apud te presto esse et accusare si
quid haberet aduersum me: aut hij ipsi dicant
si quid inuenerunt in me iniquitatis cum stem
in concilio: nisi de vna hac solummodo voce
qua clamauit inter eos stans: quia de resurre-
ctione mortuorum ego iudicor hodie a vobis.
Distulit autem illos felix: certissime sciens de
via hac dicens. Cum tribunus lysias descen-
derit audiam vos. Iussitq; centurioni custo-
dire eum et habere requiem: nec quenq̃ de suis
prohibere ministrare ei. Post aliquot autem
dies veniens felix cum drusilla vxore sua que
erat iudea vocauit paulum: et audiuit ab eo
fidem que est in xpm ihesum. Disputante autem
illo de iusticia et castitate et de iudicio futuro:
tremefactus felix respondit. Quod nunc attin-
net vade: tempore autem opportuno accersiam
te: simul et sperans q; pecunia ei daretur a
paulo: propter quod et frequenter accersi-
ens eum loquebatur cum eo. Biennio autem
expleto: accepit successorem felix portium fe-
stum. Volens autem gratiam prestare iu-
deis felix: reliquit paulum vinctum.

XXV

Festus ergo cū venisset in prouinciā:
post triduū ascendit ihrosolimam a
cesarea. Adierūtq; eū principes sacerdotū et
primi iudeorū aduersus paulū: et rogabāt
eum postulantes gratiā adūsus eū ut iube-
ret p̄duci eum in ihrlm: insidias tendentes
ut interficerent eū in via. Festus aūt respon-
dit seruari quidem paulū in cesarea: se autē
maturius p̄fecturū. Qui ergo in vobis ait
potentes sunt descendentes simul: si qd̄ est
in viro crimen accusent eū. Demoratus aūt
inter eos dies non amplius q̄ octo aut de-
cem descēdit cesareā: et altera die sedit pro
tribunali: et iussit paulū adduci. Qui cū per-
ductus ēsset circūsteterūt eū qui ab iherosо-
lima descēderāt iudei multas & graues cau-
sas obicientes quas nō poterant probare:
paulo racōnem reddente: qm̄ neq; in legē
iudeorū. neq; in templū. neq; in cesarē quic-
q̄ peccaui. Festus aūt volens gratiā p̄stare
iudeis: respondēs paulo dixit: Vis iherosо-
limā ascendere: et ibi de hijs iudicari apud
me? Dixit aūt paulus. Ad tribunal cesaris
sto: ibi me oportet iudicari. Iudeis non no-
cui: sicut tu melius nosti. Si enim nocui aut
dignū morte aliquid feci: non recuso mori.
Si vero nichil ē eorū que hij accusant me:
nemo potest me illis donare. Cesarem appel-
lo. Tunc festus cū ꝯsilio locutus respondit.
Cesarē appellasti: ad cesarem ibis. Et cū die-
es aliquot transacti essent: agrippa rex et
bernice descenderunt cesareā ad salutandū
festū. Et cū dies plures ibi morarent: fest?
regi indicauit de paulo dicens: Vir quidā
est derelictus a felice vinctus: de quo cum es-
sem iherosolimis adierūt me principes sacer-
dotum et seniores iudeorū: postulantes ad-
uersus illū damnationē. Ad quos respon-
di: quia nō est romanis consuetudo donare
aliquē hominē prius q̄ is qui accusatur pre-
sentes habeat accusatores: locūq; defenden-
di accipiat ad abluenda crimina q̄ ei obica-
untur. Cū ergo huc conuenissent: sine vlla
dilatione in sequēti die sedens p̄ tribunali
iussi adduci virū. De quo cū stetissent accu-
satores nullā causam deferebant de quibus
ego suspicabar malū: questiones vero quas-
dam de sua sup̄sticōne habebant aduersus
eum: et de quodā ihu defuncto quē affirma-
uerāt paulus viuere. Dubitans autem ego de
huiusmodi questione: dicebam si vellet ire
ihrosolimam: et ibi iudicari de istis. Paulo
autē appellante ut seruarēt ad augusti co-
gnicōnem: iussi seruari eū donec mittā eum
ad cesarem. Agrippa aūt dixit ad festū. Vo-
lebam et ipse hominē audire. Cras inquit
audies eū. Altera aūt die cū venissēt agrippa
et bernice cū multa ambitione et introissent
in auditoriū cū tribunis et viris principali-
bus ciuitatis: iubente festo adductus ē paulus.
Et dixit festus. Agrippa rex & omnes q̄ simul
adestis nobiscū viri: videtis hūc hominem
de quo omnis multitudo iudeorū interpel-
lauit me ihrosolimis petentes & acclamā-
tes: non oportere eum viuē amplius. Ego
vero comperi michil dignū morte eū admi-
sisse. Ipso autē hoc appellante: ad augustū
iudicium mittere. De quo quid certū scribā
dño non habeo: ꝓpter quod perduxi eū ad
vos et maxime ad te rex agrippa: ut inter-
rogacōne facta habeam quid scribam. Si-
ne ratione enī michi videt mittere vinctū:
et causas eius non significare.

XXVI

Agrippa vero ad paulū ait. Permittit
tibi loqui pro temetipso. Tunc paul?
extenta manu cepit rationem reddere. De
omnibus quibus accusor a iudeis rex agrippa
estimo me beatū apud te. cū sim defensurus
me hodie: maxime te sciente omnia q̄ apud
iudeos sūt ꝯsuetudines et questiones: pro-
pter quod obsecro patienter me audias. Et
quidē vitam meā a iuuentute que ab inicio
fuit in gente mea in ihrosolimis nouerunt
omnes iudei: p̄scientes me ab inicio si velint
testimoniū phibere qm̄ secōm certissimam se-
ctam nostre religionis vixi phariseus. Et
nūc in spe que ad patres nostros repromis-
sionis facta est a deo. sto iudicio subiectus:
in qua duodecim tribus nostre nocte et die
deseruientes sperant deuenire. De qua spe
accusor a iudeis rex. Quid incredibile iudi-
catur apud vos si deus mortuos suscitat? Et
ego quidē estimauerā me adūsus nomen
ihesu nazarenum debere multa contraria agere:
quod & feci ihrosolimis. Et multos sancto-
rum ego in carceribus inclusi a principibus

sacerdotū potestate accepta: et cū occiderē-
tur detuli sententiā. Et p omēs synagogas
frequenter punīēs eos · opellebā blasphe-
mare: et āplius insaniēs in eos · psequebar
usqz in exteras ciuitates. In quibz dū irem
damascū · cū potestate ⁊ pmissu principum
sacerdotū: die media in via vidi rex de celo
supra splendorē solis circūfulsisse me lumē
et eos qui mecū simul erant: omesqz nos cū
decidissemus in terrā audiui vocē loquētē
michi hebraica lingua. Saule saule quid
me persequeris? Durum est tibi contra sti-
mulū calcitrare. Ego autem dixi. Quis es
domine? Dominus aūt dixit. Ego sū ihūs:
quē tu psequeris. Sed exsurge: ⁊ sta supra
pedes tuos. Ad hoc enim apparui tibi · ut cō-
stituam te ministrū ⁊ testē eorz q̄ vidisti et
eorz quibz apparebo tibi: eripiēs te de plis
et gentib̄z in quas nūc ego mitto te · apire
oculos eorz ut auertant̄ a tenebris ad lu-
cem · et de potestate sathane ad deū: ut acci-
piant remissionē peccatorz: et sortem inter
sanctos p fidem q̄ est in me. Unde rex agrip-
pa non fui incredulus celesti visiōi: ſ hijs
qui sunt damasci primū ⁊ ihero solimis et in
omnē regionē iudee · et gentib̄z annūciabā.
ut penitētiā ageret̄ · et auerterent̄ ad deuz:
digna penitētie opera facientes. Hac ex cau-
sa me iudei cū essem in templo oprehensum
tēptabāt interficere. Auxilio aūt adiutus
dei usqz in hodiernū diē sto testificās mino-
ri atqz maiori: michil extra dicēs q̄ que pro-
phete locuti sūt futura esse ⁊ moyses: si passi-
bilis cristus · si primus ex resurrectōe mor-
tuorz lumen annūciaturus est populo ⁊ gē-
tibus. Hec loquēte eo ⁊ rationē reddente:
festus magna voce dixit. Insanis paule.
Multe te littere ad insaniā auertūt. Et pau-
lus nō insanio inquit optūe feste: ſ veritatis
⁊ sobrietatis vba loquor. Scit enī de hijs
rex: ad quē ⁊ constanter loquor. Latere enim
eum michil horz arbitror. Neqz enim in an-
gulo quicq̄ horz gestum est. Credis rex
agrippa ꝓphetis? Scio q̄ credis. Agrippa
autē ad paulū. In modico suades me cri-
stianū fieri. Et paulus. Opto apud deum ⁊
in modico ⁊ in magno: non tantū te · ſ etiaz
omēs qui audiunt hodie fieri tales qualis
et ego sū: exceptis vinculis hijs. Et exsurre-
xit rex ⁊ pses ⁊ bernice et qui assidebant eis.
Et cū secessissent · loquebāt̄ ad inuicē dicē-
tes: q̄ michil morte aut vinculorz dignū q̄d
fecit homo iste. Agrippa autē festo dixit. Di-
mitti poterat hō hic: si nō appellasſ cesarem.

XXVII

Ut autē iudicatū est na-
uigare eū in ytaliā ⁊ tradi paulū cum
reliquis custodijs centurion nomine iulio
cohortis auguste: ascendētes nauem adru-
mentinaz incipientē nauigare · circa asie loca
sustulimus: pseuerāte nobiscum aristarcho
macedone thessalomcense. Sequēti autez
die venimus sydonē. Humane aūt tractās
iulius paulū pmisit ad amicos ire: et curam
sui agere. Et inde cū sustulissemus sub nau-
gauimus cyprū: ꝓterea q̄ essent venti con-
trarij. Et pelagus cilicie ⁊ pāphilie nauigā
tes venimus listrā que est licie: et ibi inuen-
ens centurio nauē alexandrinā nauigantē
in ytaliā: transposuit nos in eā. Et cū multis
dieb̄z tarde nauigaremus ⁊ vix deuenissem?
contra gnydū: ꝓhibēte nos vento adnau-
gauimus crete iuxta salmonē. Et vix iuxta
nauigantes venimus in locū quendam qui
vocat̄ bomportus: cui iuxta erat ciuitas tha-
lassa. Multo autem tempore pacto et cū iā
nō esset tuta nauigatio eo q̄ et ieiunū iam
pterisset: ꝓsolabat̄ eos paulus dicens eis.
Viri: video quoniā cū iniuria ⁊ multo dāno
nō solū oneris ⁊ nauis: sed etiā aiarz nrarz
incipit esse nauigatio. Centurio aūt guber-
tori ⁊ nauclero magis credebat: q̄ hijs q̄
a paulo dicebantur. Et cū aptus portus non
esset ad hyemandū: plurimi statuerūt con-
siliū nauigare inde si quo modo possent de-
uenētes phenicen hyemare portuz crete re-
spiciētem ad affricū ⁊ ad chorū. Aspirāte au-
tem austro estimātes ꝓpositū se tenere: cum
subtulissent de ason · legebāt cretam. Non
post multū autē misit se contra ipam ventus ty-
phonicus: qui vocat̄ euroaquilo. Cunqz ar-
repta esset nauis · et nō posset conari in vētū:
data naue flatib̄z ferebamur. In insulā autē
quandā decurrētes que vocatur cauda: po-
tuimus vix obtinere scapham. Qua sublata
adiutorijs vtebātur accingētes nauē: timē-
tes ne in syrtim inciderent: summisso vase sic

ferebant: Valida aūt nobis tēpestate iactatis. sequenti die iactum fecerūt: et tercia die suis manib⁹ armamenta nauis ꝓiecerūt. Neq; aūt sole neq; sideribꝫ apparentib⁹ ꝑ plures dies et tempestate nō exigua imminente: iam ablata erat spes omnis salutis nostre. Et cum multa ieunatio fuisset: tunc stans paulus in medio eorꝫ dixit. Oportuit erat quidem o viri audito me nō egredi a creta: lucriq; facere iuriā hanc et iacturā. Et nūc suadeo vob⁹ bono animo esse. Amissio enim nullius anime erit ex nobis: ꝑterq̄ nauis. Astitit enim michi hac nocte angelus dei cuius sum ego et cui deseruio dicens. Ne timeas paule: cesari te oportet assistere. Et ecce donauit tibi deus oēs qui nauigant tecū. Propter quod bono animo estote viri. Credo enim deo: quia sic erit quēadmodū dictū est michi. In insulā aūt quandā oportet nos deuenire. Sed postea q̄ quartadecima nox supuenit: nauigantib⁹ nobis in adria circa mediā noctē suspicabant nauta apparere sibi aliquā regionē. Qui et sūmittētes bolidem inuenerūt passus viginti: et pusillū inde separati inuenerūt passus quindecim. Timentes autē ne in aspera loca incideremus: de puppi mittētes anchoras quatuor optabant diem fieri. Nautis vero querentibus fugere de naui: cum mississent scapham in mare sub optentu quasi inciperent a prora anchoras extendere: dixit paulus centurioni et militib⁹. Nisi hij in naui manserint: vos salui fieri nō potestis. Tūc abscederūt milites funes scaphe: et passi sūt eam excidere. Et cū lux inciperet fieri: rogabat paulus omnes sumere cibum dicens. Quartadecima die hodie exspectantes ieuni permanetis: nihil accipientes. Propter q̄d rogo vos accipere cibū pro salute vra: q̄ nullius vestrū capillus de capite peribit. Et cum hec dixisset: sumēs panē gratias egit deo in conspectu omniū: et cū fregisset cepit manducare. Animequiores autē facti omnes: et ipsi sumpserūt cibū. Eramus autē vniuse anime in naui ducente septuaginta sex. Et saciati cibo alleuiabant nauem: iactantes triticū in mare. Cum autē dies factus esset terrā nō agnoscebāt: sinū vero quendā considerabant habentē litus: in quē cogitabant si possent eicere nauē. Et cū anchoras sustulissent cōmittebant se mari. simul laxantes iūcturas gubnaculorꝫ: et leuato artemone secūdum aure flatū tendebant ad litus. Et cū incidissemus in locū bithalassum impegerūt nauē: et prora quidem fixa manebat immobilis: puppis vero soluebat a vi maris. Militum autē consiliū fuit ut custodias occiderent: ne quis cū enatasset effugeret: centurio aūt volens seuare paulū ꝓhibuit fieri. Iussitq; eos qui possent natare mittere se primos et euadē et ad terrā exire: et ceteros alios in tabulis ferebant: quosdam super ea que de naui erant. Et sic factum est: ut omnes anime euaderent ad terram. XXVIII

Et cū euasissemus: tūc cognouimus quia mitilene insula vocabatur. Barbari vero prestabant nō modicā humanitatem nobis. Accensa enī pira reficiebāt nos omnes: propter imbrem qui imminebat et frigus. Cū ꝛegregasset aūt paulus sarmentorꝫ aliquantā multitudinē et imposuisset super ignem: vipera a calore cū ꝓcessisset mouit manū eius. Vt vero viderūt barbari pendentē bestiā de manu eius: admirātē dicebāt. Vtiq; homicida est homo hic: qui cū euasit de mari vltio nō sinit eū viuere. Et ille quidē excussēs bestiam in ignē: nihil mali passus est. At illi existimabant eū in ꝓmotē ꝓuertēdum: et subito casurū et mori. Diu autem illis sperantib⁹ et videntib⁹ nihil mali in eo fieri: conuertentes se dicebant eū esse deū. In locis autē illis erāt predia principis insule noīe publij: qui nos suscipiens triduo benigne exhibuit. Contigit aūt patrē publij febribꝫ et dissinteria vexatū iacere. Ad quē paulus intrauit: et cū oraisset et imposuisset ei manus saluauit eū. Quo facto: omes qui in insula habebant infirmitates accedebant et curabantur. Qui etiā multis honoribꝫ nos honorauerūt: et nauigantib⁹ imposuerūt que necessaria erant. Post menses aūt tres nauigauimus in naui alexandrina que in insula hyemauerat: cui erat insigne castrorꝫ. Et cum venissemus siracusam: mansimus ibi triduo. Inde circūlegētes deuenimus regium: et post vnū diem flante austro secunda die

venimus puteolos. vbi inuentis fratribus
rogati sum⁹ manere apud eos dies septē:
et sic venimus romam. Et inde cū audissent
fratres occurrerūt nobis usq ad appij forū.
et tribus tabernis. Quos cū vidissē paulus:
gratias agens deo accepit fiduciā. Cū autē
venissemus romā permissum est paulo pma-
nere sibimet: cū custodiente se milite. Post
tertiū autē diem cōuocauit primos iudeorū.
Cumq; venissent dicebat eis. Ego viri frēs
nihil aduersus legem faciens aut morem
paternū: vinctus ab ihrosolimis traditus
sum in manus romanorū: qui cū interroga-
tionē de me habuissent voluerūt me dimit-
tere: eo q̄ esset nulla causa mortis in me. Cō-
tradicentibus aūt iudeis coactus sū appella-
re cesarem: nō quasi gentē meā habens ali-
quid accusare. Propter hanc igitur causaz
rogaui vos videre et alloqui. Propter spem
enim israhel cathena hac circundatus sū. At
illi dixerūt ad eū. Nos neq; lītras accepimus
de te a iudea: neq; aduenēs aliquis fratrū
nūciauit aut locutus est quid de te malum.
Rogamus autē a te audire que sentis. Nā
de secta hac notū est nobis: q̄ vbiq; ei con-
tradicit. Cum constituissent autē illi diem
venerūt ad eum in hospiciū plurimi: quibus
exponebat testificans regnū dei suadensq;
eis de ihesu ex lege moysi et prophetis a mane
usq ad vesperam. Et quidā credebāt hijs
que dicebantur: quidā vero non credebāt.
Cumq; inuicē non essent consentientes: disce-
debant dicente paulo vnū verbū. Quia bñ
spiritus sanctus locutus est per ysaiam pro-
phetam ad patres nostros dicens: Vade
ad plm istū et dic. Aure audietis et non in-
telligetis: et videntes videbitis et nō pspi-
cietis. Incrassatus est cor plī huius et auri-
bus grauiter audierūt et oculos suos com-
presserūt: ne forte videant oculis et auribus
audiant et corde intelligant: et conūtant se
et sanem eos. Notū ergo sit vobis: qm̄ gen-
tibus missum est hoc salutare dei: et ipsi au-
dient. Et cū hec dixisset: exierūt ab eo iudei
multā habentes inter se questionē. Māsit
autē bienio toto in suo cōductu: et suscipi-
ebat omnes qui ingrediebant ad eum: p̄di-
cans regnū dei et docens que sūt de domino
ihesu xpo cum omni fiducia sine phibitione.

Explicit liber actuū aplorū. Incip. plogus in
epl'as canonicas.

ON ita est ordo apud grecos qui inte-
gre sapiunt fidemq; rectā sec-
tant epistolarū septē. que
canonice nūcupant. sicut in
latinis codicibus inuenit: ut quia petrus est
primus in ordine apostolorū: prime sint etiā
eius epistole in ordine ceterarū. Sed
sicut euangelistas dudū ad veritatis lineā
correximus: ita has proprio ordini deo iuuāte
reddidimus. Est enim vna earū pma iacobi:
due petri: tres iohānis. et iude vna. Que si
sic ut ab eis digeste sunt ita quoq; ab inter-
pretibus fideliter in latinū verterent eloquiū.
nec ambiguitatē legentibus facerēt. nec ser-
monū sese varietas impugnaret: illo preci-
pue loco vbi de vnitate trinitatis in prima
iohānis epl'a positū legimus. in qua etiam
ab infidelibus translatoribus multū erratū esse
a fidei veritate cōperimus: triū tantūmodo
vocabula hoc est aque sanguinis et spūs in
ipsa sua edicōne ponentibus: et patris verbiq;
ac spūs testimoniū omittentibus. in quo ma-
xime et fides katholica roboratur: et patris
et filij et spūs sancti vna diuinitatis substan-
tia oprobatur. In ceteris vero epistolis quā-
tū a nostra alioru distet edicio: lectoris pru-
dentie derelinquo. Sed tu vrgo cristi custo-
chiū dum a me impensius scripture veritatē
inquiris meā quodāmodo senectutē inui-
dorū dentibus corrodendā exponis: qui me
falsariū corruptoremq; sanctarū pnunciāt
scripturarum. Sed ego in tali opere nec
emulorum meorum inuidentiam timesco:
nec sancte scp̄ture veritatē poscentibus dene-
gabo. Explicit plogus. Incip. argumētū in
epistolam canonicam beati iacobi apostoli.

Acobus apostolus sanctū instruit clerum
de cultura celestiū p̄ceptorū et regl'a katholi-
ce obseruātie: et de mercede patientie maiestate.
et de reuelacōe plimorū: et de mēdacō mgrorū.
Explicit argumētum Incip. epl'a canonica
Acobus dei et domini nostri ihesu cristi seruus: duodecim tribubus que
sūt in dispsione salutē. Omne gaudiū existi-
mate fratres mei cū in temptacōes varias

inciderítis: scientes q̃ probatio fidei vestre
patientiã operatur. Patientia autem opus
perfectũ habeat: ut sitis perfecti et integri in
nullo deficientes. Si quis autẽ vestrũ indi-
get sapientia postulet a deo qui dat omnibus
affluẽter et nõ improperat et dabitur ei. Po-
stulet aũt in fide: nichil hesitans. Qui enim
hesitat similis est fluctui maris: qui a vento
mouet̃ et circũfertur. Non ergo estimet hõ
ille q̃ accipiat aliquid a dño: Vir duplex
animo incõstans ẽ in omnibus vijs suis. Glo-
rietur autem frater humilis in exaltatione
sua: diues autem in humilitate sua: quoniã
sicut flos feni transibit. Exortus enim est
sol cum ardore et arefecit fenũ: et flos eius
decidit: et decor vultus eius deperijt. Ita et
diues in itineribus suis marcescet. Beatus
vir qui suffert temptationẽ: qm̃ cũ pbatus
fuerit accipiet coronã vite: quã repromisit
deus diligentibus se. Nemo cũ temptatur di-
cat: qm̃ a deo temptatur. Deus enim intem-
ptator malorum est. Ipse autem neminẽ tem-
ptat. Unusquisq; vero temptat̃ a concupi-
scentia sua: abstractus et illectus. Deinde
concupiscentia cũ conceperit parit peccatũ:
peccatũ vero cum consumatũ fuerit generat
mortẽ. Nolite itaq; errare fratres mei dile-
ctissimi. Omne datũ optimũ et omne donũ
pfectũ desursũ est descendens a patre lumi-
nũ: apud quẽ non ẽ transmutatio: nec vicis-
situdinis obũbratio. Volũtarie enĩ genuit
nos verbo veritatis: ut simus initiũ aliquod
creature eius. Scitis fratres mei dilectissi-
mi. Sit aũt omnis homo velox ad audien-
dum: tardus autẽ ad loquendũ: et tardus
ad iram. Ira enim viri iusticiã dei non opera-
tur. Propter qõ abicientes omnẽ immũdi-
ciam et abũdantiam malicie: in mansuetudi-
ne suscipite insitũ verbum: qõ potest saluare
animas vestras. Estote autẽ factores verbi
et nõ auditores tantũ fallentes vosmetipos:
quia si quis auditor est verbi et non factor:
hic comparabit̃ viro considerãti vultũ na-
tiuitatis sue in speculo. Consideraut enim
se et abijt: et statim oblitus ẽ qualis fuerit.
Qui aũt pspexerit in lege pfecte libertatis
et pmanserit in ea nõ auditor obliuiosus fa-
ctus ꝗ factor operis: hic beatus in facto suo
erit. Si quis aũt putat se religiosũ esse nõ
refrenans linguã suam ꝗ seducens cor suũ:
huius vana est religio. Religio mũda et im-
maculata apud deũ et pẽrem hec est: visitare
pupillos et viduas in tribulatione eorũ: et
immaculatũ se custodire ab hoc seclo. ¶ F
Ratres mei: nolite in psonarũ accepti-
one habere fidem domini nostri ihesu
cristi glorie. Etenim si introierit in conuentũ
vestrũ vir aureũ annulũ habens in veste can-
dida: introierit autẽ et paup in sordido ha-
bitu: et intendatis in eũ qui indutus ẽ veste
preclara et dixeritis tu sede hic bene: pau-
peri autẽ dicatis tu sta illic aut sede sub scabel-
lo pedum meorũ: nõne iudicatis apud vos-
metipsos et facti estis iudices cogitationũ
inquarũ? Audite fratres dilectissimi. Non-
ne deus elegit pauperes in hoc mũdo diui-
tes in fide et heredes regni: qõ repromisit
deus diligentibus se? Vos aũt exhonorastis
pauperem. Nonne diuites per potentiam
opprimũt vos et ipsi attrahũt vos ad iudi-
cia? Nõne ipsi blasphemant bonũ nomẽ qõ
inuocatũ est sup vos? Si tamẽ legem pfici-
tis regalem sẽdm scripturas diliges proxi-
mũ tuũ sicut teipsũ bene facitis: si autẽ perso-
nas accipitis peccatũ operamini: redarguti a
lege quasi transgressores. Quicunq; autẽ
totam legem seruauerit: offendat autem in
vno: factus est oim reus. Qui enim dixit nõ
mechaberis: dixit et nõ occides. Quod si nõ
mechaberis occides autem: factus es trans-
gressor legis. Sic loquimini et sic facite: sic
p legẽ libertatis incipiẽtes iudicari. Iudiciũ
enim sine misericordia illi: qui nõ fecit mise-
ricordiam. Superexaltat autẽ misericordia
iudiciũ. Quid pderit fratres mei si fidem
quis dicat se habere: opa aũt non habeat?
Nũquid poterit fides saluare eũ? Si aũt
frater et soror nudi sint et indigeant victu
quotidiano: dicat aũt aliquis ex vobis illis.
ite in pace calefacimini et saturamini non de-
deritis aũt eis q̃ necessaria sũt corpori: quid
pderit? Sic et fides si nõ habeat opa: mortua
est in semetipa. Sed dicit aliquis. Tu
fidem habes: et ego opera habeo. Ostende
michi fidem tuã sine operibus: et ego ostẽdã
tibi ex opibus fidẽ meã. Tu credis qm̃ vnus

est deus: benefacis. Et demones credunt: et
cōtremiscūt. Vis aūt scire o homo inanis:
qm̄ fides sine operib̄ otiosa est? Abraham
pater noster nōne ex operib̄ iustificatus ē.
offerens ysaac filiū suū sup altare? Vides
qm̄ fides cooperabat operib̄ illius: et ex
operib̄ fides consūmata est? Et supleta ē
scriptura dicens. Credidit abrahā deo: et
reputatū est illi ad iusticiā: et amicus dei ap
pellatus ē. Videtis qm̄ ex operib̄ iustificat
homo: et non ex fide tantūs? Similiter et ra
ab meretrix: nōne ex operib̄ iustificata est
suscipiens nūcios. ⁊ alia via eiciens? Sicut
enim corpus sine spiritu mortuum est: ita et
fides sine operib̄ mortua est. III

Nolite plures mgri fieri frēs mei: scien
tes qm̄ magis iudiciū sumitis. In mlt̄is enī
offendimus omnes. Si quis in verbo non
offendit: hic pfectus ē vir. Potest etiā fre
no circūducere totū corpus. Si aūt equis
frena in ora mittimus ad cōsentiendū nob̄:
omne corpus illorū circūferimus. Et ecce na
ues cū magne sint ⁊ a ventis validis minen
tur: circūferūtur aūt a modico iuternaculo
vbi impetus dirigentis voluerit. Ita et lin
gua modicū quidē membrū est: et magna
exaltat. Ecce quātus ignis q̄ magnā siluā
incendit. Et lingua ignis ē: vniuersitas iniq̄
tatis. Lingua constituit in mēbris nr̄is que
maculat totū corpus: et inflāmat rotam na
tiuitatis nostre inflāmata a gehenna. Omīs
enim natura bestiarū et volucrū et serpentū
etiam et ceterorū domantur et domita sūt a
natura humana: linguā autē nullus hominū
domare potest. Inquietū malū: plena vene
no mortifero. In ipa bñdicimus deū ⁊ patrē:
et in ipsa maledicimus hoies qui ad imagi
nem et similitudinē dei facti sūt. Ex ipso ore
procedit bñdictio ⁊ maledictio. Non opor
tet fratres mei hec ita fieri. Nunquid fons
de eodem foramine emanat dulcem ⁊ amā
ram aquā? Nunquid potest fratres mei fi
cus vuas facere: aut vitis ficus? Sic neq̄
salsa dulcē potest facere aquā. Quis sapi
ens ⁊ disciplinatus inter vos? Ostendat ex
bona conūsatione operationē suā in mansue
tudine sapiēte. Quod si zelū amarū habe
tis. et contentiones sint in cordib̄ vestris:
nolite gloriari et mendaces esse aduersus
veritatē. Non ē enim ista sapientia desursū
descendēs a patre luminū: sē terrena animā
lis. dyabolica: Vbi enim zelus ⁊ contentio:
ibi incōstantia et omne opus prauū. Que
autē desursū est sapiēcia: primū quidē pudi
ca ē. deinde pacifica. modesta suadibilis. bo
nis cōsentiēs. plena misericordie ⁊ fructib̄
bonis: iudicans sine simulacōne. Fructus aūt
iusticie in pace seminatur: facientib̄ pacem.

Vnde bella et lites in vobis? IIII
Nonne ex cōcupiscentijs vr̄is: que
militant in mēbris vr̄is? Concupiscitis ⁊ nō
habetis: occiditis et zelatis: et non potestis
adipisci. Litigatis et belligeratis: et non ha
betis ꝓpter qd̄ non postulatis. Petitis et nō
accipitis: eo q̄ male petatis: ut in concupi
scentijs vr̄is insumatis. Adulteri: nescitis q̄
amicicia huius mūdi inimica ē dei? Quicūq̄
ergo voluerit amicus esse seculi huius: in
micus dei cōstituit. An putatis q̄ inanter
scriptura dicat: ad invidiā concupiscit spūs
qui habitat in vobis? Maiorem autē dat
gratiam. Propter qd̄ dicit. Deus superbis
resistit: humilib̄ aūt dat gratiā. Subdi
ergo estote deo: resistite aūt dyabolo: et fu
giet a vobis. Appropiate deo: et appropinq̄
bit vobis. Emūdate manus peccatores: et
purificate corda duplices animo. Miseri estō
te et lugete et plorate: risus vester in luctū
conūtatur: et gaudiū in merorem. Humilia
mini in conspectu domini: et exaltabit vos.
Nolite detrahere alterutrū frēs mei. Qui
detrahit fratri aut qui iudicat fratrem suū:
detrahit legi et iudicat legem. Si aūt iudi
cas legē: nō es factor legis sē iudex: Vnus
ē enim legislator et iudex: qui potest perdē
et liberare. Tu aūt quis es qui iudicas pro
ximū tuum? Ecce nūc qui dicitis hodie aut
crastino ibimus in illā ciuitatē: et faciemus
ibi quidē annū et mercabimur et lucrū faci
emus: q̄ ignorātis q̄d erit in crastino. Que
est enim vita vr̄a? Vapor ē ad modicū pa
rens: et deinceps exterminabitur pro eo ut
dicatis: si dñs voluerit. et si vixerimus. facie
mus hoc aut illud. Nunc autē exultans in
supbijs vr̄is. Omīs exultacō talis maligna
est. Scienti igitur bonū facere et nō facēti:

Agite

AGite nūc diuites: pcēm ē illi. V
plorate vlulantes ī miseriis vestris
que aduenient vobis. Diuicie vre putrefa-
cte sūt et vestimēta vestra a tineis comesta
sunt. Aurū et argentū vrm erugīauit: et e-
rugo eōr ī testimōnū vobis erit: et man-
ducabit carnes vras sicī igīs. Thesauriza-
stis vobis iram ī nouissimis diebus. Ecce
merces operariōr qui messuerūt regiones
vras que fraudata ē a vobis clamat: et cla-
mor eōr ī aures domini sabaoth introiuit.
Epulati estis sup terrā: et ī luxuriis enutri-
stis cōrda vra. In die occisionis addixistis
et occidistis iustū: et nō restitit vobis. Pati-
entes igitur estote fratres usq ad aduentū
domini. Ecce agricola exspectat pciosū fru-
ctum terre: patienter ferens donec accipiat
tēporaneū a serotinū. Patientes igitur esto-
te et vos et confirmate cōrda vra: qm aduē-
tus dni appropinquabit. Nolite ingemisce
fratres ī alterutrū: ut nō iudicemini. Ecce
iudex ante ianuā assistit. Exemplū accipi-
te fratres laboris et patientie ꝓphetas: qui
locuti sūt ī nomine dni. Ecce beatificamus
eos qui sustinuerūt. Sufferentiā iob audi-
stis: et finē domini vidistis: qm misericors ē
dns et miserator. Ante omnia autē fratres
mei nolite iurare: neq per celū neq p terrā
neq aliud quod cūq iuramentū. Sit aūt
sermo vester est ē non nō: ut nō sub iudicio
decidatis. Tristatur autē aliquis vrm: ōret
equo animo a psallat. Infirmat' quis ī vo-
bis: inducat presbiteros ecclesie et ōrent su-
per eū: vngentes eū oleo ī nomine dni. Et
ōratio fidei saluabit infirmū: et alleuabit eū
dns: et si ī peccatis sit dimittent' ei. Confite-
mini ergo alterutrū peccata vra: et ōrate pro
inuicē ut saluemini. Multū enim valet deprē-
catio iusti assidua. Helias homo erat similis
nob passibilis: et ōratione ōrauit ut nō plue-
ret sup terrā: et nō pluit annos tres et men-
ses sex. Et rursū ōrauit: et celū dedit pluuiā:
et terra dedit fructū suū. Fratres mei si quis
ex vobis errauerit a veritate a conuerterit
quis eū: scire debet qm qui conuīti fecerit pec-
catorem ab errore vie sue saluabit animam
eius a morte: et operit multitudinem peccato-
rū. Explicit epla canonica beati iacobi apli

Incip. argumētū ī epistolam canonicam beati
Iacobi apli primā.
Iacobus saluatoris ī uuicti toto orbe
diffusos et peregrinos ī hoc
seculo monstrat. et preterite
vite penitere suadet: et ī no-
uam vitam proficere tota cū sollicitudine ex-
hortat' symon petrus filius iohānis pūcie
galilee vico bethsaida frater andree apli.
Explicit argumētum Incip. epistola canonica
beati Petri apli prima.
Petrus apls ihesu xpi
electis aduenis dispersi-
onis pontī galatie ca-
padocie asie a bithinie
secōm pscientiā dei pris
ī sanctificacōnē spūs
ad obedientiā a aspersionem sanguinis ihesu
xpi: gratia vobis a pax multiplicet'. Bene-
dictus deus a pater dni nostri ihesu cristi q
secōm misericordiā suā magnā regeneauit
nos ī spem viuā per resurrectionē ihesu xpi
ex mortuis ī hereditatē incorruptibilē a in-
cōtaminatā a immarcessibilē conseruatā ī
celis: ī vobis qui ī virtute dei custodimini
per fidem ī salutē paratam reuelari ī tem-
pore nouissimo. In quo exultabitis: modi-
cū nūc si oportet contristari ī varijs tēpta-
ionib: ut ꝓbatio vestre fidei multo pciosior
sit auro qd p ignē ꝓbatur: inueniat' ī lau-
dem et gloriam et honorē ī reuelatione ihu
cristi: quē cū nō videritis diligitis. In quē
nūc quoq nō videntes credītis: credentes
aūt exultabitis letitia inenarrabili a glorifi-
cata: reportantes finē fidei vestre salutē am-
az vraz. De qua salute exquisierūt atq
scrutati sunt ꝓphete. qui de futura ī nobis
gratia ꝓphetauerūt: scrutātes ī qd vel qua-
le tempus significaret ī eis spūs cristi pre-
nūcians eas que ī xpo sūt passiones et po-
steriores glorias: quib reuelatū est. q non
sibimetipsis: vobis autē ministrabant ea q
nūc nūciata sūt vobis. per eos qui euange-
lizauerūt vobis spū sancto misso de celo: in
quē desiderāt angeli ꝓspicere. Propter qd
succincti lūbos mentis vestre sobrij perfecti
sperate ī eam que offertur vobis gratiā ī
reuelationē ihesu cristi: quasi filij obedientie.

non configurari prioribus ignorantie vestre
desideriis: sed secundum eum qui vocauit vos san-
ctum: ut et ipsi in omni conuersatione sancti sitis
quia scriptum est: sancti eritis quia ego sanctus
sum. Et si patrem inuocatis eum qui sine acce-
ptione personarum iudicat secundum vnuscuiusque
opus: in timore incolatus vestri tempore con-
uersamini: scientes quia non corruptibilibus au-
ro vel argento redempti estis de vana vra
conuersatione paterne traditionis: sed pre-
cioso sanguine quasi agni immaculati cristi
et incontaminati: precognitu quidem ante mu-
di constitutionem: manifestati autem nouissimis
temporibus propter vos qui per ipsum fideles estis
in deo. qui suscitauit eum a mortuis. et dedit ei
gloriam: ut fides vra et spes esset in deo. Animas
vras castificantes in obedientia caritatis in fraternitatis amore: simplici corde in-
uicem diligite attentius: renati non ex semine
corruptibili sed incorruptibili per verbum dei
viui et permanentis: quia omnis caro ut fenum:
et omnis gloria eius tanquam flos feni. Exaruit
fenum et flos eius decidit verbum autem
domini manet in eternum. Hoc est autem ver-
bum quod euangelizatum est in vobis. II

Deponentes igitur omnem malitiam et omnem
dolum et simulationes et inuidias et omnes
detractiones: sicut modo geniti infantes ra-
tionabiles et sine dolo lac concupiscite ut in
eo crescatis in salutem: si tamen gustastis quia
dulcis est dnus. Ad quem accedentes lapidem
viuum ab hominibus quidem reprobatum a deo
autem electum et honorificatum: et ipsi tanquam lapi-
des viui superedificamini domus spirituales
in sacerdotium sanctum: offerentes spiritales ho-
stias acceptabiles deo per ihesum xpm. Pro-
pter quod continet scriptura. Ecce pono in
syon lapidem summum angularem probatum ele
ctum preciosum: et qui crediderit in eum non con-
fundetur. Vobis igitur honor credentibus:
non credentibus autem lapis quem reprobauer-
unt edificantes hic factus est in caput anguli
et lapis offensionis et petra scandali: his qui
offendunt verbo nec credunt in quo et positi
sunt. Vos autem genus electum regale sacer-
dotium gens sancta populus acquisitionis: ut
virtutes annunciatis eius qui de tenebris vos
vocauit in admirabile lumen suum. Qui aliqui
non populus dei nunc autem populus dei: qui non con
secuti misericordiam: nunc autem misericordiam
consecuti. Carissimi obsecro vos tanquam ad-
uenas et peregrinos abstinere vos a carnali-
bus desideriis que militant aduersus an-
mam conuersationem vram inter gentes ha-
bentes bonam: ut in eo quod detractant de vobis
tanquam de malefactoribus: ex bonis operibus
vos considerantes. glorificent deum in die vi-
sitationis. Subiecti igitur estote omni hu-
mane creature propter deum. Siue regi quasi
precellenti: siue ducibus tanquam ab eo missis.
ad vindictam malefactorum: laudem vero bo-
norum. Quia sic est voluntas dei: ut bnfaci-
entes obmutescere faciatis imprudentium ho-
minum ignorantiam. Quasi liberi: et non quasi
velamen habentes malitie libertatem: sed sicut
serui dei. Omnes honorate: fraternitatem diligi-
te. Deum timete: regem honorificate. Serui sub-
diti estote in omni timore dnis: non tantum bo-
nis et modestis: sed etiam discolis. Hec enim
gratia: si propter dei conscientiam sustinet quis
tristitiam patiens iniuste. Que enim est gra:
si peccantes et colaphizati suffertis? Sed si
bnfacientes patienter sustinetis: hec est gra
apud deum. In hoc enim vocati estis: quia et
xps passus est pro nobis. vobis relinquens
exemplum: ut sequamini vestigia eius. Qui
peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in ore
eius. Qui cum maledicerent non maledicebat:
cum pateretur non comminabatur. Tradebat
autem iudicanti se iniuste. Qui peccata nra
ipse pertulit in corpore suo super lignum: ut pec-
catis mortui iustitie viuamus: cuius liuore
sanati estis. Erratis enim sicut oues errantes:
sed conuersi estis nunc ad pastorem et epi-
scopum animarum vestrarum. III

Similiter et mulieres subditi sint viris
suis: ut et si qui non credunt verbo. per mulierum
conuersationem sine verbo lucriflant: consideran-
tes in timore castam conuersationem vestram.
Quarum sit non extrinsecus capillatura aut
circumdatio auri aut indumenti vestimentorum
cultus: sed qui absconditus est cordis homo
in incorruptibilitate quieti et modesti spiritus:
qui est in conspectu dei locuples. Sic enim
aliquando et sancte mulieres sperantes in deo or-
nabant se subiecti proprijs viris: sicut sara

obediebat abrahe dñm eum vocans: cuius
estis filie bñfacientes · et nō timētes vllā
pturbationē: Viri similiter cohabitātes se-
cundū scientiā: quasi infirmiori vasculo mu-
liebri impertiētes honorē tanq̄ et cohēdibus
gratie vite: ut nō impediant orationes vre.
In fide autē omnes vnanimes compatiētes.
fraternitatis amatores · misericordes · mo-
desti · humiles · nō reddentes malū pro ma-
lo · nec maledictū pro maledicto: sz econtra-
rio benedicentes: q̄ in hoc vocati estis: ut
benedictionē hereditate possideatis. Quis
est enim qui vult vitam diligē: et dies vide-
re bonos? Coherceat linguā suam a malo: et
labia eius ne loquātur dolū. Declinet aūt a
malo et faciat bonū: inquirat pacē et sequa-
tur eam: quia oculi dñi sup iustos: et aures
eius in pces eorū: vultus aūt dñi sup facie-
tes mala. Et quis ē qui vobis noceat: si bo-
ni emulatores fueritis? Sed et si quid pati-
mini ꝓpter iusticiā · beati. Timorē autē eorū
ne timueritis: ut nō conturbemini. Dñm aūt
xpm sanctificate in cordibus vris: parati sem-
per ad satisfactionē omi poscenti vos ratio-
nem de ea que in vobis est spe: sed cū mode-
stia et timore conscientiā habentes bonam:
ut in eo q̄ detrahūt de vobis confundantur:
qui calūmantur vram bonā in xpo conuersatio-
nem. Melius est enim ut bñfacientes si vo-
lūtas dei velit pati q̄ malefacientes: quia et
cristus semel pro peccatis nostris mortuus
est iustus pro iniustis: ut nos offerret deo.
mortificatos quidē carne vivificatos autē
spiritu. In quo et his q̄ in carcere erant spi-
ritualiter veniens pdicauit: qui increduli fu-
erant aliqn exspectabāt dei patientiā in die-
bus noe cū fabricaret archa: in qua pauci
id est octo anime salue facte sūt per aquā.
Quod et vos nūc similis forme saluos facit
baptisma: nō carnis depositio sordiū · sz con-
scientie bone interrogatio in deū: per resur-
rectionē ihesu xpi a mortuis qui ē in dextera
dei: deglutiens mortē ut vite eterne heredes
efficeremur: profectus in celū subiectis sibi
angelis a potestatibus et virtutibus. IIII

Cristo igit passo in carne et vos eadē
cogitacōne armamini: q̄ qui passus est
in carne desiit a peccatis: ut nō iam desideris
hominū sz volūtati dei qd reliquū est in car-
ne viuat temporis. Sufficit enim preteritū
tempus ad volūtatē gentiū consūmandā
his qui ambulauerūt in luxuriis desideriis
vinolētiis cōmessacōnibus potacōnibus ebrie-
tatibus et illicitis ydolorū cultibus. In quo
admirant nō concurrentibus vobis in eandē
luxurie confusionē blasphemantes: qui red-
dent rationē ei qui paratus ē iudicare viuos
et mortuos. Propter hoc enim et mortuis euā-
gelizatū est: ut iudicent quidē secōm homines
in carne: viuāt autē secōm deū in spū. Omniū
aūt finis appropinquabit. Estote itaq̄ pru-
dentes et vigilate in orationibus: ante omnia
autē mutuā in vobis ipsis caritatē conti-
nuā habentes: q̄ caritas operit multitudinē
peccatorū. Hospitales invicē: sine murmu-
ratione: Unusquisq̄ sicut accepit gratiā · in
alterutrū illam ādministrantes: sicut bni dis-
pensatores multiformis gratie dei. Si quis
loquitur: quasi sermones dei. Si quis mini-
strat: tanq̄ ex virtute quam ādministrat deus:
ut in omnibus honorificet deus per ihesū xpm
cui ē gloria et imperiū in secula seculorū amē.
Carissimi · nolite peregrinari in feruore qui
ad tēptationē vobis fit · quasi nouum aliquid
vobis cōtingat: sed cōmunicātes xpi passi-
onibus gaudete: ut et in reuelatione glorie
eius gaudeatis exultantes. Si exprobra-
mini in nomine xpi · beati eritis: qm qd est ho-
noris glorie et virtutis dei et qui ē eius · spūs
sup vos requiescet. Nemo aūt vrm patiat
quasi homicida aut fur aut maledicus: aut
alienorū appetitor. Si aūt ut cristianus · nō
erubescat: glorificet autē deū in isto nomine:
qm tempus ē ut incipiat iudiciū a domo dei.
Si autē primū a nobis: quis finis eorū qui
non credūt dei euāgelio? Et si iustus quidē
vix saluabitur: impius et peccator vbi pare-
būt? Itaq̄ hij q̄ patiūt secōm volūtatē dei:
fideli creatori omēdēt aias suas i bñfactis.

Seniores ergo qui in vobis sunt. V
obsecro consenior et testis cristi passi-
onū: et eius que in futuro reuelāda ē glorie
cōmunicator. Pascite qui in vobis ē gregē
dei: prouidentes nō coacte sed spontanee.
secōm deū: neq̄ turpis lucri gratia · sed volū-
tarie: neq̄ ut dominātes in clero sed forma

facti gregi ex animo: et cū apparuerit prin-
ceps pastorū percipietis immarcessibilē glo-
rie coronā. Similiter adolescentes subditi
estote seniorib̄. Omnes enim inuicē humi-
litatē insinuate: quia dēus superbis resistit:
humilib̄ aūt dat gratiā. Humiliamī igitur
sub potenti manū dei ut vos exaltet in tēpore
visitationis: omnē sollicitudinē vram iacē-
tes in eū: qm̄ ipsi cura est de vobis. Sobrij
estote et vigilate: q̄ adūsarius vester diā-
bolus tanq̄ leo rugiens circuit querēs quē
deuoret. Cui resistite fortes in fide: scientes
eandem passionē ei que in mūdo est vestre
fraternitati fieri. Deus autē omnis gratie qui
vocauit nos in eternā suā gloriā in xpo ihu
modicū passos: ipse pficiet confirmabit so-
lidabitq̄. Ipsi gloria et imperiū: in secula se-
lorū amen. Per siluanū fidelē fratrē vobis
ut arbitōr breuiter scripsi: obsecrans et con-
testans hāc esse verā gratiā dei in qua stā-
tis. Salutat vos ecclesia que est in babilo-
ne coelecta: et marcus filius meus. Salu-
tate invicem in osculo sancto. Gratia vo-
bis omnibus qui estis in cristo ihesu amen.

Explicit epistola beati Petri apli prima.

Incip̄. argumentum in epistolam secūdam.

Simon petrus per fidem hu-
ic mundo sapiētes mortuos
esse declarat: eisdemq̄ pie-
tatis quāta sit magnitudo
luce ipsa clarius manifestat.

Explic̄ argumētum Incip̄. epistola secūda

Simon beati Petri apli
petrus seruus et aplus
ihesu xpi: his qui coe-
qualem nobiscū sorti-
ti sūt fidem in iustitia
dei nostri et saluatoris
ihesu xpi. gratia vobis
et pax adimpleatur in cognitione dei et xpi
ihesu dni nostri: quō omnia nobis diuine vir-
tutis sue que ad vitā et pietatē donata sūt
per cognitionē eius qui vocauit nos propria
gloria et virtute. per quē maxima et pciosa
nobis promissa donauit: ut per hoc efficiami-
mi diuine consortes nature: fugientes eius
que in mūdo ē concupiscentie corruptionē.
Vos aūt curam omnē subinferentes mini-
strate in fide vestra virtutē: in virtute autem
scientiā: in scientia autē abstinentiā: in absti-
nentia aūt patiētiā: in patiētia aūt pietatē:
in pietate autē amorē fraternitatis: in amo-
re fraternitatis caritatē. Hec enī si vobiscū
assint et superent: nō vacuos nec sine fructu
vos constituent in dni nostri ihesu cristi co-
gnicōne. Cui enī non psto sūt hec: cecus ē
et manu temptans: oblitionē accipiēs pur-
gacōnis veterū suorū delictorū. Quapropt
frēs magis satagite: ut p bona opera certā
vestrā vocacōnē et electionē faciatis. Hec
enī facientes nō peccabitis aliquādo. Sic
enī abūdāter ministrabit̄ vobis introitus
in eternū regnū dni nostri et saluatoris ihu
cristi. Propter qō vos incipiā semp cōmo-
nere de hīs: et quidē scientes et confirmatos
in pnti veritate. Iustū aūt arbitror quādiu
sum in hoc tabernaculo suscitare vos in cō-
monicōe: certus q̄ velox est depositō taber-
naculi mei: secundū qō et dēus noster ihesus
cristus significauit michi. Dabo autē operā
et frequēter habere vos post obitū meū: ut
horū omniū memoriā faciatis. Non enim in-
dectas fabulas secuti notam fecimus vobis
domini nri ihesu xpi virtutē et pscientiā: sed spe-
culatores facti illius magnitudinis. Accipi-
ens enim a deo pre honorē et gloriā voce de-
lapsa ad eū huiuscemodi a magnifica gla:
hic est filius meus dilectus in quo michi cō-
placui: ipsū audite. Et hanc vocem nos au-
diuimus de celo allatā: cū essemus cū ipso
in monte sancto. Et habemus firmiorē ꝓphe-
ticū sermonē. cui bēfacitis attendētes quasi
lucerne lucenti in caligmoso loco donec elu-
cescat et lucifer oriatur in cordibus vris: hoc
primū intelligentes: q̄ omis ꝓphetia ꝓpria
interptatione non fit. Non enim voluntate
humana allata est aliqn̄ ꝓphetia: sed spiritu
sancto inspirati locuti sūt sancti dei homines.

Fuerūt vero et pseudo ꝓphete in
ipso sicut et in vobis erūt magri mēda-
ces: qui introducent sectas pditionis: et eū
qui emit eos dēū negant. superducentes sibi
celerē pditionē. Et multi sequētur eorum lu-
xurias: p quos via veritatis blasphemabit̄:
et in auaricia fictis verbis de vobis negocia-
būtur. Quib̄ iudiciū iam olim non cessat:

s. Similiq

et pdiuio eorꝝ nō dormitat. Si enim deus angelis peccantib⁹ nō pepcit sed rudentib⁹ inferni detractos in tartarū tradidit cruciādos in iudiciū reseruari: et originali mūdo nō pepcit. sed octauū noe iustitie preconē custodiuit diluuiū mūdo impiorꝝ inducēs: et ciuitates sodomorꝝ et gomorreorū in cinerem rediges euersione damnauit exēpluꝫ eorꝝ qui impie acturi sūt ponēs: et iustum loth oppressuꝫ a nephandorꝝ iniuria ac luxuriosa conuersatione eruit. Aspectu enim et auditu iustus erat: habitās apud eos q̄ de die in diē animā iustā iniquis operibus cruciabant. Nouit deus pios de temptatione eripere: iniquos vero in diē iudicij reseruare cruciandos. Magis autem eos qui post carnē in concupiscentia immūditie ābulāt. dñationēq; contemnūt: audaces. sibi placētes: sectas non metuunt introducere blasphemantes. Vbi angeli fortitudine et virtute cū sint maiores: nō portāt aduersū se execrabile iudiciū. Hij vero velut irrationabilia pecora naturaliter in captionē et in pniciem in hijs que ignorāt blasphemātes in corrupcōe sua pibūt: percipiētes mercedē iniustitie voluptatē: existimātes diei delicias cōqinacōnis et macule. delicijs affluētes in conuiuijs suis luxuriantes vobiscum: oculos habentes plenos adulterij et incessabilis delicti: pellicientes aias instabiles: cor exercitatum auaricia habentes. maledictionis filij: derelinquētes rectam viā erraverūt secuti viaꝫ balaam ex bosor. q̄ mercedem iniquitatis amauit: correpcōnem vero habuit sue vesanie. Subiugale mutū aial in hominis voce loquēs: phibuit ꝓphete insipientiā. Hij sūt fontes sine aquae nebule turbinib⁹ exagitate q̄b⁹ caligo tenebrarū reseruatur. Superbia enim vanitatis loquētes: pellicēt in desiderijs carnis luxurie eos qui paululū effugiūt. qui in errore conuersantur: libertatē illis pmittētes cum ipsi serui sint corruptionis. A quo enim quis superatus est: huius et seruus est. Si enim refugientes cōqinacōes mūdi in cognitione dñi nostri et saluatoris ihesu cristi. hijs rursus implicati superantur: facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius

v. Sapiēter

enim erat illis nō cognoscere viam iustitie: q̄ post agnicōnem retrorsū conuerti ab eo quod illis traditū est sancto mandato. Cōtigit enim eis illud veri pūbij. Canis reuersus ad suū vomitū: et sus lota in volutabro luti.

III

Hanc ecce vobis carissimi scōdaꝫ scribo epistolā in quib⁹ vestraꝫ excito in cognicōem sinceram mentē: ut memores sitis eorꝝ que pdixerūt verborū a sanctis ꝓphetis et apostolorū vestrorꝝ preceptorꝝ dñi saluatoris. Hoc primū scientes: q̄ venient in nouissimis diebus in deceptione illusores iuxtā ꝓprias concupiscentias ambulātes: dicentes. Vbi est pmissio ā aduentus eius? Ex quo enim patres dormierūt: omnia sic pseuerant ab initio creature. Latet enim eos hoc volētes: q̄ celi erant prius et terra de aqua et per aquā consistens dei verbo: p quem ille tunc mūdus aqua inundatus pijt. Celi aūt qui nūc sunt et terra eodē verbo repositi sūt igni reseruati in diem iudicij: et pditionis impiorū hominū. Vnū vero hoc nō lateat vos carissimi: q̄ vnus dies apud dominū sicut mille anni: et mille anni sicut dies vnus. Nō tardat dñs pmissi: ſ̄ patiēter agit ꝓpter vos: nolēs aliquos perire sed omnes ad pnitētiā reuerti. Aduenet autē dies domini ut fur: in quo celi magno impetu transiēt: elemēta vero calore soluētur. Cū hec igit̄ omnia dissoluēda sint. q̄les oportet vos esse in sanctis conuersationib⁹ et pietatib⁹ expectantes et ꝓpetantes in aduentū diei dñi: p quē celi ardētes soluēt̄ et elemēta igni ardore tabescēt? Nouos vero celos et nouā terrā et pmissa ipius expectam?: in quib⁹ iustitia habitat. Propter quod carissimi hec expectantes. satagite immaculati et inuiolati ei inueniri in pace: et dñi nostri longanimitatē salutē arbitramini: sicut et carissimus frater noster paulus secundū datam sibi sapientiā scp̄sit vobis: sicut et in omnib⁹ epistolis. loquēs in eis de hijs: in quibus sūt quedā difficilia intellectu. que indocti et instabiles deprauāt. sicut et ceteras scripturas. ad sua ipōrꝝ pditionē: Vos igit̄ frēs pscientes custodite ne insipientiū errore trāsducti excidatis a ꝓpria firmitate: crescite vero in gratia in cognicōne dñi nostri et saluatoris ihesu cristi. Ipsi

gloria et nunc et in diem eternitatis amen.

Explicit epistola beati Petri apli secūda.

Incip. argumtū in epistolam beati iohānis

Rationē verbi q̄ apli primā. ds ipe sit caritas manifestat: et susurrones fratrū nec deū scare. nec pios fieri posse. eo usq̄ dissertat ut ēē cōprobz homicidas: eo q̄ odiū sit interfcōis occasio.

Expliē argumentum Incip. epistola Beati Johannis apli prima.

Quod fuit ab inicio. quod audiuimus. qd vidimus oculis nris. quod psp eximus. et manus nostre contrectauerūt de ūbo vitē: et vita manifestata est: et vidimus et testamur et annūciantes vobis vitā eternā. que erat apud patrē. et apparuit nobis. Quod vidimus ⁊ audiuimus annūciamus vobis: ut et vos societatē habeatis nobiscū: et societas nostra sit cū patre et cū filio eius ihesu cristo. Et hec scribimus vobis: ut gaudeatis ⁊ gaudiū vestrū sit plenū. Et hec ē annūciatio quā audiuimus ab eo et annūciam⁹ vobis: qm̄ deus lux est: et tenebre in eo nō sunt vlle. Si dixerimus qm̄ societatē habemus cū eo et in tenebris ambulamus: mentimur. et veritatē nō facimus. Si aūt in luce ambulamus sicut et ipe est in luce societatē habem⁹ adinuicē: et sanguis ihesu filij eius mūdat nos ab oīi peccato. Si dixerimus qm̄ peccatū nō habem⁹ ipi nos seducimus: et veritas in nobis nō est. Si confiteamur peccā nra: fidelis ē ⁊ iustus ut remittat nobis peccā nra: et emūdet nos ab oīi iniquitate. Si dixerim⁹ qm̄ nō peccauimus: mēdacem facimus eum: et verbū eius nō est in nobis.

Filioli mei: hec scribo vobis ut nō peccetis. Sed ⁊ si quis peccauerit: aduocatū habemus apud patrē ihm̄ cristū iustum. Et ipse est ꝓpiiacō pro peccatis nris: non pro nostris aūt tantū: sed etiā pro totius mūdi. Et in hoc scimus qm̄ cognouimus eum: si mādata eius obseruamus. Qui dicit se nosse eū et mādata eius nō custodit mendax est: et in hoc veritas nō est. Qui autem seruat verbū eius: vere in hoc caritas dei perfecta est. In hoc scimus qm̄ in ipso sumus. Qui dicit se in xpo manere: debet sicut ille ambulauit. et ipse ambulare. Carissimi non mandatū nouū scribo vobis: sed mandatū vetus qd̄ habuistis ab inicio. Mandatū vetus est: verbū quod audistis. Iterū mandatum nouū scribo vobis qd̄ verū est et in ipso et in vobis: quia tenebre transierūt: et verū lumē iam lucet. Qui dicit se in luce esse et fratrē suū odit: in tenebris est usq̄ adhuc. Qui diligit fratrē suū in lumine manet: et scandalū in eo nō est. Qui aūt odit fratrem suū in tenebris ē et in tenebris ambulat: et nescit quo eat: q̄ tenebre obcecauerūt oculos eius. Scribo vobis filioli: qm̄ remittūt vobis peccata vra ꝓpter nomē eius. Scribo vobis patres: qm̄ cognouistis eū qui ab inicio ē. Scribo vobis adolescentes: qm̄ vicistis malignū. Scribo vobis infantes: q̄ cognouistis patrē. Scribo vobis iuuenes: qm̄ fortes estis et verbū dei manet in vobis: et vicistis malignū. Nolite diligere mūdū: neq̄ ea q̄ in mūdo sunt. Si quis diligit mūdum: non est caritas patris in eo. Quoniā omne quod ē in mūdo concupiscentia carnis est: et concupiscentia oculoꝝ: et superbia vite que non est ex patre: sed ex mūdo est. Et mūdus transit ⁊ concupiscentia eius. Qui autem facit voluntatē dei: manet in eternuz. Filioli: nouissima hora est. Et sicut audistis quia antcristus venit: nunc antcristi multi facti sunt: Unde scimus q̄ nouissima hora est. Ex nobis ꝓdierūt: sed nō erāt ex nobis. Nam si fuissent ex nobis: permansissent vtiq̄ nobiscū. Sed ut manifesti sint: quoniam non sūt oīes ex nobis. Sed vos vnctōez habetis a sancto: et nostis oīa. Nō scp̄si vobis quasi ignorantibz veritatez: sz quasi scientibz eam: et quoniā oīe mendacū ex veritate nō est. Quis est mendax: nisi is q̄ negat quoniā ihesus est cristus? Hic ē antcristus qui negat patrē ⁊ filiū. Omnis qui negat filiū nec patrē habet: qui ꝓfitet filiū: et prem habet: Vos qd̄ audistis ab inicio. in vobis permaneat: q̄ si in vobis permanserit qd̄ audistis ab inicio: ⁊ vos in filio et patre manebitis. Et hec est repromissio: quā ipe

pollicitus ē nobis vitā eternaz. Hec scripsi
vobis de hys qui seducunt vos. Et vos vn-
ctionē quā accepistis ab eo maneat in vo-
bis. Et nō necesse habetis ut aliquis doceat
vos: sed sicut vnctio eius doceat vos de omī-
bus. Et verū est: et nō est mēdacū. Et sicut
docuit vos: manete in eo. Et nunc filioli ma-
nete in eo: ut cū apparuerit habeamus fidu-
ciam: et nō confundamur ab eo in aduentu
eius. Si scitis qm̄ iustus est: scitote qm̄ et
omnis qui facit iusticiam ex ipso natus est.

III

Videte qualē caritatem dedit
nobis pater: ut filij dei nominemur et
simus. Propter hoc mūdus nō nouit nos:
quia nō nouit eum. Carissimi nūc filij dei su-
mus: et nondū apparuit quid erimus. Scī-
mus qm̄ cum apparuerit similes ei erimus:
qm̄ videbimus eū sicut est. Et omis qui ha-
bet hanc spem in eo: sanctificat se sicut et ille
sanctus est. Omis qui facit pecm̄: et iniqui-
tatem facit. Et pecm̄ est iniquitas. Et scitis
q̄ ille apparuit ut peccata tolleret: et pecm̄
in eo nō est. Omis qui in eo manet nō pec-
cat. Et omis qui peccat nō videt eū: nec cogno-
uit eū. Filioli: nemo vos seducat. Qui facit
iusticiam iustus est: sicut & ille iustus ē. Qui
facit pecm̄ ex diabolo ē: qm̄ ab initio diā-
bolus peccat. In hoc apparuit filius dei: ut
dissoluat opera diaboli. Omis qui natus ē
ex deo pecm̄ nō facit: qm̄ semen ipsius in eo
manet: et nō potest peccare: qm̄ ex deo natus
est. In hoc manifesti sūt filij dei et filij diabo-
li. Omis qui nō est iustus nō est ex deo: et
qui nō diligit fratrē suū. Quoniā hec ē an-
nūciatio quam audistis ab initio: ut diliga-
mus alterutrū. Non sicut cain qui ex malī-
gno erat: et occidit fratrē suū. Et ꝓpter q̄d
occidit eum? Quoniā opera eius maligna
erant: fratris autē eius iusta. Nolite mirari
fratres si odit vos mundus. Nos scimus
qm̄ translati sumus de morte ad vitam: qm̄
diligimus fratres. Qui nō diligit: manet
in morte. Omis qui odit fratrē suū homici-
da est. Et scitis qm̄ omis homicida nō ha-
bet vitam eternā in se manētem. In hoc co-
gnouimus caritatē dei: qm̄ ille animā suam
pro nob̄ posuit: et nos debemus pro fratrib̄
animas ponē. Qui habuerit substantiam
huius mūdi et viderit fratrē suū necesse ha-
bere et clauserit viscera sua ab eo: quō cari-
tas dei manet in eo? Filioli mei: nō diligam?
verbo neq̄ lingua: sed opere et veritate. In
hoc cognoscimus qm̄ ex veritate sumus: et
in ospectu eius suadebimus corda nostra.
Quoniā si reprehenderit nos cor nostrum:
maior est deus corde nostro: et nouit omia.
Carissimi si cor nostrū nō reprehenderit nos
fiduciam habemus ad deum: et quicquid
petierimus accipiemus ab eo qm̄ mādata
eius custodimus: et ea que sūt placita coram
eo facimus. Et hoc est mandatum eius ut
credamus in noīe filij eius ihesu cristi: et dili-
gamus alterutrū sicut dedit mandatū nobis.
Et q̄ servat mādata eius in illo manet: et ipse in
eo. Et in hoc scimus: quoniā manet in nobis
de spiritu quem dedit nobis.

IIII

Carissimi: nolite omī spiritui credere: sed
probate spūs si ex deo sint: quoniā multi pseu-
do ꝓphete exierūt in mundū. In hoc cogno-
scitur spūs dei. Omis spūs qui ofitetur ihm
cristū in carne venisse: ex deo est. Et omis spi-
ritus qui solut ihesū: ex deo nō est: et hic est
antecristus de quo audistis quoniam venit:
et nūc iam in mūdo est. Vos ex deo estis: et
vicistis eū: quoniā maior est qui in vobis ē:
q̄ qui in mūdo. Ipsi de mūdo sunt: ideo de
mūdo loquūtur: & mūdus eos audit. Nos
ex deo sumus. Qui nouit deum audit nos:
qui non est ex deo nō audit nos. In hoc co-
gnoscimus spīm veritatis & spiritum erroris.
Carissimi diligamus nos inuicē: q̄ caritas
ex deo est. Et omis qui diligit ex deo natus
est: et cognoscit deū. Qui non diligit nō no-
uit deū: quoniā deus caritas est. In hoc appa-
ruit caritas dei in nobis: qm̄ filiū suū vnige-
nitū misit deus in mundū: ut viuamus p eū.
In hoc est caritas: nō quasi nos dilexerim?
deū: sed quoniā ipse prior dilexit nos: et misit
filiū suū ꝓpiciacōem p pecis nostris. Caris-
simi: si deus dilexit nos: et nos debemus alt-
utrū diligere. Deū nemo vidit vnq̄. Si dili-
gamus inuicē deus in nobis manet: et ca-
ritas eius in nobis pfecta est. In hoc cogno-
scimus quoniā in eo manemus & ipse in nob̄:
quoniā de spū sancto suo dedit nob̄. Et nos
vidimus & testificamur: quoniā pater misit

filiũ suũ saluatorẽ mũdi. Quisquis confes-
sus fuerit qm̃ ihesus est filius dei: deus in eo
manet et ipe in deo. Et nos cognouimus: et
credidimus caritati quã habet deus in nob.
Deus caritas est: et qui manet in caritate in
deo manet: et deus in eo. In hoc pfecta ẽ cari-
tas nobiscũ. ut fiduciã habeamus in die iu-
dicij: quia sicut ille est: et nos sumus in hoc
mũdo. Timor nõ est in caritate: sed pfecta
caritas foras mittit timorẽ: qm timor penam
habet. Qui aũt timet: nõ est pfectus in cari-
tate. Nos ergo diligamus deum: qm̃ deus
prior dilexit nos. Si quis dixerit quoniã
diligo deũ et fratrẽ suũ odierit: mendax est.
Qui enim non diligit fratrẽ suũ quẽ videt:
deum quem non videt quomodo potest di-
ligere? Et hoc mandatum habemus a deo:
ut qui diligit deum: diligat et fratrem suum.

V

Omis qui credit qm̃ ihesus ẽ
cristus: ex deo natus ẽ. Et omis qui
diligit eũ qui genuit: diligit et eũ qui natus
est ex eo. In hoc cognoscimus quoniã dili-
gimus natos dei: cũ deũ diligamus. et man-
data eius faciamus. Hec est enim caritas
dei ut mandata eius custodiamus: et man-
data eius grauia nõ sũt. Quoniã omne qd
natũ est ex deo vincit mũdũ: et hec ẽ victo-
ria que vincit mũdũ: fides nra. Quis ẽ aũt
qui vincit mũdũ: nisi qui credit qm̃ ihesus ẽ
filius dei? Hic ẽ qui venit per aquã et san-
guinẽ ihesus cristus. Non in aqua solũ: sed
in aqua et sanguine. Et spũs est qui testifi-
catur: qm̃ cristus ẽ veritas. Quoniã tres sũt
qui testimoniũ dant in celo. pater. verbũ. et
spiritus sanctus: et hi tres vnũ sũt. Et tres
sũt qui testimoniũ dãt in terra. spũs. aqua.
et sanguis: et tres vnũ sũt. Si testimoniũ
hominũ accipimus: testimoniũ dei maius
est. Quoniã hoc ẽ testimoniũ dei qd maius
est: qm̃ testificatus ẽ de filio suo. Qui credit
in filiũ dei: habet testimoniũ dei in se. Qui
non credit filio mendacẽ facit eũ: quia non
credit in testimoniũ qd testificatus est deus
de filio suo. Et hoc est testimoniũ: qm̃ vitã
eternã dedit nobis deus: et hec vita in filio
eius est. Qui habet filiũ habet vitã: qui nõ
habet filiũ dei: vitã nõ habet. Hec scribo vo-
bis: ut sciatis qm̃ vitam habetis eternã: qui
creditis in noie filij dei. Et hec ẽ fiducia quã
habemus ad deũ: qꝫ quecũqꝫ petierimus se-
cundũ voluntatẽ eius audit nos. Et scimus
quia audit nos: quecquid petierimus. Sci-
mus: qm̃ habemus petiõnes quas postula-
mus ab eo. Qui scit fratrẽ suũ peccare pec-
catũ non ad mortẽ: petat. et dabit ei vita pec-
canti nõ ad mortẽ. Et peccatũ ad mortẽ: nõ
pro illo dico ut roget quis. Omis iniqui-
tas peccatũ ẽ: et ẽ peccatũ ad mortẽ. Scim?
qꝫ omis qui natus ẽ ex deo nõ peccat: sed gnã
cõ dei conseruat eũ: et maligns nõ tangit eũ.
Scimus qm̃ ex deo sumus: et mũdus totus
in maligno positus ẽ. Et scim? qm̃ filius dei
venit. et dedit nobis sensũ: ut cognoscamus
verũ deũ: et simus in vero filio eius. Hic ẽ verus
deus: et vita eterna. Filioli: custodite vos a
simlacris. Explicit epla prima beati iohãnis

Incip. argumentum in epistolam secũdam.

Hoc ad eo ad sanctam femi-
nam scribit ut eandẽ dñam
non dubitet ihs appellare:
eiusdẽqꝫ filios testimoniũ qꝫ
ambulet in veritate phibeat.

Explic argumentum Incip. epistola Beati
Iohannis apli secũda.

Senior: electe dñe. et na-
tis eius quos ego dili-
go in veritate: et non
ego solus sed. et omes
qui cognouerũt veri-
tatem: ꝓpter veritatẽ
que pmanet in vobis: et vobiscũ erit in eter-
nũ. Sit vobiscũ gratia misericordia pax a
deo patre: et a xpo ihesu filio patris in verita-
te et caritate. Gauisus sũ valde qm̃ inuenj
de filijs tuis ambulãtes in veritate: sicut mã-
datũ accepimus a patre. Et nũc rogo te do-
mina nõ tanqꝫ mandatũ nouũ scribẽs tibi:
sed qd habuimus ab initio: ut diligamus
alterutrũ. Et hec est caritas: ut ambulemus
secũdũ mãdata eius. Hoc enim ẽ mandatũ:
ut quẽadmodũ audistis ab initio in eo am-
bulemus: quoniã multi seductores exierũt in
mundũ qui nõ ꝓfitentur ihesum cristũ venisse
in carnẽ. Hic est seductor. et antiecristus. Vi-
dete vosmetipos ne pdatis q̃ operati estis:
sed ut mercedẽ plenã accipiatis. Omis qui

recedit et nō pmanet in doctrina xpi: deū nō
habet. Qui pmanet in doctrina: hic patrē
et filiū habet. Si quis venit ad vos et hanc
doctrinā non affert: nolite recipere eū in do-
mū: nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi
aue: cōmunicat operib̄ eius malignis. Plu-
ra habens vobis scribere: nolui p cartam et
attramentū. Spero enim me futurū apud
vos: et os ad os loqui: ut gaudiū vestrum
plenum sit. Salutant te filie sororis tue ele-
cte. Explicit epla beati iohānis apli secūda.

Incip. argumtū in epistolam eiusdē terciā.

Gaium pietatis causa extollit
atq; ut in ipa pietate mane-
at exhortatur: diotrepem im-
pietatis et supbie causa ob-
iurgat: demetrio autē bonū
testimoniū perhibet cū fratribus vniuersis.

Explic argumētum. Incip. epistola Beati
Iohannis apli terciā.

Emor: gaio carissimo.
quē ego diligo in ve-
ritate. Carissime. de o-
mnib̄ oratione facio
prospere te ingredi et
valere: sicut prospere
agit anima tua. Gauisus sū valde venienti-
bus fratrib̄ et testimoniū phibentib̄ veri-
tati tue: sic tu in veritate ambulas. Maiorē
horū nō habeo gratiā: q̄ ut audiā filios me-
os in veritate ambulantes. Carissime. fide-
liter facis quicquid operaris in fratres: et
hoc in peregrinos. qui testimoniū reddide-
runt caritati tue in conspectu ecclesie: quos
benefaciens deducis digne deo. Pro nomi-
ne enim eius pfecti sūt: nichil accipientes
a gentilib̄. Nos ergo debemus suscipere
huiusmodi: ut cooperatores simꝰ veritatis.
Scripsissem forsitan ecclesie: sed is qui amat
primatū gerere in eis diotrepes. nō recipit
nos. Propter hoc si venero cōmoneā eius
opera que facit: verbis malignis garriens
in nos. Et quasi non ei ista sufficiant: neq;
ipse suscipit frēs: et eos qui suscipiūt prohi-
bet. et de ecclesia eicit. Carissime noli imitari
malū: sed quod bonū est. Qui bōnfacit ex
deo est: qui malefacit non videt deū. De me-
trio testimoniū reddit ab omib̄ et ab ipsa
veritate: sed et nos testimoniū phibemus: et
nosti q̄m testimoniū nostrū verū est. Multa
habui tibi scribere: sed nolui p attramentū et
calamū scribere tibi. Spero autē primus te
videre: et os ad os loquemur. Pax tibi.
Salutāt te amici. Saluta amicos p nomē.

Explicit epistola beati iohānis apli tercia.

Incip. argumentum in epla bēi iude apli.

Iudas aplus. fratres de corruptoribus vie
veritatis ita informat: ut illicitum esse disser-
ret de subiugo semel erutos seruitutis. de-
nuo operam suam officijs nouare seruilib̄.

Expl. argumētū. Incipit epla bēi iude apli.

Iudas ihesu cristi seruus frater aūt iacobi:
his qui sunt in deo patre dilectis. et cristo
ihesu conseruatis et vocatis. Misericordia
vobis et pax et caritas adimpleatur. Caris-
simi omnē sollicitudinē faciens scribēdi vo-
bis de omnium vestra salute necesse habui scri-
bere vobis: depcans supcertari semel tradi-
te sanctis fidei. Subintroierūt enī quidaz
homines qui olim pscripti sūt in hoc iudiciū
impij: dñi nostri grām trāsferentes in luxu-
riam: et solū dñatorem et dñm nrm ihesū cri-
stum negantes. Commouere aūt vos volo
scientes semel omia: q̄m ihesus ppln de terra
egipti saluans. secūdo eos qui nō crediderunt
pdidit. Angelos vero qui nō seruauerūt
suū principatū sed dereliquerunt suū domicilium:
in iudiciū magni diei vinculis eternis
sub caligine reseruauit. Sicut sodoma et go-
morra finitime ciuitates simili modo exfor-
nicate et abeūtes post carnem alteram: facti
sūt exemplū. ignis eterni penā sustinentes.
Similiter et hi quidē carnē maculant: dñatio-
nē autē spernūt: maiestatē autē blasphe-
mant. Cū michael archangelus cū diabo-
lo disputans altercaretur de moysi corpore:
non est ausus iudiciū inferre blasphemie. sed
dixit. Imperet tibi deus. Hi autē quecūq;
quidem ignorant blasphemant: quecunq;
aūt naturaliter tanq̄ muta animalia norūt:
in his corrūpunt: Ve illis q̄ via cayn abie-
rūt: et errore balaam mercede effusi sūt: et in
contradictione chore abierūt. Hi sunt in
epulis suis macule cōuiuantes: sine timore.
semetipsos pascentes: nubes sine aqua. que
a ventis circūferūtur: arbores autumnales.

infructuose·bis mortue·eradicate:fluctus
feri maris·despumãtes suas confusiones·sy
dera errantia:quibꝫ procella tenebrarꝫ seuata
est in eternũ. Prophetauit autẽ et de hijs se
ptimus ab adam·enoch dicens. Ecce venit
dñs in sanctis milibꝫ suis facere iudiciũ cõ
tra omnes: et arguere omnes impios de om
nibus operibꝫ impietatis eorꝫ · quibꝫ impie
egerũt:et de omnibꝫ duris que locuti sũt con
tra deũ peccatores impij. Hij sũt murmura
tores querelosi secõm desideria sua ambulã
tes:et os eorꝫ loquit superbiam: mirãtes p
sonas questus causa:Vos aũt carissimi me
mores estote verborꝫ q̃ pdicta sũt ab aplis
dñi nostri ihesu cristi:qui dicebãt vobis qm
in nouissimis temporibus venient illusores
secundũ desideria sua ambulantes in impi
etatibꝫ. Hij sũt qui segregant semetipsos:
animales:spiritũ non habentes:Vos autẽ
carissimi superedificantes vosmetipos sanctis
sime nostre fidei: in spiritu sancto orantes·
ipsos vos in dilectione dei seuate: exspectã
tes misericordiam domini nostri ihesu cristi
in vitam eternam·Et hos quidem arguite
iudicatos:illos vero saluate de igne rapien
tes. Alijs autem miseremini in timore: odi
entes et eam que carnalis est maculatã tu
nicam. Ei autem qui potens est vos conseua
re sine peccato et constituere ante cõspectũ
glorie sue immaculatos in exultatione:soli
deo saluatori nostro·per ihesũ cristum dñm
nostrũ gloria magnificentia imperiũ et pote
stas ante omne seculũ:et nũc et in omnia secula
seculorꝫ amẽ. Explicit epla beati iude apli.

Incipit plogus beati Johis in apocalipsim.

Iohannes aplus et euangelista a cristo ele
ctus atqꝫ dilectus·in tanto amore dilectio
nis vterior habitus est·ut in cena supra pe
ctus eius recũberet et ad crucẽ astanti soli
matrem ꝓpriam cõmendasset:ut quẽ nubere
volentẽ ad amplexũ virginitatis asciuerat:
ipi ad custodiendã virginẽ tradidisset. Hic
itaqꝫ cũ ꝓpter verbũ dei et testimoniũ ihu xpi
in pathmos insulam sortiret exiliũ:illic ab
eodem apocalipsis pre ostensa describitur:
ut sicut in principio canonis id ẽ libri gene
seos incorruptibile principiũ prenotatur:
ibi etiam incorruptibilis finis per virginem
in apocalipsi redderetur dicentis. Ego sum
alpha et o:initiũ et finis. Hic est iohannes·
qui sciens supuenisse sibi diem egressionis
de corpore conuocatis in ephso discipulis
descendit in defossum sepulture sue locũ:ora
tionemqꝫ completa reddidit spiritũ·tam a do
lore mortis factus extraneus:q̃ a corrupti
one carnis noscitur alienus. Cuius tamen
scripture dispositio vel libri ordinatio ideo
a nobis per singula non exponitur:ut nesci
entibus inquirendi desiderium collocetur:
et querentibus laboris fructus:et deo magi
sterij doctrina seruetur. Explicit plogus.

Incipit liber Apocalipsis beati iohãnis apli.

Apocalipsis ihesu cristi
quã dedit illi deus pa
lam facere seruis suis
que oportet fieri cito:
et significauit mittẽs p
angelũ suũ suo io
hanni qui testimoniũ
perhibuit verbo dei: et testimoniũ ihesu xpi
quecũqꝫ vidit. Beatus qui legit et q̃ audit
verba ꝓphetie huius:et seruat ea que in ea
scripta sũt. Tempus enim ꝓpe est. Johan
nes septẽ ecclesijs que sunt in asia. Gratia
vobis et pax ab eo qui est et qui erat et qui
venturus ẽ: et a septem spiritibꝫ qui in cõ
spectu throni eius sũt: et a ihesu xpo qui est
testis fidelis primogenitus mortuorꝫ et prin
ceps regũ terre: qui dilexit nos et lauit nos
a peccatis nostris in sanguine suo et fecit nos
regnũ et sacerdotes deo et patri suo:ipi gla
et imperiũ in secula seculorꝫ amẽ. Ecce venit

cū nubibꝫ: et videbit eū omnis oculus: ⁊ qui
eū pupugerūt. Et tūc plāgēt se sup eū oēs
tribus terre: etiam amē. Ego sū alpha ⁊ o:
principiū ⁊ finis. dicit dnꝰ deus qui ē ⁊ qui
erat ⁊ q̄ venturus est omnipotēs. Ego iohes
frater vester ⁊ particeps in tribulacōe et re-
gno ⁊ patientia in cristo ihesu: fui in insula
que appellat patmos ꝓpter verbū dei ⁊ te-
stimoniū ihesu. Fui in spiritu in dnica die: et
audiui post me vocē magnā tāq̄ tube dicē-
tis. Quod vides scribe in libro: et mitte se-
ptē ecclīs ephso ⁊ smirne ⁊ pergamo ⁊ thi-
atire ⁊ sardis ⁊ philadelphie ⁊ laodicie. Et
conuersus sū: ut viderē vocem q̄ loquebat
mecū. Et conuersus vidi septē candelabra
aurea: et in medio septē candelabrorꝫ aure-
orum similē filio hominis vestitū podere: et
p̄cinctum ad mamillas zona aurea. Caput
autē eius et capilli erāt candidi tanq̄ lana
alba ⁊ tanq̄ nix. Et oculi eius tanq̄ flāma
ignis: et pedes eius similes auricalco sicut
in camino ardenti. Et vox illius tanq̄ vox
aquarꝫ multarꝫ: et habebat in dextera sua
stellas septē. Et de ore eius gladius vtra-
q̄ parte acutus exibat: et facies eius sicut
sol lucet in virtute sua. Et cū vidissem eū: ce-
cidi ad pedes eius tanq̄ mortuus. Et posu-
it dexterā suā sup me dicens. Noli timere.
Ego sū primus ⁊ nouissimus et viuus: ⁊ fui
mortuus ⁊ ecce sū viuens in secula seculorū:
et habeo claues mortis ⁊ inferni. Scribe
ergo q̄ vidisti ⁊ que sūt: et que oportet fiei
post hec. Sacramentū septē stellarꝫ quas
vidisti in dextera mea ⁊ septem candelabra
aurea: septē stelle angeli sūt septē ecclīarꝫ:
et candelabra septē. septē ecclie sūt. II

Et angelo ephesi ecclesie scribe. Hec
dicit qui tenet septē stellas in dextera
sua: qui ambulat in medio septem candela-
brorꝫ aureorꝫ. Scio opera tua ⁊ laborem ⁊
patientiā tuam: et q̄ nō potes sustinere ma-
los. Et temptasti eos q̄ se dicūt apostolos
esse ⁊ nō sūt: et inuenisti eos mendaces. Et
patientiā habes: et sustinuisti ꝓpter nomē
meum: et nō defecisti. Sed habeo aduersuꝫ
te pauca: q̄ caritatem tuaꝫ primā reliquisti.
Memor esto itaq̄ vnde exciderīs: et age
penitentiā: et p̄ma opa fac. Si autē: veniō
tibi ⁊ mouebo cāndelabrū tuū de loco suo: nisi
penitētiā egeris. Sed hoc habes: q̄ odisti
facta nicholaitarꝫ: q̄ et ego odi. Qui habet
aurē audiat: quid spūs dicat ecclesiis: Vin-
centi dabo edere de ligno vite: quod est in
paradiso dei mei. Et angelo smirne ecclesie
scribe. Hec dicit primus ⁊ nouissimus: qui
fuit mortuus et viuit. Scio tribulacōēꝫ tuā
et pauptatē tuā: ſ diues es ⁊ blasphemaris
ab his q̄ se dicūt iudeos esse et non sūt: sed
sūt synagoga sathane. Nichil horꝫ timeas
que passurus es. Ecce missurus ē diabolus
ex vobis in carcerē ut temptemini: ⁊ habebi-
tis tribulacōem diebꝫ decē. Esto fidelis usq̄
ad mortem: et dabo tibi coronam vite. Qui
habet aurē audiat: quid spūs dicat ecclīs.
Qui vicerit: non ledetur a morte secunda
Et angelo pergami ecclesie scribe. Hec di-
cit qui habet rumphaam vtraq̄ parte acutā.
Scio vbi habitas vbi sedes est sathane: ⁊
tenes nomen meū ⁊ non negasti fidē meam
Et in diebꝫ illis antiphas testis meus fide-
lis qui occisus est apud vos: vbi sathanas
habitat. Sed habeo aduersus te pauca: q̄
habes illic tenētes doctrinam baalam qui
docebat balac mittere scandalum coram fi-
lijs israhel edere et fornicari: ita habes et tu
tenentes doctrinam nicholaitarum. Simi-
liter penitentiam age: si quo minus: veni-
am tibi cito et pugnabo cum illis in gladio
oris mei. Qui habet aurem audiat: q̄d spūs
dicat ecclesiis: Vincenti dabo mānna abscon-
ditū: et dabo illi calculū candidū ⁊ in calculo
nomē nouū scriptū: quod nemo scit nisi qui
accipit. Et angelo thiatire ecclie scribe. Hec
dicit filius dei: qui habꝫ oculos tanq̄ flāmā
ignis: ⁊ pedes eius similes auricalco. Noui
opera tua et fidē et caritatē tuā et ministerīū
et patientiā tuā: et opa tua nouissima plura
prioribꝫ. Sed habeo aduersus te pauca: q̄
p̄mittis mulierē ihezabel que se dicit ꝓphetē
docere ⁊ seducere seruos meos: fornicari et
manducare de p̄dolothis. Et dedi illi tēpus
ut penitentiā ageret: et non vult penitere a
fornicatione sua. Ecce ego mitto eā in lectū
et qui mechantur cū ea in tribulacōe maxia
erūt: nisi penitentiā ab opibꝫ suis egerint: ⁊
filios eius interficiā in mortē: ⁊ scient omnes

ecclie qꝫ ego sum scrutans renes et corda: et
dabo vnicuiq; vestrũ secundũ opera vestra
Vobis aũt dico ⁊ ceteris q̃ thiatire estis.
quicũq; non habet doctrinã hanc et qui nõ
cognouerũt altitudinẽ sathane quẽadmo-
dũ dicũt: non mittã sup vos aliud pondus:
tamẽ id quod habetis tenete donec veniã.
Et q̃ vicerit ⁊ custodierit usq; in finẽ opera
mea: dabo illi potestatẽ sup gentes ⁊ reget
eas in virga ferrea et tanq̃ vas figuli con-
fringent̃ sicut et ego accepi a patre meo: ⁊
dabo illi stellã matutinã. ℞ qui habꝫ aurem
audiat: quid spũs dicat ecclis. III
Et angelo ecclie sardis scribe. Hec di-
cit qui habet septẽ spũs dei: et septẽ stellas.
Scio opera tua: qꝫ nomẽ habes q̃ viuas:
et mortuus es. Esto vigilans: et confirma
cetera que moritura erant. Non enim inue-
nio opera tua plena coram deo meo. In mẽte
ergo habe qualiter acceperis ⁊ audieris ⁊
serua: et penitentiã age. Si ergo nõ vigila-
ueris veniã ad te tanq̃ fur: ⁊ nescies q̃ hora
veniam ad te. Sed habes pauca nomina
in sardis q̃ nõ inquinauerũt vestimẽta sua:
et ambulabũt mecũ in albis qꝫ digni sunt.
℞ qui vicerit sic vestietur vestimentis albis:
et non delebo nomen eius de libro vite: et
confitebor nomen eius coram patre meo et
coram angelis eius. ℞ qui habet aures audi-
at: quid spũs dicat ecclis. Et angelo phila-
delphie ecclie scribe. Hec dicit sanctus ⁊ ve-
rus qui habꝫ clauẽ dauid: qui apit ⁊ nemo
claudit: claudit ⁊ nemo apit. Scio opera
tua. Ecce dedi coram te ostiũ aptũ q̃ nemo
potest claudere: qꝫ modicã habes virtutem
et seruasti verbũ meũ ⁊ non negasti nomen
meũ. Ecce dabo de synagoga sathane qui
dicũt se iudeos esse ⁊ non sũt: sed mentiunt̃
Ecce faciã illos vt veniãt et adorẽt ante pe-
des tuos: et scient qꝫ ego dilexi te. Quoniã
seruasti verbũ patiẽtie mee: et ego seruabo te
ab hora temptacõis q̃ ventura est in orbem
vniuersũ tẽptare habitãtes in terra. Ecce
venio cito. Tene quod habes: ut nemo ac-
capiat coronã tuã. ℞ qui vicerit faciã illum
columnã in templo dei mei: ⁊ foras nõ egre-
diet̃ amplius. Et scribam sup eũ nomẽ dei
mei ⁊ nomẽ ciuitatis dei mei noue ierusalẽ
q̃ descendit de celo a deo meo: ⁊ nomẽ meum
nouũ. ℞ qui habet aurem audiat: q̃d spũs
dicat ecclis. Et angelo laodicie ecclie scribe.
Hec dicit amẽ testis fidelis et verus: qui ẽ
principiũ creature dei. Scio opa tua: quia
neq; frigidus es neq; calidus: Vtinã frigi-
dus esses aut calidus. Sed qꝫ tepidus es
et nec frigidus nec calidus · incipiã te euo-
mere ex ore meo: qꝫ dicis q̃ diues sũ ⁊ loc-
pletatus ⁊ nullius egeo: et nescis quia tu es
miser ⁊ miserabilis · et paup ⁊ cecus ⁊ nudus.
Suadeo tibi emere a me aurũ ignitũ pba-
tum ut locuples fias: et vestimentis albis in-
duaris ut nõ appareat confusio nuditatis tue:
et collirio iũge oculos tuos ut videas. Ego
quos amo · arguo ⁊ castigo · Emulare ergo:
et penitentiã age. Ecce sto ad ostiũ ⁊ pulso.
Si quis audierit vocẽ meã ⁊ apuerit michi
ianuã intrabo ad illũ: et cenabo cũ illo: ⁊ ipse
mecum. ℞ qui vicerit dabo ei sedere mecũ in
throno meo: sicut ⁊ ego vici ⁊ sedi cũ patre
meo in throno eius. ℞ qui habet aurem au-
diat: quid spũs dicat ecclis. IIII
Post hec vidi: ⁊ ecce ostiũ aptũ in celo
et vox p̃ma quã audiui: tanq̃ tube loquẽtis
mecũ dicẽs. Ascende huc: ⁊ ostendam tibi
que oportet fieri cito. Post hec statim fui in
spiritu. Et ecce sedes posita erat in celo: ⁊ su-
pra sedẽ sedens. Et qui sedebat similis erat
aspectui lapidis iaspidis ⁊ sardinis: et iris
erat in circuitu sedis similis visioni smaragdie.
Et in circuitu sedis sedilia viginti quatuor: ⁊
sup̃ thronos viginti quatuor seniores sedẽ-
tes circũamicti vestimẽtis albis: ⁊ in capitibus
eorũ coronae auree. Et de throno p̃cedũt ful-
gura ⁊ voces ⁊ tonitrua: ⁊ septẽ lampades
ardẽtes ante thronũ qui sũt septem spiritus
dei. Et in conspectu sedis tanq̃ mare vitreũ
simile cristallo: ⁊ in medio sedis et in circui-
tu sedis quatuor animalia plena oculis ãte
et retro. Et animal primũ simile leoni ⁊ secũ-
dũ simile vitulo: ⁊ terciũ animal habẽs faciẽ
quasi homis: et quartũ animal simile aquile
volãti. Et quatuor aãlia singula eorũ habe-
bant alas senas: et in circuitu ⁊ intus plena
sunt oculis. Et requiẽ non habebãt die ac
nocte dicentia sanctus sanctus sanctus do-
minus deus omnipotẽs: qui erat et qui est ⁊

qui venturus est. Et cū darēt illa animalia
gloriā et honorē et benedictionē sedēti sup
thronū viuēti in secula seculorū: procidebāt
viginti quatuor seniores ante sedentem in
throno et adorabāt viuentem in secula secu-
lorum: et mittebāt coronas suas ante thronū
dicentes. Dignus es domine deus noster ac-
cipere gloriā et honorē et virtutē: q̄ tu creasti
oīa et ꝓpter voluntatē tuā erāt et creata sunt.

Et vidi in dextera sedentis supra V
thronū librū scriptū intus et foris: sig-
nātū sigillis septē. Et vidi angelū fortem et p-
dicantem voce magna. Quis est dignus
aperire librū et soluere signacula eius? Et
nemo poterat neq; in celo neq; in terra neq;
subtus terrā apire librū: neq; respicere illū.
Et ego flebā multū: quoniā nemo dignus
inuentus est apire librū: nec videre eum. Et
vnus de seniorib; dixit michi. Ne fleueris.
Ecce vicit leo de tribu iuda radix dauid a-
perire librū: et soluere septē signacula eius.
Et vidi: et ecce in medio throni et quatuor
animaliū et in medio seniorū agnū stantē
tanq̄ occisū habentē cornua septē et oculos
septē: qui sūt septē spūs dei missi in omnem
terrā. Et venit: et accepit de dextera sedentis
in throno librū. Et cū aperuisset librū quatuor
animalia et viginti quatuor seniores ceciderū
coram agno habentes singuli cytharas
et fialas aureas plenas odoramētorū que
sūt oracōnes sanctorū: et cantabāt canticū
nouū dicentes. Dignus es domine accipere
librum et apire signacula eius: qm occisus
es et redemisti nos deo in sanguine tuo ex
omni tribu et lingua et populo et nacōne: et
fecisti nos deo nostro regnū et sacerdotes.
Et regnabūt sup terram. Et vidi: et audiui
vocem angelorū multorū in circuitu throni
et animaliū et seniorū: et erat numerus eorū
milia miliū dicentū voce magna. Dignus
est agnus qui occisus est: accipe virtutem
et diuinitatē et sapientiā: et fortitudinē et ho-
norem et gloriā et benedictionē. Et omnem
creaturā que in celo est et sup terrā et sub ter-
ra: et que sūt in mari et q̄ in eo: omnes audiui
dicentes sedenti in throno et agno. Benedi-
ctio et honor et gloria et ptās in secula seculorū.
Et quatuor animalia dicebant amen. Et vi-
ginti quatuor seniores ceciderūt in facies su-
as: et adorauerūt viuentem in secula seculorū.

Et vidi q̄ aperuisset agnus vnū de VI
septē sigillis: et audiui vnū de quatuor
animalibus dicēs tanq̄ voce tonitrui. Veni
et vide. Et vidi: et ecce equus albus: et q̄ se-
debat sup illū habebat arcū: et data est ei co-
rona: et exiuit vincens ut vinceret. Et cū ape-
ruisset sigillū secūdū: audiui secundū aīal di-
cens. Veni et vide. Et exiuit alius equus ru-
fus: et qui sedebat sup illū datum est ei ut su-
meret pacē de terra: et ut inuicē se interficāt:
et datus est ei gladius magnus. Et cū ape-
ruisset sigillū tertiū: audiui tertiū aīal dicēs.
Veni et vide. Et ecce equus niger: et qui se-
debat sup illū habebat staterā in manu sua.
Et audiui tanq̄ voce in medio q̄tuor aīaliū
dicentiū. Bilibris tritici denario vno: et tres
bilibres ordei denario vno: et vinū et oleū ne
leseris. Et cū aperuisset sigillū quartum audiui
vocē quarti animalis dicentis. Veni et vide.
Et ecce equus pallidus: et q̄ sedebat sup eū
nomē illi mors: et infernus sequebat eū. Et
data ē illi potestas sup quatuor ptes terre:
interficere gladio fame et morte et bestijs tre.
Et cū aperuisset sigillū quintū: vidi subtus al-
tare animas interfectorū ꝓpter verbum dei: et
ꝓpter testimoniū quod habebāt. Et clama-
bant voce magna dicentes. Vsq; quo dñe
sanctus et verus nō iudicas et non vindicas
sanguinē nostrū de hijs qui habitāt in terra?
Et date sūt illis singule stole albe: et dictū ē
illis ut requescerēt adhuc tempus modicū:
donec compleantur conserui eorū et frēs eorū
qui interficiēdi sūt sicut et illi. Et vidi cū ape-
ruisset sigillū sextū: et ecce terre motus ma-
gnus factus ē. Et sol factus est niger tāq̄
saccus cilicinus: et luna tota facta est sicut
sanguis: et stelle de celo ceciderūt sup terrā
sicut ficus emittit grossos suos cum a vento
magno mouetur. Et celū recessit sicut liber
inuolutus: et omnis mons et insule de locis su-
is mote sūt. Et reges terre et principes et tri-
buni et diuites et fortes et omnis seruus et liber
absconderūt se in spelūcis et in petris montū
et dicūt montib; et petris cadite sup nos: et
abscondite nos a facie sedentis sup thronū
et ab ira agni: quoniam venit dies magnus

ire ipsorũ. Et quis poterit stare. VII

POst hæc vidi quatuor ãgelos stãtes
sup quatuor angulos terre: tenentes
q̃tuor ventos terre ne flarẽt sup terrã: neq;
sup mare neq; in vllã arborẽ. Et vidi alte-
rũ angelũ ascendentẽ ab ortu solis habẽtẽ
signum dei viui: et clamauit voce magna.
quatuor angelis quib; datũ est nocẽ terre
et mari dicens. Nolite nocere terre ⁊ mari
neq; arboribus: quoadusq; signemus seruos
dei nostri in frontib; eorũ. Et audiui nume-
rum signatorũ: centum quadragintaq̃tuor
milia signati ex omni tribu filiorũ israhel. Ex
tribu iuda: duodecim milia signati. Ex tri-
bu ruben: duodecim milia signati. Ex tribu
gad: duodecim milia signati. Ex tribu aser:
duodecim milia signati. Ex tribu neptalim:
duodecim milia signati. Ex tribu manasse:
duodecim milia signati. Ex tribu symeon:
duodecim milia signati. Ex tribu leui: duo-
decim milia signati. Ex tribu ysachar: duo-
decim milia signati. Ex tribu zabulon: duo-
decim milia signati. Ex tribu ioseph: duode
cim milia signati. Ex tribu beniamin: duo-
decim milia signati. Post hæc vidi turbã ma-
gnam quam dinumerare nemo poterat: ex
omnib; gẽtib; et tribub; ⁊ populis ⁊ linguis
stantes ante thronũ ⁊ in cõspectu agni amic-
ti stolis albis: ⁊ palme in manibus eorum
Et clamabãt voce magna dicẽtes. Salus
deo nro: q̃ sedet sup thronũ ⁊ agno. Et oẽs
angeli stabãt in circuitu throni ⁊ seniorũ et
quatuor animaliũ: et ceciderũt in conspectu
throni in facies suas: et adorauerũt deũ di-
centes amen. Bñdictio ⁊ claritas ⁊ sapiẽtia
et grãrũ actio: honor ⁊ virtus et fortitudo deo
nro: in secula seculorũ amen. Et rñdit vnus
de seniorib: et dixit michi. Hij q̃ amicti sũt
stolis albis qui sũt ⁊ vnde venerũt? Et dixi
illi. Domine mi tu scis. Et dixit michi. Hij sũt
qui venerũt de tribulacõne magna: et laue-
runt stolas suas: et dealbauerũt eas in san-
guine agni. Ideo sũt ante thronũ dei: et ser-
uient ei die ac nocte in templo eius: ⁊ qui
sedet in throno habitabit sup illos. Non
esurient neq; sitiẽt amplius: neq; cadet sup
illos sol neq; vllus estus: quoniam agnus
q̃ in medio throni ẽ reget illos: ⁊ deducet
illos ad vite fontes aquarum: ⁊ absterget
deus omnem lacrimã ab oculis eorũ. VIII

Et cũ apuisset sigillũ septimũ: factũ est
silentiũ in celo quasi media hora. Et
vidi septẽ angelos stantes in conspectu dei:
et date sũt illis septẽ tube. Et alius angelus
venit ⁊ stetit ante altare habens thuribulũ
aureũ: ⁊ data sũt illi incensa multa: ut daret
de oracõnib; sanctorũ oũm sup altare aureũ
quod est ante thronũ dei. Et ascẽdit fumus
incensorũ de oracõnib; sanctorum de manu
angeli: coram deo. Et accepit ãgelus thuri-
bulũ aureũ: et impleuit illud de igne altaris
et misit in terrã: et facta sũt tonitrua ⁊ voces
et fulgura ⁊ terre motus magnus: et septem
angeli qui habebãt septẽ tubas ꝓparauerũt
se ut tuba canerent. Et pmus angelus tuba
cecinit. Et facta est grando ⁊ ignis mixta
in sanguine: et missum est in terrã. Et tercia
pars terre obusta est: ⁊ tercia ps arborum
concremata est: et oũe fenũ viride cõbustũ
est. Et secundus angelus tuba cecinit: et tã-
quã mons magnus igne ardẽs missus est
in mare. Et facta est tercia pars maris san-
guis: et mortua ẽ tercia pars creature eorũ
que habebãt animas in mari: et tercia pars
nauiũ interiit. Et tertius angelus tuba ceci-
nit: et cecidit de celo stella magna ardens
tanq̃ facula. Et cecidit in terciã partẽ fluminũ
⁊ in fontes aquarũ: ⁊ nomẽ stelle dicitur
absinthiũ. Et facta est tercia pars aquarũ
in absinthiũ: et multi hominũ mortui sunt de
aquis: q̃ amare facte sunt. Et quartus ãge-
lus cecinit: et percussa est tercia pars solis et
tercia pars lune et tercia pars stellarũ. ita
ut obscurarẽt tercia ps eorũ: et diei nõ luce-
ret pars tercia et nocti similiter. Et vidi: et
audiui vocẽ vnius aquile volãtis p meduũ
celi: dicẽtis voce magna. Ve ve habitanti-
bus in terra de ceteris vocibus trium ange-
lorum: qui erant tuba canituri. IX

Et quintus ãgelus tuba cecinit: ⁊ vidi
stellã de celo cecidisse in terrã: et data est ei
clauis putei abissi. Et aperuit puteũ abissi:
et ascendit fumus putei sicut fumus fornacis
magne: et obscuratus est sol et aer de fumo
putei. Et de fumo putei exierũt locuste in ter-
ram: et data est illis potestas sicut habent

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

potestatē scorpiones terre. Et p̄ceptum est illis ne ledere̅t fenū terre neq; omne viride neq; omnē arborē: nisi tantū homines q̄ nō habent signū dei in frontib̄ suis. Et dictū est eis ne occiderē̅t eos: sed ut cruciarē̅tur mensib̄ quīq;. Et cruciatus eorū ut cruciatus scorpij: cū percutit hoīem. Et in dieb̄ illis quere̅t homines mortē & non inuenient eā: et desiderabunt mori: et fugiet mors ab eis. Et similitudines locustarū similes equis paratis ad p̄liū: et sup capita earū tanq̄ coronne similes auro: et facies earū tanq̄ facies hominū. Et habebāt capillos sicut capillos mulierū: & dēntes earū sicut dēntes leonū erāt. Et habebāt loricas sicut loricas ferreas: et vox alarū illarū sicut vox curruū equorum multorū currentiū in bellū. Et habebant caudas similes scorpionū: et aculei erant in caudis earū: et potestas earū nocere hominib̄ mensibus quīq;. Et habebāt sup se regem angelū abissi cui nomē hebraice abaddon. grece aūt apollion: et latine habēs nomē terminās. Ve vnū abiit: et ecce veniunt adhuc duo post hec. Et sextus āgelus tuba cecinit: et audiui vocē vnā ex quatuor cornibus altaris aurei qd̄ ē ant̄ oculos dei: dicētē sexto angelo q̄ habebat tubā. Solue quatuor angelos q̄ alligati sunt in flumine magno eufraten. Et soluti sūt quatuor angeli qui parati erāt in hora & die & mense & anū: ut occiderē̅t tertiā partē hominū. Et numerus equestris exercitus. vigēs milies denamilia: et audiui numerum eorū: et ita vidi equos in visione. Et qui sedebant sup eos habebāt loricas igneas & iacinctinas & sulphureas: et capita equorū erāt tanq̄ capita leonū: & de ore eorū p̄cedit ignis & fumus et sulphur. Et ab hīs trib̄ plagis occisa ē tertia pars hominū: de igne et de fumo & sulphure q̄ p̄cedebāt ex ore ipōrū. Potestas enim equorū in ore eorū ē: et in caudis eorū. Nā caude eorū siles serpētib̄ habētes capita: et in hīs nocent. Et ceteri hoīes qui nō sunt occisi in hīs plagis neq; pententiam egerūt de opib̄ manuū suarū ut nō adorarent demonia & simulacra aurea & argētea et erea & lapidea & lignea q̄ neq; videre possunt neq; audire neq; ambulare: & nō egerunt penitentiam ab homicidijs suis neq; a venefiijs suis neq; a fornicatione sua: neq; a furtis suis.

X

Et vidi aliū angelū fortē descendētē de celo amictū nube: et iris in capite eius. Et facies eius erat ut sol: & pedes eius tanq̄ colūne ignis. Et habebat in manu sua libellū apertū: et posuit pedē suū dexterū supra mare. sinistrū autem sup terrā: & clamauit voce magna quemadmodū cū leo rugit. Et cū clamasset: locuta sūt septē tonitrua voces suas. Et cū locuta fuissent septē tonitrua voces suas: et ego scriptturus eram. Et audiui vocē de celo dicētē michi. Signa q̄ locuta sunt septē tonitrua: et noli ea scribere. Et angelus quē vidi stātem supra mare & supra terrā leuauit manū suā ad celū & iurauit p viuentē in secula seculorū q̄ creauit celū & ea que in eo sūt & terram et ea que in ea sūt & mare & ea q̄ in eo sūt: q̄ tempus non erit amplius: sed in dieb̄ vocis septimi angeli cū cepit tuba canere: consummabit̄ misterū dei sicut euangelizauit per suos suos prophetas. Et audiui vocē de celo iterū loquentē mecū & dicentē. Vade: & accipe librū apertū de manu angeli stātis sup̄ mare & sup terrā. Et abij ad angelū dicens ei ut daret michi librū: et dixit michi. Accipe librū & deuora illū: et faciet amaricari ventrē tuū: sed in ore tuo erit dulce tanq̄ mel. Et accepi librū de manu angeli & deuorauī illū: et erat in ore meo tanq̄ mel dulce. Et cū deuorassem eū: amaricatus ē venter meus. Et dixit michi. Oportet te iterū prophetare gentib̄ et plis & lingis & regibus multis.

XI

Et datus ē michi calamus similis virge et dictū est michi. Surge & metire tēplū dei & altare: et adorātes in eo. Atriū vero quod est foris tēplū eice foras & ne metiaris illud: quomā datū est gētib̄. Et ciuitatem sanctā calcabūt mensib̄ quadraginta duob̄. Et dabo duob̄ testibus meis: & prophetabūt dieb̄ mille ducētis sexaginta amicti saccis. Hij sunt duo oliue & duo cādelabra in conspectu dīi terre stātes. Et si quis voluerit eos nocere: ignis exiet de ore eorū & deuorabit inimicos eorū: & si quis voluerit eos ledere sic oportet eū occidi. Hij habēt potestatem claudendi celū ne pluat dieb̄

plxcie illorꝫ: et potestatē habēt sup aquas
conuertēdi eas in sanguinē: et percutere ter-
ram omni plaga quotiensciqꝫ voluerint. Et
cū finierint testimoniū suū bestia q̄ ascēdit
de abisso faciet aduersus eos bellū: et vincet
illos: et occidet eos. Et corpa eorꝫ iacebunt
in plateis ciuitatis magne q̄ vocat spūaliter
sodoma et egiptus: vbi et dns eorū crucifi-
xus est. Et videbūt de tribubus et de populis
et linguis et gentib⁹ corpora eorꝫ p tres dies
et dimidiū: et corpora eorꝫ non sinent poni
in monumētis. Et inhabitātes terram gau-
debūt super illos et iocūdabūtur: et munera
mittēt inuicē: quoniā hi duo prophete cruciā-
uerūt eos qui inhabitabāt sup terram. Et
post dies tres et dimediū spūs vite a deo in-
trabit in eos. Et steterunt sup pedes suos:
et timor magnus cecidit sup eos q̄ viderēt
eos. Et audierūt vocē magnā de celo dicē-
tem eis. Ascendite huc. Et ascenderunt in
celū in nube: et viderūt illos inimici eorꝫ. Et
in illa hora factus est terre motus magnus
et decima pars ciuitatis cecidit. Et occisi sūt
in terre motu nomina hominū septē mlia:
et reliqui in timorē sūt missi: et dederūt gloriā
deo celi. Vae secūdū abiit: et ecce ve tertiū ve-
niet cito. Et septimus angelus tuba cecinit:
et facte sūt voces magne in celo dicentes.
Factū est regnū huius mūdi dni nostri et
cristi eius: et regnabit in scla sclorꝫ amen.
Et viginti q̄tuor seniores q̄ in ospectu dei se-
dent in sedib⁹ suis cecidērūt in facies suas:
et adorauerūt deū dicētes. Gratias agimus
tibi dne deus noster omnipotens: qui es et q̄
eras et qui venturus es: qꝫ accepisti virtutē
tuam magnā et regnasti. Et irate sūt gētes
et aduenit ira tua et tempus mortuorꝫ iudi-
cari et redde mercedē seruis tuis prophetis
et sanctis et timentib⁹ nomē tuū pusillis et ma-
gnis: et exterminādi eos q̄ corruperūt terrā.

Et aptū est templū dei in celo: XII
et visa est archa testamēti eius in tē-
plo eius. Et facta sunt fulgura et voces: et
terremotus et grando magna. Et signū ma-
gnū apparuit in celo. Mulier amicta sole:
et luna sub pedib⁹ eius: et in capite eius co-
rona stellarꝫ duodecim. Et in vtero habēs
et clamabat parturiēs: et cruciat ut pariat.
Et visū ē aliud signū in celo. Et ecce draco
magnus rufus habēs capita septē et cornua
decē: et in capitib⁹ eius septē diademata: et
cauda eius trahebat tertiā partē stellarꝫ ce-
li et misit eas in terrā. Et draco stetit ante mu-
lierē que erat paritura: ut cū peperisset filium
eius deuoraret. Et peperit filiū masculū: qui re-
cturus erat omnes gētes in virga ferrea. Et
raptus est filius eius ad deū et ad thronum
eius: et mulier fugit in solitudinē vbi habe-
bat locū paratū a deo: ut ibi pascat eā diebus
mille ducētis sexaginta. Et factum est plium
magnū in celo. Michael et angeli eius pli-
abant cū dracone: et draco pugnabat et an-
geli eius et nō valuerūt: neqꝫ locus inuētus
est eorꝫ amplius in celo. Et proiectus est dra-
co ille magnus serpens antiquus qui vocat
diabolus et sathanas qui seducit vniū-
sum orbē: et proiectus est in terrā: et ageli eius
cū illo missi sūt. Et audiui vocē magnam in
celo dicētem. Nūc facta ē salus et virtus et
regnū dei nri et potās cristi eius: qꝫ proiectus
est accusator fratrū nostrorꝫ: q̄ accusabat il-
los ante conspectum dei nostri die ac nocte
Et ipsi vicerūt eū propter sanguinē agni et propter
verbū testimonij sui: et nō dilexerūt animas
suas vsqꝫ ad mortē. Propterea letami celi
et qui habitatis in eis. Ve terre et mari: qꝫ
descendit diabolus ad vos habēs iram ma-
gnā: sciēs q̄ modicū tēpus habet. Et postq̄
vidit draco q̄ proiectus est in terrā: persecutus
est mulierē que peperit masculū. Et date sūt
mulieri ale due aquile magne: ut volaret in
desertū in locū suū: ubi alit p tempus et tpa
et dimidiū temporis a facie serpentis. Et mi-
sit serpens ex ore suo post mulierē aquam
tanq̄ flumē: ut eam faceret trahi a flumine.
Et adiuuit terra mulierē: et aperuit terra os
suū et absorbuit flumē: quod misit draco de
ore suo. Et iratus ē draco in mulierē: et abiit
facere preliū cū reliquis de semine eius qui
custodiūt mandata dei: et habēt testimoniū
ihu cristi. Et stetit sup arenā maris. XIII
Et vidi de mari bestiā ascendentem ha-
bentē capita septē et cornua decē: et sup
cornua eius decē diademata: et sup capi-
ta eius nomina blasphemie. Et bestia quā
vidi similis erat pardo: et pedes eius sicut

pedes vrsi: et os eius sicut os leonis. Et de-
dit illi draco virtutē suā ⁊ potestatē magnā.
Et vidi vnū de capitib⁹ suis quasi occisū in
mortē: et plaga mortis eius curata est. Et
ammirata est vniūsa terra post bestiā. Et ad-
orauerūt draconē qui dedit potestatē bestie:
et adorauerūt bestiam dicētes. Quis
bestie: et quis poterit pugnare cum illa? Et
datū est ei os loquēs magna ⁊ blasphemā:
et data ē ei potestas facere menses quadra-
ginta duos. Et aperuit os suū in blasphe-
mias ad deū blasphemare nomē eius et ta-
bernaculū eius: et eos qui in celo habitāt.
Et datū est illi bellū facere cū sanctis: et vin-
cere eos. Et data est illi potestas in omnē
tribū et ꝓplin et linguā et gentē: et adorauer-
ūt eam omnes q̄ inhabitabant terrā: quor
non sūt scripta noia in libro vite agni q̄ oc-
cisus est ab origine mūdi. Si quis habet
aurē audiat. Qui in captiuitatē duxerit in
captiuitatē vadet: qui in gladio occiderit:
oportet eū gladio occidi. Hic est patiētia:
et fides sanctor. Et vidi aliā bestiā ascen-
dentē de terra: et habebat cornua duo silia
agni: et loquebat sicut draco. Et potestatē
p̄oris bestie omnē faciebat in ꝓspectu eius:
et fecit terrā ⁊ habitantes in ea adorare be-
stiam p̄mam: cuius curata est plaga mortis
Et fecit signa magna: ut etiaz ignē faceret
de celo descendē in terrā in ꝓspectu hominū.
Et seducit habitantes in terra ꝓpter signa
que data sūt illi facere in ꝓspectu bestie: di-
cens habitāntib⁹ in terra ut faciāt imaginē
bestie q̄ habz plagā gladij ⁊ vixit. Et datū
ē illi ut daret spm̄ imagini bestie et ut loq̄-
tur imago bestie: et faciet ut quicūqz nō ad-
orauerint imaginē bestie occidantur. Et fa-
ciet omnes pusillos et magnos et diuites ⁊
paupes ⁊ liberos ⁊ suos habere caracterē
in manū dextra aut in frontib⁹ suis: et ne quis
possit emē aut vendere nisi habeat caracte-
rem nois bestie: aut nomē aut numerū nois
eius. Hic sapiētia ē. Qui habz intellectū:
oputet numerū bestie. Numerus enī hois
est: et numerus eius sexcentisexagintasex.

XIIII

Et vidi: et ecce agnus
stabat sup̄ montē syon: et cū eo centū
quadragintaq̄tuor milia hntes nomē eius
et nomē patris eius scriptū in frontib⁹ suis.
Et audiui vocē de celo tanq̄ vocē aquar
multar et tanq̄ vocē tonitrui magni: et vo-
cem quā audiui sicut cytharedor cytharis-
zantiū in cytharis suis. Et cātabāt quasi cā-
ticū nouū ante sedē ⁊ ante q̄tuor aīalia et se-
niores: et nemo poterat dicere cāticū nisi illa
centū quadragintaq̄tuor milia q̄ empti sūt
de terra. Hij sūt qui cū mulieribus non sūt co-
inq̄nati: virgines enim sūt. Hij sēcūtur agnū
quocūqz ierit. Hij empti sūt ex omnib⁹ p̄mi-
tie deo et agno: et in ore eor non ē inuentū
mendaciū. Sine macula enim sūt ante thro-
nū dei. Et vidi alterū angelū volātem p me-
diū celi: habentē euāgeliū eternū: ut euāge-
lizaret sedentib⁹ sup terrā et sup omnē gen-
tem et tribū et linguā et ꝓplin: dicēs magna
voce. Timete dōm et date illi honorem: q̄
venit hora iudicij eius: et adorate eū qui fe-
cit celū et terrā mare et fontes aquar. Et a-
lius angelus secutus ē dicens. Cecidit ceci-
dit babilon illa magna: que a vino ire for-
nicationis sue potauit omnes gentes. Et ter-
cius angelus secutus est illos dicens voce
magna. Si quis adorauerit bestiā ⁊ imagi-
nem eius et acceperit caracterem in fronte
sua aut in manū sua: hic bibet de vino ire dei
q̄d mixtū est mero in calice ire ipius. Et cru-
ciabit ignē ⁊ sulphure in conspectu angelo-
rū sanctor: et ante ꝓspectū agni. Et fumus
tormētor eor ascēdet in sēla sēlor. Nec
habēt requiē die ac nocte q̄ adorauerūt be-
stiam ⁊ imaginē eius: et si quis acceperit ca-
racterē nomis eius. Hic sapientia sanctor
ē: q̄ custodiūt mandata dei ⁊ fidem ihu. Et
audiui vocē de celo dicētem michi. Scribe.
Beati mortui: qui in dno moriūtur. Amodo
iam dicit spūs: ut requescant a laborib⁹ suis
Opera enī illor sēcūtur illos. Et vidi. ⁊ ecce
nubē cādidā: et sup̄ nubē sedentē similē filio
hois hntem in capite suo coronā aureā: et in
manū sua falcē acutā. Et alius āgelus exiuit
de tēplo: clamās voce magna ad sedētē su-
per nubem. Mitte falcem tuam et mete: quia
venit hora ut metat: qm̄ aruit messis terre.
Et misit qui sedebat super nubem falcem
suam in terram: et demessuit eam. Et alius
angelus exiuit de templo quod est in celo:

habens ⁊ ipe falcē acutā. Et alius angelus
exiuit de altari q̄ habebat potestatē supra
ignē: et exclamauit voce magna ad eū qui
habebat falcē acutam dicēs. Mitte falcem
tuam acutā et vindemia botros vinee tre:
qm̄ mature sunt vue eius. Et misit angelus
falcem suā acutam in terrā: et vindemauit
vineā terre: ⁊ misit in lacū ire dei magnū. Et
calcatus ē lacus extra ciuitatē: et exiuit san-
guis de lacu usq; ad frenos equorū per sta-
dia mille sexcenta. XV

Et vidi aliud signū in celo magnū et mirabi-
le: angelos septē habētes plagas septē no-
uissimas: qm̄ in illis consūmata ē ira dei. Et
vidi tanquā mare vitreū mixtum igne ⁊ eos
qui vicerūt bestiā et imaginē eius ⁊ nume-
rum nominis eius stantes sup̄ mare vitreū:
habentes cytharas dei et cantantes canticū
moysi serui dei et canticū agni dicentes. Ma-
gna ⁊ mirabilia sūt opera tua dne deus omni-
potens: iuste ⁊ vere sūt vie tue dne rex secu-
lorū. Quis nō timebit te domine: et magni-
ficabit nomē tuū? Quia solus pius es: qm̄
omnes gentes venient ⁊ adorabūt in cōspe-
ctu tuo: qm̄ iudicia tua manifesta sunt. Et
post hec vidi: ⁊ ecce apertū est templū taber-
naculi testimonij in celo. Et exierūt septem
angeli habentes septē plagas de templo:
vestiti lapide mūdo ⁊ candido: et precincti
circa pectora zonis aureis. Et vnū de quatu-
or animalibus dedit septē angelis septem fia-
las aureas: plenas ire cūdie dei viuentis in
secula seculorum. Et impletū est templū dei
fumo a maiestate dei et de virtute eius: et ne-
mo poterat introire in templū: donec consu-
marentur septem plage septem angelorum.

Et audiui vocem magnam XVI
de templo dicentem septem angelis.
Ite: et effundite septē fialas ire dei in terram.
Et abiit p̄mus angelus et effudit fialā suā
in terrā: et factū est vulnus seuū et pessimū
in homines qui habebant caracterem bestie:
et in eos qui adorauerūt bestiā et imaginē
eius. Et secūdus angelus effudit fialā suā
in mare: et factus ē sanguis tanq̄ mortui:
et omnis anima viuēs mortua ē in mari. Et
tercius effudit fialā suam super flumina et
sup fontes aquarū: et factus ē sanguis. Et
audiui angelum aquarū dicentē. Iustus es
domine qui es et qui eras sanctus qui hoc
iudicasti: q̄ sanguinē sanctorū ⁊ ꝓphetarum
effuderūt: et sanguinē eis dedisti bibere. Di-
gni enim sūt. Et audiui alterū dicentē. Etiā
dne deus omnipotens: vera ⁊ iusta iudicia
tua. Et quartus angelus effudit fialam suā
in solem: et datū ē illi estu affligere homines
et igni. Et estuauerūt homines estu magno:
et blasphemauerūt nomē dei habentis pote-
statem sup has plagas: neq; egerunt penite-
tiā ut darent illi gloriā. Et quintus ange-
lus effudit fialam suā sup sedem bestie ⁊ fa-
ctum est regnū eius tenebrosū. Et cōman-
ducauerūt linguas suas pre dolore: et blas-
phemauerūt deū celi pre doloribus et vulneri-
bus suis: et nō egerūt penitentiā ex operibus
suis. Et sextus angelus effudit fialam suā
in flumen illud magnū eufraten: et siccauit
aquam eius ut ꝓpararetur via regibus ab ori-
tu solis. Et vidi de ore draconis et de ore be-
stie et de ore pseudo ꝓphete exire spūs tres
immūdos in modū ranarū. Sūt enim spūs
demoniorū facientes signa: et ꝓcedūt ad re-
ges totius terre ꝓgregare illos in p̄liū: ad
diem magnū omnipotentis dei. Ecce venio
sicut fur. Beatus qui vigilat et custodit ve-
stimenta sua ne nudus ambulet: et videant
turpitudinē eius. Et congregabit illos in
locū qui vocatur hebraice armageddon. Et
septimus angelus effudit fialam suā in ae-
rem: et exiuit vox magna de templo a throno
dicens. Factū est. Et facta sūt fulgura et
voces et tonitrua: et terre motus factus est
magnus qualis nunq̄ fuit ex quo homines
fuerūt super terrā: talis terre motus sic ma-
gnus. Et facta est ciuitas magna in tres p-
tes: et ciuitates gentiū ceciderūt. Et babi-
lon magna venit in memoriā ante deū: dare
illi calicē vini indignacionis ire eius. Et oīs
insula fugit: et montes nō sunt inuenti. Et
grando magna sicut talentū descendit de ce-
lo in homines: et blasphemauerūt homines
deum ꝓpter plagam grandinis: qm̄ magna
facta est vehementer. XVII

Venit vnus de septē angelis qui ha-
bebant septem fialas: et locutus est mecum
dicens: Veni et ostendā tibi damnationem

meretricis magne q̃ sedet sup aquas multas:
cũ qua fornicati sũt reges terre: et inebriati
sũt qui inhabitãt terrã de vino pstitutiõis
eius. Et abstulit me in spiritu in desertũ. Et
vidi mulierẽ sedentẽ sup bestiã coccineam plenã nominibꝫ blasphemie: habẽtẽ capita
septẽ ⁊ cornua decẽ. Et mulier erat circũdata purpura ⁊ coccino et inaurata auro et lapide pciosoꝫ ⁊ margaritis: hns poculum aureũ in manu sua plenũ abominacõe ⁊ immũdicia fornicationis eius. Et in frõte eius nomen scriptũ babilon magna: mater fornicacõnũ ⁊ abominacõnũ terre. Et vidi mulierẽ ebriã de sanguine sanctorꝫ: ⁊ de sanguine martirũ ihesu. Et miratus sũ cũ viderem illã admiracõne magna. Et dixit michi angelus. Quare miraris? Ego dicã tibi sacramentũ mulieris ⁊ bestie q̃ portat eã: que habet capita septẽ ⁊ cornua decẽ. Bestia quã vidisti fuit ⁊ non est: et ascensura ẽ de abisso et in interitũ ibit: et mirabũt inhabitãtes terrã quorꝫ nõ sũt scripta nomina in libro vite a constitutiõe mũdi videntes bestiam q̃ erat et non est. Et hic est sensus: qui habet sapientiã. Septẽ capita septẽ montes sũt supra quos mulier sedet: et septem reges. Quinq; ceciderũt: vnus est: et alius nondũ venit. Et cũ venerit: oportet illũ breue tẽpus manere. Et bestia q̃ erat ⁊ non ẽ et ipa octaua ẽ: et de septem ẽ. Et in interitũ vadit. Et decem cornua que vidisti decem reges sunt q̃ regnũ nondũ acceperũt: sed ptãtem tanq̃ reges vna hora accipiẽt post bestiaꝫ. Hi vnũ consiliũ habent: et virtutẽ ⁊ potestatem suã bestie tradẽt. Hi cũ agno pugnabũt. et agnus vincet illos: quomã dominus dñorꝫ ẽ. et rex regũ: et q̃ cũ illo sũt vocati et electi et fideles. Et dixit michi. Aque quas vidisti vbi meretrix sedet populi sũt ⁊ gentes ⁊ lingue: et decem cornua q̃ vidisti in bestia hi odient fornicariã ⁊ desolatã facient illam ⁊ nudã: et carnes eius manducabunt et ipsam igni concremabũt. Deus enim dedit in corda eorꝫ ut faciãt quod placitũ est illi: ut dent regnũ suũ bestie donec cõsumentur verba dei. Et mulier quã vidisti est ciuitas magna: q̃ habet regnũ sup reges tre.

Post hec vidi aliũ XVIII

ãgelũ descendẽtẽ de celo habentẽ ptãtẽ magnã: ⁊ terra illuminata est a gloria eius. Et clamauit in fortitudine dicens. Cecidit cecidit babilon magna. et facta est habitatio demoniorꝫ: et custodia omnis spũs immundi: custodia omnis volucris immũde ⁊ odibilis: q̃ de vino ire fornicacõnis eius biberũt omnes gentes. Et reges terre cũ illa fornicati sunt: et mercatores terre de virtute deliciarꝫ eius diuites facti sunt. Et audiui aliã vocẽ de celo dicẽtem. Exite de illa populus meus: et ne participes sitis delictorꝫ eius: et de plagis eius non accipiatis. Quoniã peuenerũt peccata eius usq; ad celũ: et recordatus est dominus iniquitatũ eius. Reddite illi sicut et ipa reddidit vobis: ⁊ duplicate duplicia secundũ opera eius. In poculo quo miscuit vobis miscete illi duplũ. Quantũ glorificauit se ⁊ in deliciis fuit: tantũ date illi tormentum ⁊ luctũ: quia in corde suo dicit. Sedeo regina: et vidua non sum: et luctum nõ videbo. Ideo in vna die venient plage eius mors et luctus ⁊ fames: ⁊ igni comburetur: quia fortis ẽ deus qui iudicabit illã. Et flebũt ⁊ plãgẽt se sup illã reges terre qui cũ illa fornicati sunt et in deliciis vixerũt cũ viderint fumũ incendii eius: longe stantes pter timorem tormentorꝫ eius dicẽtes: Ve ve ciuitas illa magna babilon: et ciuitas illa fortis. quoniam vna hora venit iudiciũ. Et negociatores terre flebũt sup illã ⁊ lugebũt: quomã merces eorꝫ nemo emet amplius: mercem auri ⁊ argẽti ⁊ lapidis pciosi ⁊ margarite ⁊ bissi et purpure et serici et coccum: et omne lignũ thynũ et omnia vasa eburis et omnia vasa de lapide pcioso et eramẽto et ferro et marmore: et cynamomũ ⁊ amomũ et odoramẽtorꝫ et vnguenti ⁊ thuris et vini ⁊ olei ⁊ simile et tritici et iumẽtorꝫ ⁊ ouũ et equorꝫ ⁊ redarꝫ et mancipiorꝫ ⁊ animarꝫ hominũ. Et poma tua desiderii anime tue discesserũt a te: et omnia pinguia ⁊ pclara pierũt a te: et ãplius illa iã nõ inuenient mercatores hoim. Qui diuites facti sũt ab ea lõge stabũt pter timorẽ tormentorꝫ eius: flentes ac lugẽtes ⁊ dicẽtes: Ve ve ciuitas illa magna: q̃ amicta erat bisso et purpura et cocco et deaurata est auro et lapide preciosoet margaritis:

qm̃ vna hora destitute sunt tante diuicie. Et omnis gubernator: & omnes qui in lacũ nauigant et nautæ qui in mari operãtur longe steterũt: et clamauerũt videntes locũ incendij eius dicentes. Que similis ciuitati huic magne? Et miserũt puluerẽ sup capita sua: et clamauerũt flentes & lugentes dicentes. Ve ve ciuitas illa magna: in qua diuites facti sunt omnes q̃ habebant naues in mari de precijs eius: qm̃ vna hora desolata ẽ. Exulta sup eam celũ et sancti apostoli et ꝓphete: qm̃ iudicauit deus iudiciũ vr̃m de illa. Et sustulit vnus ãgelus fortis lapidẽ quasi molarem magnũ: et misit in mare dicẽs. Hoc impetu mittet̃ babilon ciuitas illa magna et vltra iam non inuenietur. Et vox cytharedorũ & musicorũ & tybia canentiũ & tuba nõ audietur in te amplius: et omnis artifex omnisq; ars non inuenietur in te amplius: et vox male non audietur in te amplius. Et lux lucerne nõ lucebit in te amplius: et vox sponsi et sponse nõ audietur adhuc in te: q̃ mercatores tui erant pr̃cipes terre: q̃ in veneficijs tuis errauerũt omnes gentes. Et in ea sanguis ꝓphetarũ & sanctorũ inuentus ẽ: et omniũ qui interfecti sũt in terra. XIX

Post hec audiui quasi vocem turbarũ multarũ in celo dicentiũ alleluia. Laus et gloria et virtus deo nostro est. q̃ vera et iusta iudicia sunt eius: q̃ iudicauit de meretrice magna. q̃ corrupit terrã in ꝑstitucõe sua: et vindicauit sanguinẽ seruorũ suorũ de manibus eius. Et iterũ dixerũt alleluia. Et fumus eius ascendit in secula seculorũ. Et ceciderũt seniores viginti quatuor et quatuor animalia & adorauerũt deũ sedẽtẽ sup thronũ: dicentes amen alleluia. Et vox de throno exiuit dicẽs. Laudẽ dicite deo nr̃o omnes sancti eius: & timentes deũ pusilli et magni. Et audiui quasi vocem turbe magne et sicut vocem aquarũ multarũ & sicut vocem tonitruorũ magnorũ dicentiũ alleluia: quoniã regnauit dñs deus nr̃ omnipotẽs. Gaudeamus et exultemus & demus gloriã ei: q̃ venerũt nuptie agni: et vxor eius ꝑparauit se. Et datũ est illi ut cooperiat se bissinũ splendens candidũ. Bissinũ enim iustificationes sunt sanctorũ. Et dixit michi. Scribe. Beati q̃ ad cenã nupciarũ agni vocati sũt. Et dixit michi. Hec verba dei vera sunt. Et cecidi ad pedes eius: ut adorarem eũ. Et dixit michi. Vide ne feceris. Conseruus tuus sũ: & fratrum tuorũ habentiũ testimoniũ ihesu. Deũ adora. Testimoniũ enim ihesu est spũs prophetie. Et vidi celũ apertũ: et ecce equus albus: et qui sedebat sup eũ vocabatur fidelis & verax: et cũ iustitia iudicat & pugnat. Oculi autẽ eius sicut flamma ignis: et in capite eius diademata multa: habens nomẽ scriptũ q̃ nemo nouit nisi ipse. Et vestitus erat veste aspersa sanguine: et vocabatur nomẽ eius verbũ dei. Et exercitus qui sũt in celo sequebant̃ eum in equis albis: vestiti bissino albo et mũdo. Et de ore eius ꝓcedebat gladius ex vtraq; parte acutus: ut in ipso percutiat gentes. Et ipse reget eas in virga ferrea & calcat torcular vini furoris ire dei omnipotẽtis. Et habet in vestimẽto & in femore suo scriptũ: rex regũ & dñs dñantiũ. Et vidi vnũ angelũ stantẽ in sole: & clamauit voce magna dicens omnibus auibus q̃ volant per mediũ celi. Venite & cõgregamini ad cenã magnã: ut manducetis carnes regũ et carnes tribunorũ & carnes fortiũ & carnes equorũ et sedẽtiũ in ipis: et carnes omniũ liberorũ et seruorum et pusillorũ et magnorũ. Et vidi bestiã et reges terre et exercitus eorũ cõgregatos ad faciẽdũ prelũ cũ illo q̃ sedebat in equo: et cũ exercitu eius. Et appĩhensa ẽ bestia & cũ ea pseudo ꝓphta: et q̃ fecit signa coram ipso quibus seduxit eos qui acceperũt caracterem bestie: et q̃ adorauerũt imaginẽ eius. Viui missi sũt hi duo in stagnũ ignis ardentis & sulphuris: et ceteri occisi sũt in gladio sedẽtis sup equũ. qui procedit de ore ipsius: et omnes aues saturate sunt carnibus eorum. XX

Et vidi angelũ descendẽtem de celo habentẽ clauẽ abissi: et cathenam magnã in manu sua. Et appĩhendit draconem serpentẽ antiquũ qui ẽ diabolus et sathanas: et ligauit eum per annos mille. Et misit eũ in abissum: & clausit & signauit super illũ ut non seducat amplius gentes: donec consument̃ mille ãm. Et post hoc oportet illũ solui modico tẽpore. Et vidi sedes: et sederũt sup eas: et iudiciũ datum est illis.

Et animas decollatorꝝ ꝓpter testimoniũ ihe-
su et ꝓpter verbum dei: et qui nõ adorauerit
bestiam neq; imaginẽ eius nec acceperunt
caracterez eius in frontib⁹ aut in manibus
suis: ⁊ vixerũt ⁊ regnauerũt cũ cristo mille
annis. Ceteri mortuorum nõ vixerũt: donec
consumentur mille anni. Hec est resurrectõ
prima. Beatus ⁊ sanctus: qui habet partẽ
in resurrectione prima. In hijs secõa mors
non habet potestatẽ: sed erunt sacerdotes
dei ⁊ cristi: et regnabunt cũ illo mille annis.
Et cũ consummati fuerint mille anni soluet⁹
sathanas de carcere suo et exibit ⁊ seducet
gentes que sunt sup quatuor angulos tre
gog ⁊ magog: ⁊ ꝗgregabit eos in preliũ.
quorꝝ numerus ẽ sicut arena maris. Et ascẽ-
derũt sup latitudinez terre: et circuierunt ca-
stra sanctorꝝ ⁊ ciuitatẽ dilectam. Et descen-
dit ignis a deo de celo et deuorabit eos: et
diabolus qui seducebat eos missus est in
stagnum ignis ⁊ sulphuris: vbi ⁊ bestia et
pseudo ꝓphete cruciabuntur die ac nocte
in secula seculorꝝ. Et vidi thronũ magnũ
candidũ ⁊ sedentẽ sup eum: a cuius aspectu
fugit terra ⁊ celũ: ⁊ locus non est inuentus
ab eis. Et vidi mortuos magnos ⁊ pusillos
stãtes in conspectu throni: et libri aperti sũt:
et alius liber apertus est qui est vite. Et iudi-
cati sunt mortui ex hijs que scripta erant in
libris: secundũ opa ipsorꝝ. Et dedit mare
mortuos suos qui in eo erant: et mors et in-
fernus dederũt mortuos suos qui in ipsis
erant: et iudicatũ est de singulis secõm opa
ipsorꝝ. Et infernus ⁊ mors missi sunt in sta-
gnũ ignis. Hec ẽ mors secõa. Et qui nõ in-
uentus est in libro vite scptus: missus est in
stagnũ ignis. XXI
Et vidi celũ nouũ et terrã nouã. Primũ enim
celũ ⁊ prima terra abiit: et mare iam nõ est.
Et ego iohannes vidi sanctã ciuitatẽ ihe-
rusalem nouã descendentẽ de celo: a deo pa-
rãtam: sicut sponsam ornatã viro suo. Et au-
diui vocem magnã de throno dicentẽ. Ec-
ce tabnaculũ dei cũ hominib⁹ ⁊ habitabit
cũ eis. Et ipi populus eius erũt: et ipe deus
cum eis: erit eorꝝ deus. Et absterget deus
omẽ lacrimã ab oculis eorꝝ: ⁊ mors vltra
nõ erit neq; luctus neq; clamor neq; dolor
erit vltra: que prima abierunt. Et dixit qui
sedebat in throno. Ecce noua facio omnia.
Et dixit michi. Scribe: q; hec verba fidelissi-
ma sunt et vera. Et dixit michi. Factum est.
Ego sũ alpha ⁊ o: initiũ et finis. Ego sitẽ-
ti dabo de fonte aque viue gratis. Qui vice-
rit possidebit hec. Et ero illi deus: et ille erit
michi filius. Timidis autem ⁊ incredulis
et execratis ⁊ homicidis et fornicatoribus ⁊
veneficis ⁊ ydolatris et omnibus mendaci-
bus: pars illorꝝ erit in stagno ardẽti igne
et sulphure: quod est mors secunda. Et ve-
nit vnus de septem angelis habentibus fia-
las plenas septem plagis nouissimis: et lo-
cutus est mecum dicens: Veni: et ostẽdam
tibi sponsam vxorem agni. Et sustulit me in
spiritu in montem magnũ ⁊ altũ: et ostendit
michi ciuitatẽ sanctaz ihe rusalẽ descẽdẽtem
de celo habentẽ claritatem dei. Et lumẽ eius
simile lapidi pcioso tanq; lapidi iaspidi: si-
cut cristallũ. Et habebat murũ magnũ ⁊ al-
tum habentẽ portas duodecim: et in portis
angelos duodecim: et nomina inscripta q;
sunt nomina duodecim tribuũ filiorꝝ israhel.
Ab oriente porte tres: et ab aquilone porte
tres: et ab austro porte tres: et ab occasu
porte tres. Et murus ciuitatis habẽs funda-
menta duodecim: et in ipis duodecim noia
duodecim apostolorũ ⁊ agni. Et qui loque-
batur mecũ habebat mensurã arundineam
aureã: ut metiretur ciuitatẽ et portas eius ⁊
murũ. Et ciuitas in quadro posita est: et lõ-
gitudo eius tanta est quãta ⁊ latitudo. Et
mensus est ciuitatẽ de arũdine aurea p sta-
dia duodecim milia: et longitudo et altitu-
do et latitudo eius equalia sũt. Et mensus ẽ
murus eius centũ quadragintaq; tuor cubi-
torum: mensura hominis que est angeli. Et
erat structura muri eius ex lapide iaspide:
ipa vero ciuitas aurũ mundum: simile vitro
mundo. Et fundamẽta muri ciuitatis omni
lapide precioso ornata. Et fundamentũ pri-
mũ iaspis: secundus saphirus. tercius calce-
donius: q;rtus smaragdus. quintus sardonix.
sextus sardius: septimus crisolitus. octauus be-
rillus. nonus topasius: decimus crisoprassus.
vndecimus iacinctus. duodecimus ametistus. Et
duodecim porte: duodecim margarite sũt p

singulas. Et singule porte erant ex singulis
margaritis: ⁊ platea ciuitatis aurū mundū:
tanq̄ vitrū plucidū. Et templū non vidi in
ea. Dñs enim deus omipotēs templū illius
est: et agnus. Et ciuitas non eget sole neq;
luna: ut luceant in ea. Nam claritas dei il-
b Et ambulabunt gentes in lumine eius: et
a luminabit eam: et lucerna eius est agnus.
reges terre afferent gloriam suam ⁊ hono-
rem in illam. Et porte eius non claudentur
per noctem. Nox enim nō erit illic. Et affe-
rent gloriam et honorem gentium in illam:
nec intrabit in ea aliquid coinquinatū aut
abominationem faciens et mendacū: nisi
qui scripti sūt in libro vite agni. XXII

Et ostendit michi fluuiū aque viue
splendidum tanq̄ cristallum: procedentem de sede dei ⁊ agni. In medio platee
eius ⁊ ex vtraq; parte flumnis lignū vite
afferens fructus duo decim: per menses sin-
gulos reddens fructum suū: et folia ligni
ad sanitatem gentiū. Et omne maledictū
non erit amplius: ꝗ sedes dei et agni in illa
erunt: et serui eius seruient illi. Et videbūt
faciem eius: ⁊ nomen eius in frontibus eorū.
Et nox vltra nō erit: et non egebūt lumē lu-
cerne neq; lūe solis qm̄ dñs deus illūi abit
illos: et regnabunt in secula seculorū. Et di-
xit michi. Hec verba fidelissima sunt ⁊ vera.
Et dominus deus spirituū ꝓphetarū misit an-
gelum suum: ostendere seruis suis q̄ oportet fieri cito. Et ecce venio velocter. Beatus
qui custodit verba ꝓphetie libri huius. Et
ego iohānes q̄ audiui et vidi hec. Et post-
q̄ audissem ⁊ vidissem cecidi ut adorarem
ante pedes angeli qui michi hec ostende-
bat. Et dixit michi. Vide ne feceris. Con-
seruus enim tuus sum ⁊ fratrum tuorū ꝓphe-
tarū: et eorū qui seruant verba ꝓphetie libri
huius. Deum adora. Et dixit michi. Ne si-
gnaueris verba ꝓphetie libri huius. Tem-
pus enim prope est. Qui nocet noceat ad-
huc: et qui in sordibus ē sordescat adhuc.
Et qui iustus est iustificetur adhuc: et san-
ctus sanctificetur adhuc. Ecce venio cito: ⁊
merces mea mecum est: reddere vnicuiq;
secundum opera sua. Ego sum alpha et o:
primus et nouissimus: principium et finis.
Beati qui lauant stolas suas in sanguine a-
gni: ut sit potestas eorū in ligno vite: et per
portas intrent ciuitatem. Foris autē canes
et venefici et impudici et homicide et ydolis
seruientes: et omnis qui amat et facit men-
datium. Ego ihesus misi angelum meum te-
stificari vobis hec in ecclesijs. Ego sū radix
et genus dauid: stella splendida et matuti-
na. Et spiritus et sponsa dicunt veni. Et qui
audit: dicat veni. Et qui sitit veniat: et q̄ vult
accipiat aquā vite gratis. Contestor enim
omī audienti verba ꝓphetie libri huius. Si
quis apposuerit ad hec: apponet deus super
illū plagas scriptas in libro isto: et si quis
diminuerit de verbis libri ꝓphetie huius: au-
feret deus partē eius de libro vite et de ciui-
tate sancta: et de hijs que scripta sunt in li-
bro isto. Dicit qui testimoniū phibet istorū.
Etiam: Veniō cito amen: Veni dñe ihesu.
Gra dñi nri ihesu cristi cū omibus vobis amē.

Pūs hoc opusculū Artificōsa adinuentione
impmendi seu caracterizandi: absq; calami
exaracōne: in ciuitate Maguntīn sic effigiatū:
⁊ ad eusebiā dei industrie per iohēz fust ciuē
et Petrū schoiffher de gernsheym clericū di-
oces eiusdem est consummatū Anno dñi. M.
cccc. lxij. In vigilia assumpcōis virg. marie.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

¶ ℣ Petre amas me: tu pasce tu me segre.
Ego eram thus: Duxi qui eradicetur. ℟ Sherlant d

Epistola sci io: d'libro salomonis. folio
Liber proverbiorum siue parabolarum
Prologus in ecclesiasten. 9
Liber ecclesiastes. 10
Cantica canticorum. 12
Liber sapientie. 18
Prologus in ecclesiasticum. 20
Liber ecclesiasticus. 20
Oratio ihu filij sirach. 34
Oratio salomonis. 34
Prologus i ysaia. 34
Ysaias propheta. 34
Prologus in ieremiam. 43
Ieremias propheta. 48
Lamentationes ieremie. 54
Oratio ieremie. 60
Prefatio in librum baruch. 60
Liber baruch. 60
Prologus i ezechiele. 69
Ezechiel propheta. 69
Prologus in danielem. 99
Daniel propheta. 99
Prologus i libros xii prophetarum. 107
Osee propheta. 107
Ioel propheta. 110
Amos propheta. 111
Abdias propheta. 113
Ionas propheta. 113
Michea propheta. 113
Nahum propheta. 114
Habacuc propheta. 115
Oratio habacuc. 115
Sophonias propheta. 115
Aggeus propheta. 116
Zacharias propheta. 116
Malachias propheta. 121
Prologus i libros machab. 122
Liber primus machab. 122
Secundus machab. 132
Epistola io: i ad ewaratos. 143
Prologus i ewangelium mathei. 144
Ewangelium secundum matheum. 144
Prologus i ewangelium marci. 145
Ewangelium secundum marcum. 145
Prefatio i ewangelium lucam. 153
Ewangelium secundum lucam. 153
Prologus i ewangelium iohanis. 155
Ewangelium secundum iohanem. 155
Prefatio io: i de epistolis pauli. 165
Epistola ad romanos. 165
Prologus d epistola ad romanos. 165
Prologus d epistola ad romanos. 165
Epistola beati pauli ad romanos. 165
Prologus i epistola ad chorinthios. 192
Epistola beati pauli apli ad chorinthios primam. 192
Prologus d epistola secunda ad chorinthios. 194
Epistola secunda ad chorinthios. 194

Prologus d epistola ad galathas. 200
Epistola ad galathas. 200 — ad galat
Prologus i epistola ad ephesios. 202
Epistola ad ephesios. 202 — ad eph
Prologus i epistola ad philippenses. 203
Epistola ad philippenses. 203 — ad phill
Prologus i epistola ad colossenses. 204
Epistola ad colossenses. 204 — ad coll
Prologus primus ad thessalonicenses. 205
Epistola prima ad thessalonicenses. 205 — ad thess i
Prologus secundus epistolarum ad thessalonicenses. 207
Epistola secunda ad thessalonicenses. 207 — 2d
Prologus d epistola ad timotheum primam. 208
Epistola prima ad timotheum. 208 — ad timoth i
Prologus d epistola secunda ad timotheum. 209
Epistola secunda ad timotheum. 209 — 2d
Prologus d epistola ad titum. 210
Epistola ad titum. 210 — ad titum
Prologus d epistola ad philemonem. 210
Epistola ad philemonem. 210 — ad philo
Prologus d epistola ad hebreos. 210
Epistola ad hebreos. 211 — ad heb
Prefatio bti io: d actu apostolorum. 218
Liber actuum apostolorum. 218 — actu ap
Prologus d epistolas canonicas. 221
Prologus d epistola canonica bti iacobi. 221
Epistola canonica bti iacobi apli. 221 — iacobi
Prologus d epistola secunda bti petri primam. 224
Epistola canonica prima bti petri apli. 224 — p^a pet
Prologus d epistola secunda secundam bti petri. 230
Epistola secunda secunda bti petri apli. 230 — 2^a pet
Epistola secunda secunda bti petri apli. 230 — epistolam 2
Prologus d epistola prima bti iohanis apli. 231
Epistola prima bti iohanis apli. 231 — p^a joh
Prologus i secundam epistolam bti iohanis. 232
Epistola secunda secundam bti iohanis apli. 232 — 2 joh
Prologus d epistola secunda tertiam. 233
Epistola tertia bti iohanis apli. 233 — 3 joh
Prologus d epistola bti iudeapli. 233
Epistola bti iudeapli. 233 — iude
Prologus bti iohanis i apocalipsim. 233 — apoc
Liber apocalipsis bti iohanis apli. 233

Ista scripta d'ipsis voluit esse gesta

Liber capli Ecclie S. Marci in Wurzbg

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN



UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN



UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN